

*Dionysius Constantinus pag. medica  
Petrus*

# CHIRURGIA

è Græco in Latinum conuersa,

Vido Vidio Florentino in-

terprete, cum nonnullis

eiusdem Vidij cō-

mentarijs.

*Omnia*

*Mediocriter*

Indicem auctorum & operum sequenti paginâ quærito.

Cum priuilegijs Rom. Pontificis,

GALLIARVM REGIS, ET DVCIS

Fetrariæ, quorum exemplum indici librorum subiecimus.

Excudebat Petrus Galterius Lucetiæ  
Parisiſorum, pridie Calendas Maij.

M. D. XLIIII.

## Index auctorum & operum.

|       |                                                  |                                 |
|-------|--------------------------------------------------|---------------------------------|
|       | De vlceribus.                                    |                                 |
|       | De fistulis.                                     | { cum Vidi in sin-              |
|       | Hippocratis. De vulneribus capitis.              | gulos libros com-               |
|       | De fracturis,                                    | mentario.                       |
|       | De articulis,                                    | cum III. Galeni cõmmementariis. |
|       | De officinâ medici, cū III. Galeni commentariis. |                                 |
| Liber | Galeni — De fasciis.                             |                                 |
|       | Oribasij. { De laqueis.                          |                                 |
|       | De machinamentis.                                |                                 |





Niuerſis & ſingulis, quibus hæ noſtræ literæ præſentabuntur, Salutem & apoſtolicam benediſtionem. Quùm ſicut dilectus filius Vidus Vidius Philoſophus Florentinus, Regis Chriſtianiffimi Phyſicus nobis nuper exponi fecit ipſe ad communem omnium vtilitatē Hippocratis de vlceribus, de fiſtulis, ac de vulneribus capitis, necnon de fracturis, de articulis, & de officiâ medici, ac Galeni de Faſcijs, & Oribafijs de laqueis, aliũque de machinamentis libros cum eiufdem Galeni commentarijs in tres vltimos ex ſupradictis Hippocratis libris ab eo è Græco in Latinum conuerſos, cum cõmentarijs etiam, quos ipſe Vidus in tres priores Hippocratis libros de ſuper expreſſos edidit, imprimi facere & emittere intendat. Nos ne alij lucrum ex alieno labore quærentes, ſumpto inde exemplo, dictos libros & commentarios in eiufdem Vidi damnũ & præiudiciũ imprimant, providere, eiufdẽmque Vidi indemnitatĩ conſulere cupientes, eius ſuper hoc nobis porrectis precibus inclinati, omnibus & ſingulis Bibliopolis & librorũ impreſſoribus in vniuerſã chriſtianitate conſtitutis ſub excommunicationis latæ ſententiæ poenâ, in noſtro verò & ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſtatu mediatè vel immediatè ſubiecto commorantibus, etiam ſub amiſſionis librorum & centum ducatorum auri de Camerâ, pro vnâ Camerę noſtrę apoſtolicę, & pro aliâ medietatibus eidem Vido applicandorum poenâ inhiſbemus, ne dictos libros & commentarios intra Decennium proximè futurum ſine dicti Vidi licentiâ imprimere, ſeu impreſſos vendere, aut venales habere audeant vel præſumât. Mandantes omnibus & ſingulis locorum ordinarijs, & eiufdem ſtatus noſtri gubernatoribus & officialibus, vt ad omnem dicti Vidi requiſitionem præſentes publicent, & eas iuxta ipſarum tenorem obſeruari faciant & curent, iuris & facti remediis opportunis. Cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſq; contrariis non obſtâtibus quibuſcunq;. Datũ Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris Die ſexta Decembris M. D. XLIII. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Blo. El. Fulginen.

## Priuilege du Roy.

**F**Rancoys par la grace de dieu, Roy de France: au preuost de Paris, bailly de Mascon, senechal de Lyon: & a tous noz autres iusticiers, officiers, & leurs Lieutenans, salut. Nostre cher, & bien ayme, maistre Vidus Vidius de Floréce, docteur en medecine, nostre medecin ordinaire & lecteur en Paris, nous a faict dire & remōstrer, quil estoit apres auoir laisse a imprimer a ses grandz fraiz, mises & despens, & au gand profit & promotion des estudians en medecine, & principalement en la chirurgie vng liure intitule, Chirurgia è græco in latinū versa, Vido Vidio Florentino interprete. lequel liure il exposeroit & feroit volontiers mettre en vente, a ce quil fut publie & manifeste a vng chacun, aymāt la chirurgie, pour en prédre fruit & erudition: Mais il doubte, que apres quil auroit este veu & manifeste (cōme dit est) aucuns imprimeurs & libraires sefforcent de le vouloir imprimer & vendre: en nous humblement requerāt a ceste cause, que nostre plaisir soit luy octroyer, que pour le tēps & terme de six ans prochainement venant, a commencer du iour & datte de ces presentes, autres imprimeurs ne puissent imprimer ne vendre ledict liure ensemble, ou par ses parties, que ceulx a qui ledict suppliant permeçtra. Pource est il, que nous inclinans a la supplication & requeste dudit maistre Vidus Vidius nostre medecin, auons permis & octroye, permeçtons & octroyons, & nous plaist de grace special, que durāt le tēps & terme de six ans, de la datte que dessus, il puisse & luy loyse laisser imprimer ledict liure tāt de foys que bon luy semblera, & a telz maistres imprimeurs quil vouldra, sans ce que durāt ledict temps autre que ceulx quil vouldra le puissent faire imprimer. Si vous mandons, & expressement enioignons, & a chacun de vous (si comme a luy appartenra) que de noz presens, grace, conge, permission & octroy vous faictes, souffres, & laissez ledict docteur Vidus Vidius, iouyr & vser plainement, & paisiblement ledict temps de six ans durant: en faisant, ou faisant faire, expresses inhibitions & deffenses de par nous sur certaines & grāds peines a nous a applicquer, & de perdicion, & confiscation desdictz liures, & de amēde arbitraire, a tous imprimeurs, libraires, & autres que ledict suppliant, que durant ledict temps ilz nayent a imprimer ledict liure ne en latin, ne en frācoys translate, sinon par permission & conge dudit docteur, en les contraignant a ce faire & souffrir par toutes voyes & manieres deues & raisonnables: nonobstāt oppositions, ou appellations quelconques, pour lesquelles ne voullons estre differe, car tel est nostre plaisir. Donne a Fontainebleau, le deuxiesme iour de lanuier, Lan de grace mil cinq cens quarante trois, & de nostre regne, le vingt neufiesme.

Par le Roy, a la relation du conseil.

Signe Hurault.

Priuilegium ducis Ferrariæ non adscripsimus, quòd vnâ excommunicatione exceptâ idem contineat, quod priuilegium Pontificis.

VIDVS VIDIVS FRANCISCO

Valesio Galliarum Regi S. P. D.



Alexander ille Magnus, quum audiret Aristotelem foras dedisse physicos libros, cum eo questus est atque exposulauit, vt qui animū induxisset cæteros mortales de tantâ rerum naturalium contemplatione defraudare: tu ex contrario rex regum maxime diuulgari iubes Græcorum chirurgiam, cuius custodiendæ ac proferendæ fuit arbitrium tuum, quum solus habeas non modò has nostras interpretationes & commetaria, quæ tibi superioribus annis dicaueram, sed græcum etiam volumen, quod Cardinalis Rodolphus consensu omnium in Italiâ summus literarum patronus ad te misit munus tanto rege dignissimum. vnicum enim legebatur in eius amplissimâ bibliothecâ. nam ea pars, quæ græcè impressa habetur, mendosa vsque adeò est, vt non secus quàm cæteræ, quæ alibi non extant, dici sanè possit eo tantum exemplo contineri. Quantum verò attulerit detrimenti, huius operis priuatio, illi quotidie experiuntur, qui diu quantumuis paruis vlceribus detinentur, qui membris luxatis aut fractis, vel claudi, vel minùs idonei ad solitas actiones euadunt, optimèque secum agi sibi persuadent, quum non intereunt: qui capite etiam leuiter ictò, vbi multum vexati à medicis fuerunt, tamen decedunt. ac ne casus singulos recèseam, ex nostris chirurgicis quotus quisque tadem est, qui, quod res exigat, manu appositè molitur, còmodè fascias iniiciat, idoneis machinationibus còminuta ossa còponat, vel suo loco mota restituat, capitis vulneribus medeatur? Sed bonâ ex parte à culpâ vindicantur, quòd careant græcis auctoribus, qui hanc medicinæ partem summâ cum dignitate excoluerunt: hæc quum probè noueris, tantum humanæ calamitatis præsidium mortalibus non inuides, quo nomine, vt alijs compluribus Alexandrum faciliè superas. nihil enim magis contendis, quàm vt hominū generi proffis, dijs immortalibus similis. Illos enim in primis colimus, quòd quæcunque possidemus bona nobis impertiūt, nos sustinent, nos alunt, nobis consulunt atque opitulantur. quâ rem tu, vt si quisquam vnquam, omni operâ, studio, cogitatione imitaris, atq; vt iustitiam, pietatem, prudentiâ, magnanimitatem, & alias virtutes omittam, quibus rempublicâ administras, quâ vteris dij boni liberalitate, quos sumptus facis, vt bonas artes in veterè dignitatem è barbarorum fece restituas? Id præter cæteras academias sensit Lucetia Parisiorū, quæ antè obducta tenebris, nunc tuâ ope cœpit caligine discussâ respicere: sed quid cœpisse inquâ? nunc oculorū acie clarissimâ est, nunc græcâ, hebræam, & latinâ linguam doctè adeò callet atq; elegâter, vt si maiores ad vitam redeant, qui eas à nutricibus didicerunt, Parisios à suis discernere vix possint. nunc mathematices, rhetorices, dialectices, medicinæ, naturalis deniq; ac diuinæ philosophiæ peritiâ cæteris academijs itâ præstat, vt meritò prima omniū esse cèseatur. quæ omnia tibi rex maxime accepta refert, quum vndequaq; copiâ vetustissimorū librorū compares, maximis stipendijs accerfas, & amplissimis sacerdotijs ornes, qui còmemoratas artes & sciētias publicè profiteantur ac doceant. In quorū numerū quòd me allegeris, plurimum tibi debeo, quâdoquidè me idoneum putaueris, què non solū inter tuos medicos referres, sed in cœtu quoq; eorū professorū annumerares. At lōgius laberer, si persequi vellem, q̃ liberaliter, q̃ benignè tam literas quàm literarū studiosos còplectaris, vnū illud attingâ, quod tu interea dū tantæ reipublicæ administratio ab huiusmodi studio te auertit, ne literæ iacturâ faciant, hanc prouinciâ dedisti Petro Castellano viro doctissimo Matisconensi Pontifici designato, ad quâ de sententiâ omniū, neq; aptiorè quenquam inuenias, neq; meliorè, quippe cū verè philosophus sua in minimis ponat, de republicâ literarum vehementer laboret, & gratiâ, quâ iure plurimum apud te valet, consilio, labore, studio nitatur, vt præclara, quâ instituisti, academia absoluator, promptâ & paratâ habeat librorū copiam, nihil desideret, quod ad se facere posse videatur. Vale rex clarissime Lucetiæ Parisiorū Cal. Maij M. D. XLIII.



Vidius lectori s.

**A**D chirurgiam, quod ex vi nominis colligitur, solum illi morbi pertinent, qui manus operā requirūt, & ideo ea praefidia, quae manu dūtaxat adhibētur. Iure igitur vlcera, fistulae, fracturae, luxata, quāvis certam victus rationem & medicamētā exigant, quia tamen a manu maximam partem curationis petūt, a nobis in hoc volumine, quod chirurgiam inscripsimus, cōferuntur iure etiā fasciae, laquei, machinamenta, cūm haec auxilia ab eo tātūm, qui manu medetur, admoveantur: de officiā medicī nihil attinet dicere, cūm ad vsum instrumentorum chirurgi spectet ferē vniuersa.

In quibus eū ordinē secuti sumus, quē tum ratio, tum auctoritas indicauit. antea enim morbos adscripsimus, deinde instrumēta ad eorū curationē necessariā: ex morbis primo vlcera & fistulas, quae ad vlcera quasi ad genus species referūtur, dein fracturas, prius quidē capitis, tūm aliarū partiū, postremo luxata, quo ordine scripsisse etiam Hippocrate constat. In libro de officiā medicī, quāquam tradit principio proximū totius artis, summam tamen multa percurrit ex his, quae dilatata erant in eo, qui de fracturis est, & de articulis, quōbrem Galenus hunc post illos legendū esse in commētarijs, quos in ipsum scripsit, sapius testatur. Fascias praeponimus laqueis, ut quae dentur sapenūmō sine his, & contrā vbicūq; laquei iniiciuntur, ipsē quoq; obuoluātur. Mitto qd alioquin prius Galeni, qd Oribasij libros apposuisse par fuit. Machinamēta post laqueos scripsimus, qd hac similiter ppetuū eorū operā desiderēt, sed laquei sēpē citra machinationes aptētur.

Quod si grācū exēplar, quod passim legitur, cūm nostrā interpretatione conseras, cōplura inuenies longē aliter habere, cūm quae in illo scripta sunt mēdoissimē, a nobis correctā fuerint ac restituta, quod quidē temerē non fecimus, sed freti plarūq; exēplaribus manu scriptis, ijsdēq; vetustissimis, eorū nobis tūm alibi copia fuit, tūm Romae, praecipuē apud Cardinālē Rodolphum patronū nostrū, vetustissimē, quod non secus ac permulta alia volumina summā diligentia ac sumptu maximo hęc varia cōparauerat. nonnunquam mēdū tale fuit, ut vnā vel alterā literā mutata, adiectā, vel expunctā faciliē corrigeretur, plurimūq; quo ad emendationem contulit diligens collatio vnius atque eiusdē loci, quem sapius a Galeno pertractatum animaduertimus.

Eō autē vbiq; spectauimus, ut clarē mētem auctoris interpretaremur, quantū hac permisit, sequuti verba. nec de nostro quidquam adiecimus. qd si non omnia latina respondere grēcis, sed quāda addita cōperias, haec certē nouā sententiā nō declarant, sed eam, quae ipsius auctoris est, adeo enodat, ut sine illis cōprehēdi nullā ratione poterit. quod potissimū in Galeni commētarijs accidit, vbi aliquod Hippocratis vocabulū explanat, de hoc enūm loquitur quasi de eo, quod in propositis verbis Hippocratis legatur. atque in grāco quidē codice res ita habet, in latino non item, in quo verba ipsa Hippocratis, quae Galenus nūtur enodat, grācē nō legitur, sed latinē, ita ut necessariū fuerit adscribere, quo verbo vsum fuerit Hippocrates, cūm Galeni sententiā assequi alioquin nō liceret. Exēpli gratiā in primo de fracturis Hippocrates mutatur verbum *χελισμ*, quod Galenus accipit vel pro chirurgiā, vel pro rerū omniū admotione, id nos latinē reddimus curationē, quōbrem in Galeni interpretatione coacti sumus de nostro grācū vocabulū adijcere, hoc modo cūm habet [Curationē verō] subiecit [quā *χελισμ* dixit], quod nō opus fuit, vbi ex toto latinū verbum grāco respōdebat. Omititur etiā quēdā a Galeno, ut grācē linguae peritis euidētissima, quae ab interprete exponēda sunt, si modō latinā linguae peritis librū interpretatur. id nos fecim⁹ in secundo de officiā medicī non lōgē a fine, cūm disputat de verbo Hippocratis *αποσπασθῆναι*, scriptūm ne sit attico more, vbi atticū morē indicauimus, a Galeno praetermissum, ut qui grācis scriberet, eiusmodi loquēdi formā non ignorantibus, hoc secus accidit interpreti, quod quidē non est aliquid adijcere de suo, sed auctoris mentem clarissimē explicare.

Ut autē res oculis, ac manibus teneretur, in his, quae obscura visa sunt, & (ut censet Galenus) monstratione indigent, picturam adiecimus, neque vllam diligentiam praetermissimus, ut hac propōitē rei responderet, quo saluo indulgēdum fuit aliquid pictori.

Postremi libri de fascijs, de laqueis de machinamētis nō reperiūtur (quod scia) nisi in eo codice, cuius mentionē fecimus in epistolā ad regē, in quo sunt tres auctores de fascijs, Galen⁹, Soran⁹, & Heliodorus, ē quib⁹ ego latinū feci Galenū dūtaxat, nam qui hūc norit, reliquos planē norit. Sed an eiusmodi liber germanus sit Galeni, dubitare nemo debet, nā vel ipso pōmio cōuincit, atq; hic est ille liber, quē ipse pollicitus est in secundo cōmentario de officiā medicī. Verūm desiderantur in Galeno quēdā, quae placuit accepta a Sorano & Heliodoro in hūc librū inferere, ne qua sup̄sit humani corporis pars, cui⁹ vinculū in hoc opere nō reperias. quē suppleuim⁹ putam⁹, vel ab auctore omiſsa, vel (qd magis p̄babile est) intercidiſse, neq; enī verissimē est Galenū tā Sorano qd Heliodoro posteriorē, qd ab vtroq; multa alia de fascijs mutuaē, quae nūc desiderātur omiſſe, nec singulis partib⁹ (ut pollicet) suā vincēdi rationē assignasse. Huc accedit qd descriptio Asciae vinculi, quā posuit Heliodor⁹ ad vincēdū femur, in libro Galeni nō legit, licet eius meminēre sapenūmō, quia tamē necessaria fuit, prētereūda fuisse nō videt. vbiq; autē aliūd quidq; petem⁹, auctoris nomē in vniuersis literis notabim⁹ hoc pacto. EX SORANO. EX HELIODORO. cūq; ad Galenū reuertemur. Nūc Galen⁹.

Laudatur liber de laqueis a Galeno in libro de fascijs, quāuis alibi quoque mentionē facit laqueorū, qui hoc opere cōtinentur, refertur tamen hic liber in grāco exemplo ad Oribasium auctorem, quidquid est, opus vtilissimū est, sine quo multa sunt, quae in medicinali arte nec cōprehendi, nec praestari possunt. pertinent enim laquei non modō ad fasciandū, sed etiā ad extendendū ossa fracta, vel suo loco mota, seu aequaliter, seu inaequaliter adhibere vim oportet: tum ad curanda atque alligāda membra, dum manus adhibetur.

Machinamētis verō nō solū vni⁹ architecti, sed medici etiā, cū his robustiora mēbra vtiliter, & quāntum fieri potest, sine dolore extēdat, vbi luxatis vel fractis medētur. haec ab Oribasio collecta sunt ex Hippocrate, Galeno, atq; alijs auctoribus, ut patet, vbi singulorū vsus & structura exponit: sed praeter vtilitatē, quam in curatione exhibent, multos aperiunt in medicinā locos, qui sine his omnino vni⁹ incomprehensibiles. quāquam in hoc libro machinamenta aliqua desunt, quae auctor inter initia commemorauit, vbi vniuersam machinamentorum rationem recenset, sed optimē nobiscum agitur, quando non omnia interiorunt.

# INDEX.

## INDEX EORVM QVÆ

ex hoc opere annotanda duximus.  
vbi prior numerus paginā com-  
monstrat, alter eiusdem pagi-  
næ lineam: quòd sicubi po-  
sterior desit, satis euidens  
monstratio tibi fuerit  
paginæ solius.

### A

 Abscessus, vbi maturari possunt, si  
quideius humoris in pus versum  
effundatur, noxium est. 385.30.

Abscessus, qui nòdum versus est in sinū,  
quam curationem amet. 385.22.

Abscessus quod vitium dicatur. 383.20.

Abscessus quo pacto vincendi. 418.11.

Abscessuum curatio, quomodo differat  
à sinibus. 385.34.

Abscessuum sinus. 383.18.

Accipiter vinculi genus. 438.19.

Accipiter vinculi genus ad nasū. 435.9.

Acetum. 30.7.

Acida neruosis partibus nocent. 207.15.

Adarca. 35.38.

Adeps. 37.14.

Adianti puluis. 57.34.

Adstringentium natura. 322.22.

Adusta omnia tegere expedit. 247.5. &  
248.2.

Adustorum remedia. 37.37.

Aes. 30.35.

Aes rubrum. 27.15.

Æstiuo tempore caro magis putrescit.  
94.22.

Aes vstum. 27.46.

Affectus ob còfortiū orti interdum ma-  
nent finito etiam morbo alterius loci.  
56.5.

Ala vinculum. 447.23. & 448.1.

Alcyonius. 37.31.

Allium. 55.14.

Alumen. 29.30. & 30.34.

Alumen Melinum. 26.44.

Alumen vstū carnem detrahit, cuius loco  
veteres utebantur chalcitide, mysi, vel  
ærugine. 99.6.

Aluum purgare in bonâ parte vlcera  
præstat. 15.1.

Amazones suis maribus p̄tinus infanti-  
bus articulos suâ sede expellūt. 300.37.

Ambulandi modus. 296.39.

Ambulantium diuersitas in pede figu-  
rando. 319.32.

Amurca. 29.20.

Anchusa. 35.31.

Andrææ organi vsus. 335.40.

Angulus acutus quis dicatur. 397.7.

Angulus obtusus quis dicatur. 397.9.

Ani dolentis citra inflammationem, cu-  
ratio. 59.13.

Ani inflammati absque sanguinis fluxu,  
curatio. 59.3.

Ani madentis, & saniem fundentis cura-  
tio. 57.17.

Animalia, quæ ruminât, inferiorem tan-  
tū dentium ordinem habent. 240.9.

Ani ob inflammationē p̄cidētis causæ. 52.45.

Ani procidentis causa. 60.1.

Ani procidentis & sanguinem fundētis,  
curatio. 58.29.

Ani procidentis remedia. 58.1.

Ani procidentis curatio. 56.18.

Ani prolapsi curatio. 54.12.

Ani vinculum. 50.47. & 458.34.

Aqua biliosis naturaliter bilem facit, &  
præcordijs aliena. 206.47.

Aqua frigida quâ ratione in vlceribus p̄-  
ficiat. 87.3.

Aquæ calidæ moderata perfusio quid ef-  
ficiat. 394.4. & ibidem 11.

Aquæ frigidæ perfusio calorem reuocat.  
410.18.

Aquæ temperamētum, quæ fracturis per-  
fundi debet, quodnam erit. 393.8.

Argenti spuma. 2.25.

Aristolochia. 30.46.

Artem non satis est ratione scire, sed vsu  
experiri oportet. 243.2.

Arteria etiam venæ nomine comprehē-  
debatur veteribus. 66.16. & 91.34.

Arteriæ & venæ vbique iunctæ. 66.15.

Articuli deligati, si inflammatio timetur,  
frequenter soluendi sunt. 342.37.



# INDEX.

- Articuli duabus de causis erūpūt. 219.22  
 Articuli illigantur inflammatione, vbi cum  
 eā sunt mucii. 240.42.  
 Articuli lēsi inferre neruorum distentio-  
 nem solent. 6.5.  
 Articuli luxati minimē reponendi tertio  
 aut quarto die. 353.41.  
 Articuli mucis redundāt magis in gra-  
 cili, quā in pleno. 240.33.  
 Articuli quā de causā eo modo figurari  
 nequeūt, quō ī sanis corporibus. 243.6.  
 Articuli, qui facillē reconduntur, minimē  
 inflammatione tentantur. 240.28.  
 Articuli vlcerati quare humida præsidia  
 requirant. 314.  
 Articuli vulnerati cataplasmate nutrien-  
 di non sunt. 416.  
 Articulis quā agunt nodus in deligādō  
 superimponi non debet. 372.25.  
 Articulorū fabricatio ad duo spectat, vt  
 liberē moueātur, & nō excidāt. 209.36.  
 Articulorum intentio tribus modis in-  
 dicatur. 311.39.  
 Articulum nullum dum febris est, cōpel-  
 lere in suam sedem conuenit. 213.5.  
 Articulorum plus aut minūs excidētium  
 differentia. 316.7.  
 Articulum prolapsum repellere ad con-  
 trariam partem eius, in quam venit, per-  
 petuum est. 211.36.  
 Articulū quid vocet Hippocrates. 208.  
 2. & 216.12.  
 Articulus lati scapularū ossis in quas par-  
 tes excidat. 216.10.  
 Articulus luxatus si ē regione suā sedis  
 collocetur, facillimē recōditur. 227.27.  
 Articulus omnis luxatus si commodē re-  
 cētēque extendatur, impellaturq; , reuer-  
 titur in sedem suam. 339.32.  
 Articulus quare protinus restituendus.  
 213.27.  
 Articulus qui facillē excidit, facillē itē re-  
 ponitur. 240.27.  
 Articulus, qui reconditur abstinentiam  
 septem dierū requirit, ac si inflamma-  
 tio sit, frequētem resolutionem, perpe-  
 tuāque quietem. 342.39.  
 Articulus vbicunq; reponitur, imperāda  
 est abstinentia. 342.9.  
 Artifices ignaris præstant celeritate atq;  
 elegantia. 415.14.  
 Artis præcepta alium in exercēdo, alium  
 in docendo ordinem habent. 242.15.  
 Artium cōmunia præcepta pluribus ver-  
 bis explicari debent, quā quæ ad sin-  
 gula pertinent. 351.27.  
 Artium constitutendarū tres sunt poten-  
 tia. 350.40.  
 Arum. 58.43.  
 Ascia vinculi genus. 195.37. & 265.45.  
 & 367.13.  
 Ascia vinculi species, sima est. 416.8.  
 Athletarum membra quare nō facillē lu-  
 xentur. 332.27.  
 Auctoris mens tandem repetitā lectione  
 percipitur. 296.6.  
 Auribus vlceratis cataplasma inimicum.  
 418.  
 Auripigmentum. 33.39.  
 Auris fracta siccantia medicamenta re-  
 quirunt. 271.23.  
 Auris fractura siccantia poscit remedia,  
 vtpotē pars sicca. 269.47.  
 Auris fracturæ curatio. 269.36.  
 Austeri medicamenti natura. 322.26.  
 B  
 Bile amara naturaliter homo redūdās,  
 sustineri debet potione aque. 206.35  
 Bilis pura quo pacto in febribus admo-  
 dum acutis producat. 261.42.  
 Bobus potissimū coxæ articulus luxatur,  
 vbi senes sunt & graciles. 332.30.  
 Bos quā de causā pedem circumuoluit.  
 239.45.  
 Boui quare articuli vltimā hyeme prom-  
 ptē excidant. 239.4.  
 Brachij fracturæ quibus de causis citiūs  
 aut tardiūs consanescant. 150.18.  
 Brachij habitus naturalis secundū diuer-  
 sa artificia varius est. 136.42.  
 Brachij iustus habitus. 158.5.  
 Brachij ossa inæqualia. 210.4.  
 Brachij ossa summū triginta diebus con-  
 feruent. 149.34.  
 Brachij

## I N D E X.

- Brachij osse utroque cominuto cur membrum  
puertatur magis quam si alterum tantum. 153.30.  
Brachij ossibus in exteriorē partē luxatis,  
quare digiti extendi nequeunt. 325.38.  
Brachij os superius facilius curatur, quam  
inferius. 141.25.  
Brachij pronus habitus melior quam su-  
pinus. 135.20.  
Brachio in interiorem partem prolapsō,  
cur digiti curuari nequeant. 325.29.  
Brachium binis ossibus constat. 141.30.  
Brachium quatuor modis fasciā suspen-  
di potest. 153.1.  
Brachium resupinantes medici aut sagit-  
tariorum exemplo figurantes redargu-  
untur. 136.35.  
Brachium supino habitu collocatum, ve-  
hementer cruciatur. 140.5.  
Brionia alba. 58.43.
- C
- Alce violato cur magnus dolor atque  
inflammatio magna superueniat.  
164.18.  
Calcamentum Cretense. 320.5.  
Calcis curatio, qui à saltu ex superiori lo-  
co suffunditur sanguine. 404.32.  
Calcis inflammatio ubi timetur, eius cutis  
scalpello varijs locis est exasperanda.  
164.16.  
Calli produci tēpus in fracto osse. 150.40.  
Callus in fractis ossibus unde creatur.  
149.43.  
Callus in oris fracturæ unde increseat.  
252.33.  
Callus in ossibus, quæ rara sunt, celeriter  
increscit. 263.46.  
Callus quo pacto nutriatur. 150.44.  
Calor naturalis quare hyeme potentior.  
67.23.  
Calor quo pacto continuū soluat. 201.36.  
Caluaria an ictu vnus partis findatur in  
contrariā. 72.26.  
Caluaria an incidēda sit integrā cute. 77.2.  
Caluariæ foraminum figura. 64.1.  
Caluariæ media duplex. 102.29.  
Caluariæ ossium natura. 63.41.  
Caluariæ, fracturæ diuersæ. 68.31.  
Caluaria quare non sine futuris. 72.35.  
Calx dum corrumpitur, quo pacto partes  
superiores afficiantur. 166.17.  
Calx ex saltu quo pacto lædatur. 163.25.  
Canalis cruri fracto an subijci debeat.  
178.32.  
Canalis & glossocomi differētia. 179.43.  
Canalis ex quo ligno parari potissimum  
debet. 180.2.  
Canalis quando cruri fracto subijciēdus.  
396.11.  
Canalis quid efficiat, ubi subijcitur cruri  
fracto. 186.31.  
Canalis si cruri subijciēdus est, crus totū  
excipere debet. 395.31.  
Cācer vinculi species. 416.29. & 420.1.  
Cācer vinculi species p inguine. 457.26.  
Cantharides. 33.41.  
Capistrum vinculi species. 425.20. &  
426.1. & ibidem. 25.  
Capite fracto offensus calido cōclauī de-  
tineatur, non tamē fasciarum multitu-  
dine prematur. 109.49.  
Capite vulnerato alius ducenda. 116.8.  
Capite vulnerato, citò vlcus exhibere pu-  
rum prodest. 101.7.  
Capite vulnerato, si sanguinis copia sit,  
secanda vena. 110.13.  
Capitis os ad membranā vsque princi-  
pio secandum non est. 110.29.  
Capitis prominentia, quæ dicatur. 63.19.  
Capitis parte posteriore vulnerati, quare  
plures mortem euadant. 67.6.  
Capitis plagæ ob tres causas secari debēt.  
92.19.  
Capitis prominentia si desit, cur futuræ  
mutentur. 63.23.  
Capitis sinistrā parte lēsa, cur dextra ner-  
uorum distentione occupetur, & con-  
trā. 107.35.  
Capitis vlcera offendūtur frigidis tactu.  
80.39.  
Capitis vlcera quando scalpellū postulēt.  
90.37.  
Capitis vlcerū curatio eadem cum aliorū  
curatione, cum non attingāt os. 84.43.  
Capitis vlcus madefaciēdū nō est. 84.37.

# INDEX.

|                                                                                            |                 |                                                                                  |                                  |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------|----------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------|
| Capitis vulnus mortiferum duobus modis.                                                    | 108.7.          | Cataplasmate repudiato linamēta etiam vitat Hippocrates.                         | 88.1.                            |
| Capitum varietas in hominibus.                                                             | 61. 39.         | Cataplasmatīs & Emplastri differentia.                                           | 16.37.                           |
| Capparis.                                                                                  | 59.28.          | Cataplasmatīs ex farinā glutinosā facultas.                                      | 270.8.                           |
| Caprificus.                                                                                | 29.28.          | Cataplasmatīs ex farinā hordei tosti & aceto facultas & vſus.                    | 93.4.                            |
| Caput inflammationi minū obnoxium.                                                         | 80.21.          | Cataplasmatū materia ac effectus.                                                | 3.40.                            |
| Charchesius laqueus.                                                                       | 238.26.         | Catharticum vbi datur, vires perpetuō considerandæ.                              | 109.21.                          |
| Caricon.                                                                                   | 33.31.          | Caua vena cur sic dicta.                                                         | 66.12.                           |
| Caricon aridum.                                                                            | 34.2.           | Cauas venas Hippocrates appellat eas, quæ grandes sunt.                          | 66.10.                           |
| Carnem exedentia medicamenta.                                                              | 33.31. & 34.36. | Cedri lachryma.                                                                  | 29.1.                            |
| Carnis generatio vnde.                                                                     | 17.40.          | Cedrinum oleum.                                                                  | 33.43.                           |
| Carnis vocabulo apud Hippocrate quid contineatur.                                          | 92.33.          | Cephalica arida ad nudatum os probantur.                                         | 80.4.                            |
| Caro collisa cataplasma requirit.                                                          | 4.6.            | Cephalicorum aridorū cōpositio.                                                  | 80.6.                            |
| Caro collisa detritāq; in pus verti debet.                                                 | 8.17.           | Cephalicorum vſus.                                                               | 80.8.                            |
| Caro collisa integrā cute, digerentibus nonnunquam restituitur.                            | 11.18.          | Cera.                                                                            | 37.21.                           |
| Caro collisa necessario in pus vertitur.                                                   | 80.43.          | Cerati duplex ratio.                                                             | 142.12.                          |
| Caro detrahenda alumine vſto, cuius loco veteres vtebātur chalcitide, myſi, vel ærugine.   | 99.6.           | Cerati, quod picem habet, vſus.                                                  | 189.26.                          |
| Caro effœminata.                                                                           | 199.35.         | Cerati vſurpandi modus.                                                          | 142.4.                           |
| Caro eorum, qui exercētur, qualis reddatur.                                                | 299.26.         | Cerebri noxa deprehēditur sæpius affectu linguæ.                                 | 107.24.                          |
| Caro in vlceribus producenda qualis esse debeat.                                           | 17.45.          | Cerebrū quacūq; parte leſū, lethale.                                             | 67.9.                            |
| Caro graciliū muccoſa magis eſt, quàm plenorum.                                            | 240.41.         | Ceruſſa.                                                                         | 37.24.                           |
| Caro lacerata & collisa non patitur vlcus ſaneſcere, niſi tota in pus vertatur & purgetur. | 98.38.          | Chalcitis.                                                                       | 30.35. & 36.3. & 37.28. & 57.35. |
| Caro necessariō vulneratur, vbi os læditur.                                                | 81.38.          | Charaſſia.                                                                       | 49.8.                            |
| Caro ſentiens muſculi pars eſt.                                                            | 183.43.         | Charchesius duplex.                                                              | 472.                             |
| Catagmatica medicamenta.                                                                   | 85.43.          | Charchesius ſimplex.                                                             | 1bidem.                          |
| Cataphraſta vinculi genus.                                                                 | 446.33.         | Chia crepidæ.                                                                    | 319.11.                          |
| Cataplasma adhibentes, quomodo noſtri chirurgici errent.                                   | 88.8.           | Chirurgia à quibus, per quæ, quibuſcum, & circa quæ exerceatur.                  | 352.36.                          |
| Cataplasma in quem vſum detur.                                                             | 3.39.           | Chirurgiam vbi perſequitur Hippocrates, medicamentorum mentionem non facit.      | 412.27.                          |
| Cataplasma, quando oris plagæ ſuperdari debet.                                             | 21.12.          | Chirurgici firmior habitus in deligādō.                                          | 159.6.                           |
| Cataplasmate in vlceribus interdum vti non licet.                                          | 4.1.            | Chirurgorū error in adhibendis ad vulnera linteis ex aquā frigidā madefactis.    | 80.40.                           |
|                                                                                            |                 | Chirurgicorum error, qui vlcera omnia vinciunt, & multitudine linteorum onerant. | 98.12.                           |
|                                                                                            |                 | Chirurgicorū                                                                     |                                  |



# I N D E X.

- Chirurgicorum huius temporis error in cataplasmate adhibendo. 88.8.
- Chirurgicorum nostri temporis error in adhibendis capiti vinculis. 89.45.
- Chirurgicorū nostri seculi errorī fecādo plus ossis capitis, q̄ conueniat. 74.30.
- Chirurgo quanti vngues, & quales digiti esse debeant. 362.32.
- Chirurgorū error in secando capitis osse. 111.17.
- Chirurgorū nostri seculi error, qui vulneribus relaxātia inducūt medicamenta & mollientia, pro siccis atq; adstringentibus. 23.45.
- Chirurgus in medendo, quomodo stare debeat. 360.15.
- Chirurgus quo pacto sedere debeat, cūm medetur. 358.1. & 359.24.
- Chordarum ac ligamentorum proprium est ad ossa pertinere. 210.20.
- Chordarum duo genera. 257.19.
- Cicatricē inducētia medicamēta. 36.32.
- Cicatricibus magnis ac duris, quod malum accidat. 309.3.
- Cicatrix caua quando reddatur. 18.3.
- Cicutæ semen. 58.45.
- Cochlea. 56.31.
- Cochlea quadrata quo pacto testudinem moueat. 480.
- Cœli vocabulo regio quoque ac tempestas notatur. 16.44.
- Colis vinculum. 456.31.
- Collisum quomodo fit. 99.22.
- Commentarij quibus legendi. 131.43.
- Cōmissuræ sunt partes maximè neruose. 322.10.
- Coniectura artificiosa, ab eā quæ artis est expers, quo pacto differat. 398.44.
- Contraria contrarijs curanda. 388.11.
- Contraria contrarijs curari quo pacto accipiendum. 318.17.
- Consuetudo nuncupatur natura aduentitia. 399.3.
- Cōtusa, maximè ab inflammatione vindicanda. 266.17.
- Cotij carnem quid nominarit Hippocrates. 263.33.
- Corium Ægyptium. 199.39.
- Corium Carthaginense. 263.17.
- Costâ abruptâ deterior est inedia, quàm cibus. 292.30.
- Costæ hoīs maximè sunt curuæ. 282.45.
- Costâ fractâ cur viterur inedia. 6.45.
- Costarū fractura simplex faciliè curatur. 292.13.
- Costa viginti diebus conferuet. 292.3.
- Costâ violatâ, à motu atque agitatione corporis cauendum. 7.12.
- Costâ violatâ quamobrem sanguinē expuant nonnulli. 293.6.
- Cotyla. 54.40.
- Coxæ articulo in exteriorē partē prolapsō ingressus fit melior, quā vbi in interiorē excidit. 305.43.
- Coxæ ossis natura. 309.24.
- Coxa quid. 184.27.
- Crocus. 28.27.
- Crure ad talos excidente ossa minimūm increfcunt. 301.26.
- Crure læso maiore abstinentiā opus est, quàm vbi brachium læsum est. 176.42.
- Cruri affecto orbes è corio Ægyptio, quo pacto accommodandi. 198.32.
- Cruri extendendo ac vinciendo non conuenit idem habitus, qui brachio. 178.6.
- Cruri fracto an canalis subijci debeat. 178.32.
- Cruri fracto fasciæ uomodo alligandæ. 178.13.
- Cruris ossa conferuent quadraginta diebus. 181.17.
- Cruris osse ad genu, siue in interiorē, siue in exteriorē partem prolapsō, quæ mala immineant. 325.43.
- Cruris ossium, quod ægrius, & quod facilius curationem admittat. 181.25.
- Cruris partes. 169.37.
- Cruri vitato q̄s habitus cōueniat. 198.11.
- Crurum articulis vtrisque in exteriorē partem elapsis, quæ consequatur in ambulando figura. 305.16.
- Crurum nexus quot modis intelligi potest. 284.26.
- Crus binis ossibus continetur. 317.35.

# I N D E X.

Cubiti commissuræ varij casus expositi  
& curatio. pag. 212.  
Cubiti iūctura grauibus noxis obnoxia.  
213.7.  
Cubiti mensura vnde sumatur. 140.19.  
Cubiti, seu fractus, seu plapsus, sed didu-  
ctus sit, deligandi ratio. 213.42.  
Cubitus luxatus, dum febris est, repo-  
nere minimè conuenit. 213.6.  
Cubitus. 141.33. & 153.10.  
Cubitus excidens, dehiscens, aut fractus,  
quo pacto figurandus. 213.32.  
Cubitus luxatus quā viā restituatur. 491.  
Cubitus luxatus quo pacto iacente scalā  
restituatur. 499.  
Cubitus quō excidat & curetur. 211.44.  
Cubitus quomodo restituatur per scānū  
Hippocratis. 525.  
Cucumis maturus. 59.12.  
Cucurbitularū defigendarū ratio. 45.9.  
Curatio iusta quæ vocetur. 152.13.  
Cutis quamobrem scalpello exasperetur  
inflammatis partibus. 164.42.  
Cutis resoluta ab aliquā parte nō excidē-  
da, sed iterū inducēda, glutinatur enim  
etiam si nigra fuerit. 204.  
Curatio siccior debetur partibus siccio-  
ribus. 270.2.  
Cyaneus. 37.29.  
Cylindrus. 264.42.

## D

**D**ans spiritus quis sit, & quomodo  
fiat. 294.4.  
Deprauationibus alijs aliæ suspendendi  
rationes accommodantur. 318.44.  
Digerentia apertè exhauriunt. 185.42.  
Digiti articulus prolapsus confirmatur  
quatuordecim diebus. 342.38.  
Digitorū articuli in quas partes excidāt.  
342.16.  
Digitorum luxatorum reponendi ratio.  
342.14.  
Digitorum vsus. 363.6.  
Discrimen vinculi species. 422.44.  
Doctōris est nō simpliciter imperare, sed  
viā exponere quā qd inuenerit. 368.32.  
Dodrans. 54.40.

Dolorem tollentium medicamentorum  
facultas. 59.24.  
Dolor omnis ad vlcerum genus pertine-  
re potest. 201.39.  
Dorsum adustum sicciora medicamenta  
exigit. 39.12.  
Dysenterix causæ & species. 330.7.

## E

**E**ffœminata caro, quæ. 199.35.  
Empiricus *συνεργητής* respiciēs, cōmu-  
nia signa intelligit & propria. 347.7.  
Emplastra ferè ex metallicis componun-  
tur. 16.1.  
Emplastra vlceri prius inducere, q̃ vlcus  
exquisitè siccetur, non expedit. 15.43.  
Emplastri & cataplasmatibus differentia.  
16.37.  
Emplastrorum genera. 16.2.  
Epipetrum. 24.18.  
Enema paucorum dierum. 324.45.  
Error chirurgorū in adhibendis ad vul-  
nera linteis ex aquā frigidā madefactis.  
80.40.  
Error chirurgorū in plagā capitis secan-  
dā. 91.19.  
Error chirurgicorum in secando osse ca-  
pitis. 74.30.  
Errorū numerus vnde in exēplaribus ac-  
cumuletur. 379.12. 399.27. & 402.23.  
Erysipelate superueniente vlceri purgare  
corpus conuenit. 20.3.  
Erysipelæ præfagitio. 25.15.  
Erysipelas. 404.10.  
Erysipelatis causa. 20.21.  
Erysipelā vlceri superueniente, quæ reme-  
dia adhiberi conuenit. 25.4.  
Exēplis scientia non cōparatur. 410.44.  
Exēplo singulari solet Hippocrates cō-  
munis præcepti vim exponere. 264.33.  
& 299.7.  
Exercitatione consuetā partes, corporis  
benè valent, augentur, & ad longam se-  
nectutem perducuntur. 311.13.  
Exercitatorum caro qualis reddatur.  
299.26.  
Experimento iudiciū sit certius. 399.17.  
Expositionis expōsitorūq; officiū. 31.16.

Extentio

# I N D E X.

Extentio in diuerſas partes in omnibus articulis reſtituendis præcedere debet.

277.9.

Extenuata corpora quatuor præſidiorum generibus curantur.

408.5.

Extenuatis arte caro magis eſt ſicca, q̃q̃bus alio quouis modo ob inopiã alimẽti.

241.12.

Exulceratarum partium curationis præcipua intentio.

322.14.

F

Fabri organum.

510.

Fabri organi uſus.

335.40.

Farina lota quãnam intelligatur apud Hippocratem.

267.9.

Fascia adducenda ad contrariam partem fracturæ.

145.11.

Fasciæ binæ ab Hippocrate vulneribus imponuntur ad fracturas vinciendas, ab aliis ternæ.

144.37.

Fasciæ caput ſuper fracturam alligari dupliciter intelligitur.

143.16.

Fasciæ diſtãt inter ſe, materiã, habitu, longitudine, latitudine, ſtructurã.

416.17.

Fasciæ idoneæ partium latitudine, craſſitudineq̃; inſpectã inueniuntur.

377.30.

Fasciæ propter quid, & quo pacto cerato inungendæ.

145.18.

Fasciæ quæ præſidia per ſe afferãt.

88.31.

Fasciæ, quibus obuoluenda ſunt vulnera, quales eſſe debeant.

16.16.

Fasciãdi rationes deſcribuntur.

pag.196.

Fascia, quæ dicatur orbicularis.

367.3.

Fascia quæ dicatur ſima.

367.12.

Fascia quo pacto inijci debeat in omnibus vlceribus.

265.9.

Fasciarũ ambitus itã adſtringi debet, vt prohibeat partes, ne ſub pulſu cõcutiãtur, neque præ anguſtia impediãt motũ arteriarum.

414.26.

Fasciarum capita, quãnam intelligenda ſunt.

378.

Fasciarũ longitudo & latitudo.

146.16.

Fasciarum materia.

377.15. & 382.3.

Fasciarum moderata alligatio, quibus indicii deprehendatur.

147.29.

Fasciarum numerus, longitudo & latitudo.

381.34.

do, p magnitudine fracturæ definitur.

146.19. & 391.18.

Fasciarũ q̃ primẽ iniiciũtur, effecta.

381.4.

Fasciarum uſus duplex.

88.30.

Fasciarum uſus, quæ ad tenendum medicamenta adhibentur.

88.42.

Fascias à dextrã vel ſiniſtrã attrahere oportet, prout fracturæ habitus exigat.

145.3.

Fascias adſtringẽdi modus quo pacto ex iis, quæ æger reſpondet, deprehẽdatur.

147.7.

Febris in vulnere capitis quando hyeme, & quando æſtate accidat.

105.31.

Fel bubulum.

28.20.

Femore in interiorẽ partẽ prolapſo, quã de cauſã crus longius eſt.

295.46.

Femore in poſteriorẽ partem luxato, qui articuli vitiẽtur, & quo pacto.

311.27.

Femore nõdum auctis luxato relicto, minus redditur crus totum.

299.5.

Femoris articulo in interiorẽ partẽ prolapſo quis ſit ſtatus corporis in ingreſſu.

298.20.

Femoris capite in exteriorẽ partẽ prolapſo curuari crus nequit.

302.42.

Femoris capite in exteriorẽ partẽ prolapſo, quãnam accidant.

304.9.

Femoris capite in poſteriorẽ partẽ luxato, quæ mala ſuperueniant.

306.17.

Femoris caput in exteriorẽ partem luxatum, crus reddit breuius.

302.29.

Femoris caput in exteriorẽ partẽ prolapſum, quo pacto reſtituatur.

339.22.

Femoris caput in interiorẽ partẽ prolapſum, quo pacto reſtitui debeat.

333.47.

Femoris caput in poſteriorẽ partẽ procidiſſe, quibus notis deprehẽdatur.

310.9.

Femoris caput in poſteriorẽ partẽ prolapſum, quo pacto reſtituatur.

339.44.

Femoris caput quamobrem in poſteriorẽ partem raro procidat.

306.21.

Femoris figura.

183.46. & 184.5.

Femoris in interiorẽ partẽ prolapſi indicia.

296.26.

Femoris habitus rectus præter naturã eſt.

381.34.



# INDEX.

- Femoris in interiorē partē prolapsi per  
vtrēm restituendū modus, 340.31.  
Femoris ligamentum breuissimū. 332.11.  
Femoris luxati reponendī formę aliquot.  
341.27.  
Femoris os fractū valenter extēdi debet.  
183.6.  
Femoris os quibus vulnere excessit, ferē  
non euadunt. 206.1.  
Femoris luxatio ob humorem. 332.37.  
Femur abrupto ligamēto quo cōtineba-  
tur, suā sede manere non potest. 332.31.  
Femur ex coxā prolabitur quatuor ī par-  
tes. 295.39.  
Femur prolapsū, quā ratione restituatur.  
501.  
Femur prolapsū quo pacto per scānum  
Hippocratis restituatur. 530.  
Femur quā via reponatur crure per scalā  
extento. 333.30.  
Femur quā ratione in coxę cauum repo-  
natur. 331.45.  
Femur quare rarō procidit. 217.36.  
Femur quinquaginta diebus conferuet.  
183.41.  
Femur repositū manere in suā sede po-  
test. 333.1.  
Ferulę ad fractum os continendum per-  
tinent. 149.40.  
Ferulę quales fracturis cōueniāt. 392.6.  
Ferulę quibus fracturis conueniāt. 193.3.  
Ferulę quibus pars aliqua sulciri debet,  
quales esse debeant. 391.39.  
Ferulę quibus partibus adhibēdę. 162.29.  
Ferulas quo tēpore humero alligare con-  
ueniat. 159.9.  
Ficus sicca. 32.42.  
Fissum necessariō colliditur. 69.6.  
Fistula dum curatur, inflāmatio recti in-  
testini, quo pacto vitetur. 49.18.  
Fistulę curatio per potionē radicis seselis  
48.8.  
Fistulę nascentis curatio. 48.4.  
Fistulę secandę ratio per linum. 49.35.  
Fistulę vnde oriuntur. 47.6.  
Fistula non sanescit nisi secetur. 51.30.  
Fistularum curatio. 48.37.  
Fistularum quę proximē ad intestini re-  
cti tunicam accedunt curatio. 51.31.  
Flos æris. 27.45. & 28.28. & 29.29. &  
49.9. & 50.40.  
Forceps ad euellendū ossa pertinēs. 130.  
Fores bipartitę, quę dicantur. 237.6.  
Forfex excisoria. 129.  
Fracta luxatęq; oīa, in dirigēdo non solū  
in naturalē sedem exquisitē restituenda  
sunt, sed etiā ad cōtrariā regionē. 318.12.  
Fractū membrū iam callo obductum ite-  
rum frangi quandoq; oportet. 153.21.  
Fractū mēbrū initio extendēdū, tertio &  
quarto die lenientibus curādū. 201.24.  
Fractū membrū quo habitu figurādum.  
134.33.  
Fractum membrum quo tempore extēdi  
debeat. 202.10.  
Fractum membrum si seriū extendatur,  
quę incommoda sequantur. 202.21.  
Fracturę brachij quibus de causis citiū  
aut tardiū consanescant. 150.18.  
Fracturę curatio quatuor requirit. 134.25.  
Fracturę definitio. 133.46.  
Fracturę duo genera, quę possunt sensui  
non apparere. 78.37.  
Fractura κατὰ πρὸς κλιναν. 161.17.  
Fracturę laxiū aut arctiū adstrictę in-  
dicia. 148.1.  
Fracturę ossis capitis latentes. 105.19.  
Fracturę ossis capitis patentes. 105.5.  
Fracturę quę nā ferulas admitant. 193.3.  
Fracturę species, quę ossis sectionē exi-  
gunt. 74.21.  
Fracturę, vbi vulnus quoq; adiicitur, du-  
plex curatio. 188.22.  
Fractura improprie dicta. 68.39.  
Fractura quare initio magis pruriat. 150.11.  
Fracturis quales ferulę conueniāt. 392.6.  
Fracturis vlcera supuenientia quo pacto  
deprehendantur & curentur. 193.6.  
Frangi ex toto quid dicatur. 251.33.  
Fricō ad quid valeat. 242.2.  
Fricō illigare & soluere potest. 241.32.  
Fricōnis effecta. 401.22.  
Frigidę aquę persusio calorem reuocat.  
410.18.

Frigus

# INDEX.

Frigus, quæ incōmoda vlceribus importet. 248.3.  
 Frigus quo pacto cōtinuū soluat. 201.37.  
 Frigus vlceribus inimicum. 17.11.  
 Frons in duas diuisa partes. 89.9.  
 Funda vinculi genus ad labra. 442.1.  
 Funda vinculi genus ad nasum. 436.26.  
 & 434.1.  
 Fūda vīculi genus ad occipitiū. 443.20.  
 Funda vinculi genus humerum completens. 445.24. & 446.1.

## G

Galea vinculi species. 429.22. & ibidem 28.  
 Galeno iugulū ab humeri capite elapsū quo pacto curatū sit. 250.23. & 251.11.  
 Galenus post trigessimū & secundum annum Romæ degit. 237.28.  
 Galenus Smyrnæ versatus. 237.27.  
 Galla. 29.6.  
 Gangræna. 166.42. & 321.15.  
 Gangræna aucta in φθίσιν degenerat. 5.43.  
 Genu ab exteriori parte neruosis quibusdam ligamentis continetur. 332.23.  
 Genu articuli sæpius excidunt, & facilius reconduntur. 210.41.  
 Genu articulus solus iustam naturam habet. 208.11.  
 Genu commissuræ. 211.20.  
 Genu luxatū quâ ratione restituatur. 501.  
 Genu prolapsū quo pacto per scamnū Hippocratis restituatur. 532.  
 Germana, quæ nominet Hippocrates. 202.5. & 308.29.  
 Gibbæ spinæ sub septo transuerso, quæ vitia superueniant. 275.28.  
 Gibbâ spinâ restituēdi modus. 287.11.  
 Gibbâ spinâ ad lumbos, quæ incommoda superueniant. 275.36.  
 Gibbâ spinâ pueris, quæ mala accidunt. 274.3.  
 Gibba spina quibus modis fiat. 286.45.  
 Gibba spina supra septum transuersum, quæ mala afferat. 274.14.  
 Gibbi causa. 275.21.  
 Gibbi quamdiu viuant. 276.12.

Gibbū curât tormina & varices. 275.32.  
 Glandulas ferramento candēti attingere periculosum. 244.39.  
 Glistum. 25.24.  
 Glaucij vīculū. 424.24. 429.5. & 422.1.  
 Glutinantia medicamenta. 26.28.  
 Glossocomi & colis differentia. 179.14.  
 Glossocomi pictura. 18.1.  
 Glossomi structura & vsus. 180.11.  
 Glossocomium ex Galeno. 482.  
 Glossocomum Nymphodori. 503.  
 Glossocomum Nymphodori quomodo moueatur. 506.  
 Glossocomū quid ab Atticis appelletur. 179.14.  
 Gracilibus circa articulos mucci redūdāt magis quàm plenis. 240.33.  
 Gracilibus magis procidūt articuli quàm habitioribus. 239.10.  
 Gracilitati quo pacto succurrit Galenus. 406.25. & 407.20.  
 Graciliū caro muccosa magis est quàm plenorum. 240.41.

## H

Heracides Tarentinus. 333.1.  
 Hippocrates duo. 132.21.  
 Hippocrates non fuit empiricus. 280.19.  
 Hippocrates experimento comprobata docet. 218.6.  
 Hippocrates in præceptis rerum singulārū vim cōmunē oīm similiū exponere solet. 264.33. & 299.7. & 394.46.  
 Hippocrates vno exēplo appposito omnia intelligit, quorū eadē est ratio. 323.37.  
 Hippocrates quasdā figuras ac linguarū proprietates vsurpare solet. 253.39.  
 Hippocrates, quæ plærunque accidunt, quasi perpetua scribit. 62.11.  
 Hippocrates quo pacto veterū breuitatē imitetur, aliquid relinquēs, quod tamen ex propositis possit intelligi. 12.37.  
 Hippocrates rationi corporum incidentorum operam dedit. 280.22.  
 Hippocrates vbi de vnâ specie præstat, complura docet communia. 185.12.  
 Hippocratis βιβλος, id est scāni descriptio. 338.

# I N D E X.

- Hippocratis consiliū nō solum ad ægro-  
tantium salutem, sed etiam ad medico-  
rum laudem dirigitur. 328.39.
- Hippocratis liber de diutinis affectibus  
pulmonis. 276.28.
- Hippocratis liber de officinâ medici po-  
litè limatus nō est, vt posset edi. 382.7.
- Hippocratis liber de vniuersâ glandula-  
rum naturâ non extat. 244.42.
- Hippocratis libri de fracturis, de articu-  
lis, & de officinâ medici in vnū ne col-  
lati fuerint, an non. 132.20.
- Hippocratis libro de vulneribus capitis  
quædam aliundè inserta. 113.1.
- Hippocratis librorum duo genera. 1.6.
- Hippocratis sermo censetur prisce atti-  
cus. 132.8.
- Hippocratis seculo de naturalibus iudi-  
candi potentijs disceptatū est. 350.27.
- Historia de iuvene, qui vulnus accepit in  
abdomine. 77.24.
- Honorem quatenus medicus atque phi-  
losophus ambire potest. 366.
- Humeri caput imum γυγκλυμοειδές. 138.27.
- Humeri caput in alam excidisse, quo pa-  
cto cognoscat medicus. 347.20.
- Humeri caput in alâ prolapsū, quo pa-  
cto restituatur. 488.
- Humeri caput in alâ prolapsū, quo pacto  
per scânū Hippocratis restituatur. 522.
- Humeri caput in priorem partē excidēs,  
quo pacto restituatur. 491.
- Humeri caput luxatū, quâ viâ reuerti in  
suam sedem debet. 220.11.
- Humeri caput quibus elapsū est, quo-  
modo adurendi. 243.46.
- Humeri caput quibus magis aut minùs  
elabitur. 238.29.
- Humeri caput, quādo contineri non po-  
test, quūm reponitur. 234.14.
- Humeri caput quibus sæpè elabitur, quâ  
ratione curare conueniat. 243.35.
- Humeri caput quibus suo loco non est,  
quæ mala sequantur. 238.37.
- Humeri cōmissura cum cubito. 209.6.
- Humeri figura eiúsque habitus varij.  
138.24.
- Humeri habitus rectus præter naturâ est.  
381.34.
- Humeri os quibus vulnere excessit, ferè  
non euadunt. 206.1.
- Humeri caput quo pacto infantibus ela-  
batur. 249.17.
- Humeri os quo tēpore cōseruet. 159.19.
- Humeri plapsi aliquot modi, quos Hip-  
pocrates non vidit. 237.12. & 246.11.
- Humeri prolapsi indicia. 243.8.
- Humeri quibus in vterō luxantur αλκιγ-  
κωνες fiunt. 248.44.
- Humeri reponendi modus δὲ τῷ ἰατρῷ  
σῶς. 227.2.
- Humeri reponēdi modus per humerum  
alterius. 225.21.
- Humeri reponendi modus per pistillum.  
227.30.
- Humeri reponēdi modus p sedile Thief-  
salum, & fores bipartitas. 234.20.
- Humeri restituendi modus. pag. 222.
- Humeri tres musculi 218.33.
- Humerus fractus simul & prolapsus, quâ  
ratione curetur. 498.
- Humerus in alam prolapsus dum resti-  
tuitur, triplicē motū requirit. 219.46.
- Humerus lapsus dum reponitur, cauē-  
dum ne deorsum lapsus à musculis in  
alam trahatur. 238.11.
- Humerus loco suo motus, quo indicio  
certo deprehendatur. 346.42.
- Humerus luxatus comminutúsque, quo  
pacto per scamnum Hippocratis resti-  
tuatur. 525.
- Humerus ne prolabatur, quo pacto adu-  
rendus, & quibus ferramentis. 244.3.
- Humerus quia gibbus faciliè peruertitur.  
159.26.
- Humerus vbi vlcera pura sūt ad latus de-  
ligari debet. 248.12.
- Hyeme calor naturalis potentior. 67.23.
- Hyeme vulneratus in capite diutius vi-  
uit, quàm in æstate. 67.18.
- I
- Iacobus Perusinus chirurgus celebra-  
rimus. 77.6.
- Ictus tria genera. 80.
- Idem &



# I N D E X.

Idem & simile quo pacto differat. 351.37  
 Ilex. 29.18.  
 Imperatoris boni conditiones ex Archi-  
 locho. 301.12.  
 Indicia dignitate inter se distāt. 346.34.  
 Indicia morborū ex similiū ac dissimiliū  
 notatione cognoscenda sunt. 347.36.  
 Inflammatae partes deuinciēdā nō sunt.  
 387.33.  
 Inflammatio aucta sæpē in gangrēnam  
 degenerat. 5.43.  
 Inflammatio improprie dicta. 53.37.  
 Inflammationem alicuius partis sequitur  
 aliquando contractio, aliquādo hiatus.  
 387.11.  
 Inflammationis duræ curatio. 24.9.  
 Inflammatio omnis distendit ac proinde  
 dolorem excitat. 164.36.  
 Inflammatis partibus quamobrem cutis  
 scalpello exasperetur. 164.42.  
 In fronte affluentem repellere materiam  
 non licet. 89.34.  
 Ingressui quatuor commissuræ accōmo-  
 dantur, & earum vsus. 313.30.  
 Inguinis vinculum. 455. & 456. & 457.  
 & 458.  
 Intentio articulorum tribus modis indi-  
 catur. 311.39.  
 Intestino recto inflammato, yrinx diffi-  
 cultas superuenit. 54.1.  
 Iudicandi duplex via. 332.3.  
 Iudicandi potentia duplex. 351.15.  
 Iugale os quodnam appelletur. 256.40.  
 Iuguli cōmissura requirit quatuordecim  
 dies, summū viginti ad hoc vt sanescat.  
 254.10.  
 Iuguli deligandi ratio. 252.9.  
 Iuguli fracturæ species quænam facilius  
 sanetur. 254.24.  
 Iuglui fractura quomodo plærunq; fiat.  
 252.45.  
 Iuguli vitia & curatio. 251.22.  
 Iugulum ex toto fractū, facilius curatur,  
 licet grauis videatur fractura & ægrè sa-  
 nabilis: at iugulum fractū in longitudi-  
 nem, leuior quidē apparet casus, ægrius  
 tamen curationem admittit. 251.38.

Iugulum nō nisi quadraginta diebus ex-  
 quisitè curuari potest. 251.17.  
 Iugulum quare citò sanescit. 252.3.  
 Iugulū quomodo commodè restituatur.  
 255.5.  
 Iusta curatio, quæ vocetur. 152.13.  
 Iustè qd intelligat Hippocrates. 245.25.  
 Iustum apud Hippocratem quid intelli-  
 gatur. 208.13. & 329.6.  
 Iustum corpus quodnam vocarit Hip-  
 pocrates. 242.41.

## L

Agopyros. 31.46.  
 Lamina *μυωισθωφύλαξ*. 128.  
 Lanæ succidæ vis. 185.36.  
 Lana succida vsta. 35.28.  
 Laqueus attollens ad extendēdum, con-  
 tinendum, & figurandū corpus in chi-  
 rurgiā. extēdit autem æqualiter. 467.  
 Laqueus auriculæ. 475.  
 Laqueus Charchesius. 472.  
 Laqueus draco ad talum. 470.  
 Laqueus epāgylotus ad continēdas ma-  
 nus, dū manus curatio adhibetur. 474.  
 Laqueus ex duobus sinibus ad alliganda  
 corpora in chirurgiā propter morbos  
 iuxta anum. 476.  
 Laqueus hyperbatus. 476.  
 Laqueus nauticus. extendit autē inæqua-  
 liter, & valet ad ferulas continendas, &  
 cubitum suspendendum. 468.  
 Laqueus pastoralis vel Sandalius ad ma-  
 xillam & talum. 469.  
 Laqueus Plinthium ad fracturā mēti, &  
 ad extendendum æqualiter. 470.  
 Laqueus qui dicitur simplex nodus, valet  
 ad extendendum inæqualiter. 470.  
 Laqueus quo ad extēdendū prolapsū hu-  
 merū vtimur, qualis esse debeat. 238.25.  
 Laqueus strangulans. 476.  
 Laqueus *μαστός* ad extendēdum inæqua-  
 liter. 468.  
 Laferpitium. 58.11.  
 Lati scapularum ossis articulus cur facil-  
 limè prolabatur. 217.29.  
 Lati scapularū ossis lapsus & eius curatio.  
 249.37.

# INDEX.

- Lati scapularum ossis summum cartilaginofum est. 250.12.  
Laurion. 30.43.  
Legitimum quodnam vocet Hippocrates. 254.11.  
Lenia medicamēta vlceri nō conueniūt. 14.14.  
Lenientia prohibent, ne materia præ dolore ad vitiatam sedem concitetur. 185.43.  
Lenientia vlcus sordidum efficiunt. 204.42.  
Lenticula. 25.46.  
Lepus auritus vinculi species. 430.1.  
Lepus sine auribus vinculi species. 421.22. & 428.1.  
Lex quid sit apud Hippocratem. 369.34.  
Lienis affectibus confert capparidis. 52.31.  
Ligamēta Hippocrates nervos appellat. 210.16.  
Ligamenta quædam appellātur nervi illigantes. 332.42.  
Ligamentorum ac propterea chordarum proprium est ad ossa pertinere. 210.20.  
Linamenta quorsum dentur. 87.38.  
Linamenta vitat Hippocrates, vbi vitat cataplasma. 88.1.  
Linamentis quando impleantur vulnera. 386.24.  
Linamentorum vsus. 92.37.  
Linguae affectu mentis alienatio & cerebri noxa sapius indicatur. 107.24.  
Linteum dum iniicitur, quæ animaduertere oporteat. 190.24.  
Linteum quod vulnere accommodatur, qualenam esse debeat. 16.12.  
Liuidus color quis dicatur. 169.15.  
Liuidus color quis sit. 19.1.  
Locus partē corporis significat. 354.20.  
Loti scobes. 37.27. & 57.4.  
Lumen quo in casu oculis infestissimum est. 356.13.  
Luminis species duæ. 355.20.  
Lupus laqueus æqualiter extendit, valētque in curatione herniæ ad adstringendum, & ad venarum capita sanguinem fundentia. 471.  
Luxata fractaque omnia, dum diriguntur non solum in naturalem sedem exquiritē restituenda sunt, sed etiam ad contrariam regionem. 318.12.  
Luxata membra extendenda prius quàm restituantur. 225.10.  
Luxata non commodè restituantur, nisi ita diducantur, vt alterum alteri nō inhæreat. 176.7.  
Luxata tribus modis restituantur. 477.  
Luxatis articulis contrariæ partes graciliores sunt, & molliores. 304.18.  
Luxatorum differentia. 316.24.  
Luxatorum numerus increuit, tum propter palæstræ vsu, tum incitiam medicorum. 237.39. & 238.4.  
Luxatum membrum mouetur musculis sitis in eâ parte in quam articulus erupit, & non his qui in contrariâ. 177.18.  
M  
Machinamenta varia, quorum meminuit Galenus. 482.  
Machinamentis vti, vbi res non exigit, iactantiæ est. 178.8.  
Machinationes tres valētissimæ, axis versatio, impulsus per vectem, & cuneus adactus. 203.11.  
Machinationibus non vinculis in cruris vitijs vtendum. 198.16.  
Machinationibus vtētē ipsâ machinatione destitui turpe. 200.46.  
Madefacientia in vlceribus vitanda. 85.13.  
Mala corporis nonnulla grauiora sunt, quâuis leuia videantur, nonnulla contrâ, grauiora videntur, quamuis leuia sint. 102.3.  
Malæ ex multis ossibus constāt. 264.24.  
Malæ, quæ sint. 256.35.  
Malæ quam ob causam non moueantur. 258.16.  
Malicorium. 28.35.  
Malleolus. 126.  
Manus & pedis ossium collatio. 159.41.  
Manus ossa quot. 160.15.  
Manus plapla quo pacto restituantur per scamnum Hippocratis. 528.  
Manus

# INDEX.

- Manus quo pacto restituatur, vbi prolapsa est. 499.  
 Marrubium. 32.14.  
 Maxillæ fractæ curatio. 263.7.  
 Maxillæ prolapsæ indicium. 259.41.  
 Maxillæ prolapsæ reponendi modus. 259.45.  
 Maxillæ quatuor musculi. 261.13.  
 Maxilla ex duobus ossibus constat. 264.23.  
 Maxilla fracta fascijs parum iuuatur. 262.32.  
 Maxillâ fractâ, quæ mala impendeant. 261.24.  
 Maxilla ob quas causas rarò luxetur. 258.34. & ibidem 40.  
 Maxilla, quæ sit. 256.35.  
 Maxilla quando procidat. 257.3.  
 Maxilla quomodo moueatur. 258.11.  
 Maxilla quo pacto luxetur. 256.7.  
 Maxilla quo pacto per scamnū Hippocratis restituatur. 520.  
 Maxilla vbi inflammatio non oritur viginti diebus conferuet. 263.46.  
 Maxillæ utrâque parte elapsæ curatio. 260.31.  
 Medicamenta siccandi vim habentia. 270.27.  
 Medicamentum interdum optimum est, medicamentum non adhibere. 270.5.  
 Medici malè ratiocinantes magis peccât quàm idiotæ. 135.31.  
 Medicinam nō satis est ratione scire, sed vsu experiri ipsam oportet. 243.2.  
 Medici seculo Hippocratis optimè præcepta artis discebant. 237.45.  
 Medico quid faciendum in ijs, quæ curationem non admittunt. 310.38.  
 Medicorum auctoritati consulit Hippocrates. 76.8. & 105.5.  
 Medicorum error, qui cataplasmata non minùs plagæ oris inculcant, quàm proximis partibus. 10.34.  
 Medicus agere debet celeriter, iocundè, promptè, & eleganter. 365.19.  
 Medicus in ijs exerceri debet, quæ promptè ad curationem accommodantur. 341.6.  
 Medicus rationalis ab Empirico qd differat, quod ad signorum notitiam spectat. 347.15.  
 Medicus simul ac philosophus quatenus honorem ambire potest. 366.11.  
 Mel. 28.23.  
 Mel cedrinum. 28.43.  
 Mellis optimi notæ. 27.16.  
 Membra dum præcidūtur, quænam sint aduertenda. 327.30.  
 Membra luxata tertio aut quarto die extendi non debent. 353.41.  
 Membrana cerebri inuiolata, siccantibus nutrienda est, læsæ autem lenientia superdari debent. 99.20.  
 Membrana cerebri, quum neque inflammatio vrget neq; dolor, siccarî debet: quod si infestent ea, ad lenientia confugiendum. 110.1.  
 Mēbranæ præsidia ossæ caluariæ detracta, quæ propriè conueniant. 99.31.  
 Membrana sub caluariâ, vbi telo læditur incidenda. 85.10.  
 Membra, quæ extremâ parte tenuantur, quum fracta vincuntur, pannis æquâda sunt. 145.40.  
 Membrorum naturalem habitum indicant duo. 136.32.  
 Membrum læsum superius contineri debet. 41.34.  
 Mēsiū pfluuiū quo pacto sistatur. 43.10.  
 Mentis alienatio affectu linguæ sæpius indicatur. 107.24.  
 Menti vinculum. 443.28.  
 Modicū, alterius extremi negatione nōnunquam appellatur. 373.18.  
 Modioli descriptio & vsus. 114.10.  
 Modiolus. 115.  
 Morbi mixti, mixta quoq; præsidia exigunt. 323.20.  
 Morbi qui dolorē afferunt, quomodo vlceribus annumerari possunt. 201.30.  
 Morborum indicia ex similium ac dissimilium notatione cognoscenda sunt. 347.36.  
 Morborū quidam graues sunt, qui tamē leues videntur, & è contrario. 291.47.  
 bb ij



# INDEX.

Morborum signa quibus viribus inter se  
dissent. 347.12.  
Morbus, quomodo ratione exploratur,  
postquam responsione hominis colle-  
ctus est. 78.45.  
Motu calefit, nutritur, ac firmitur corpus  
177.10.  
Motus alij naturales, alij præter naturam.  
413.24.  
Mouetur corpus etiã stando ac sedendo.  
7.17.  
Mucci in quibus redundant, & quid effi-  
ciant. 240.33.  
Mucosus humor, cùm à medicis depre-  
henditur, quo pacto erretur. 271.3.  
Mucosus humor quibus in partibus cõ-  
trahitur. 295.15.  
Mucosus humor quis appelletur. 295.1.  
Mucosus glutinosus adustione curatur,  
cùm per medicamẽta dissipari nequit.  
295.35.  
Musculi definitio. 139.38.  
Musculi dum agunt, contrahuntur; dum  
verò ab oppositis attrahuntur, exten-  
duntur. 308.17.  
Musculi priuatum corpus quodnam in-  
telligatur. 299.33.  
Musculi proprium in seipfos contrahi.  
133.24.  
Musculi, vbi versus suum initium cõtra-  
hantur, suo funguntur munere. 203.46.  
Musculorũ affectus in humero ægrè co-  
gnoscitur. 347.31.  
Musculorũ duo sunt principia. 299.20.  
Musculorum positio ac natura circa ver-  
tebras. 283.40.  
Musculus 34.14.  
Myrrha 27.43.  
Myrtus agrestis 36.26.  
Myfi 35.27.

## N

**N**asi contusi alligandi, atque curan-  
di ratio habetur paginã 266.  
Nasi fracti remedia 267.16.  
Nasi fracturæ modi 265.23.  
Nasi fracturæ, si vlcus accedat, quæ cura-  
tio conueniat. 269.21.

Nasi fracti deligandi ratio. 265.33.  
Nasi vinculum. 423.20. & 434.1. &  
435.1. & 436.1. & 438.28. & 439.1.  
Nasturtium. 33.2.  
Natura iustissima. 135.15.  
Naturalis habitus actionis proposito in-  
dicatur & vsu. 396.40.  
Naturæ iustitia in quo consistat. 158.1.  
Nauicula vinculi species. 428.1.  
Nervi frigore læduntur. 322.7.  
Nervi illigantes appellantur quædam li-  
gamenta. 332.42.  
Nervi propriè dicti ad os non pertinent.  
210.19.  
Neruorum alimentum proprium est hu-  
mor glutinosus ac mucosus. 271.18.  
Neruorum vulneribus per quæ mederi  
conuenit. 36.25.  
Nervos ligamẽta Hippocrates appellat.  
210.16.

Niger color vnde. 106.41.  
Nilei Plinthium. 483.  
Nitrum. 27.44. & 29.29.  
Nodus Herculeus ad extendendũ equa-  
liter. 471.  
Nomina græca, quæ affectum signifi-  
cant, acuto sunt accentu in vltimã.  
184.10.  
Nominum rationẽ illam tenuem, & ex-  
quisitam maiores non tenuerunt. 311.  
24. & 320.43.  
Nymphodori glossocomum. 503.  
Nymphodori Glossocomum quomodo  
moueat. 506.

## O

**O**bscurum duplex. 131.16.  
Obsonia mollia, quæ sint. 151.44.  
Ocio effœminatur, & imbecillum reddi-  
tur corpus. 403.23.  
Oculus vinculi species. 368.25. & 431.1.  
& ibidem 22. & 430.26. & 432.1.  
Oesypus. 29.28.  
Olei facultas. 185.34.  
Oleo in vlceribus vtendum est potissi-  
mum, vbi lenia medicamenta requiri-  
tur. 14.45.  
Oleum. 37.17.  
Oleum

# INDEX.

- Oleum glutinâdis vlceribus incommo-  
dum. 26.35.  
Oleum quando in vlcere vitandū. 26.8.  
Oleum vlceribus alienum. 14.14.  
Orationum diuisiones variæ. 133.1.  
Orbes è corio quo pacto ad crus exten-  
dendum accommodandi. 198.32.  
Orbes quibus ad crus extendendum vte-  
mur, quales esse debeant. 199.32.  
Orbicularis vinculi species simplex est.  
416.7.  
Orchomenion. . 35.34.  
Ordinis ratio in oratione nō semper ser-  
uatur idem apud veteres, qui princi-  
pio proponitur. 354.36.  
Ordo non idem in exercendo, atque do-  
cendo. 75.25.  
Ordo præceptorum artis alius requiritur  
in docendo, alius in exercendo. 242.15.  
Organi tractorij motus. 486.  
Organorum genera. 477.  
Organorum materia. Ibidem.  
Organorum partes & vsus. 478.12.  
Oris apertio duplici accommodatur vsui.  
258.43.  
Os capitis ad membranam secâdum vel  
radendum, vbi in vulnere capitis inua-  
dere febrem intelligas. 108.17.  
Os capitis ad membranam vsque secan-  
dum acutiori ferrâ, vbi minus tempe-  
stiuè committitur vulneratus. 112.1.  
Os capitis dum secatur ferraamenta sub-  
inde recipienda, & in aquam frigidam  
demittenda. 111.26.  
Os capitis dum secatur inspicienda sub-  
inde sectionis altitudo. 112.23.  
Os capitis, quâ parte secari debeat. 84.  
16.112.30.  
Os capitis quare initio totum aliquando  
secatur. 113.17.  
Os capitis quomodo scalpro radendū, vbi  
vitium eius cognosci nō potest. 93.34.  
Os capitis quo pacto purulētū fiat. 97.3.  
Os capitis, si à principio secatur, non de-  
bet secari vsq; ad membranâ. 110.29.  
Os capitis si quis velit inter initia exci-  
dere, quæ præcepta seruanda. 113.10.  
Os capitis, si terebrâ perforetur, cauendū  
ne ipsa per totum penetret. 113.29.  
Os capitis vulneratum exangue redditur  
tempore & medicamentis. 101.18.  
Os *nußoetßs*. 160.27.  
Os fractum seu luxatum cur opus sit antè  
extendere. 133.42.  
Os iugale quodnam appelletur. 256.40.  
Os læsum, vbi iniuriam non prodat, me-  
dicamento nigro illinitur. 95.16.  
Os occipitij robustissimum ex vniuersâ  
caluariâ. 66.22.  
Os, quando suo loco moueri dicatur.  
161.44.  
Os quatuor de causis abrūpitur. 161.10.  
Os quibus de causis præcidendū. 205.27.  
Os recedens ab aliquo osse, cum quo na-  
turaliter iungitur, nullum in pristinam  
sedem reuertitur. 250.8.  
Ossa capitis cur magis abrupta, minùs pe-  
riculo subsint. 102.16.  
Ossa capitis puerorum tenuiora. 103.5.  
Ossa dum præciduntur, quænam sint ad-  
uertenda. 327.30.  
Ossa fracta non coalescunt. 153.26.  
Ossa frangi leuius vitium est, quàm si ijs  
integris venæ ac nerui grâdiores con-  
terantur. 213.20.  
Ossa fracta vel luxata, si valentiùs exten-  
dantur, quæ detrimenta sequantur.  
400.24.  
Ossa gibba facillè peruertuntur. 159.27.  
Ossa manus. 160.15.  
Ossa manus & pedis medullâ carent, ca-  
ua sunt & lapillis similia. 160.7.  
Os sacrum, quod & latum nuncupatur,  
exulceratum difficulter curatur. 198.3.  
Ossa nec excidunt, nec nudâtur, nisi cu-  
tis & supiecti muscoli secet. 188.11.  
Ossa pedis 160.17.  
Ossa, quæ bina inter se iunguntur, vbi de-  
hiscunt, non facillè in pristinum locum  
reuertuntur. 213.11.  
Ossa, quæ citra noxam præcidantur.  
327.44.  
Ossa quæcunque rara sunt, citò sanescunt.  
252.3.

# INDEX.

Ossa, quæ extremis membris mouentur  
eandem curationē, quam fracturæ, re-  
quirunt. 162.19.  
Ossa, cum fracta aut luxata inter se cesse-  
runt, cur musculorū distentio sequatur.  
204.1.  
Ossa, quæ sub fracturâ sunt, quare incer-  
to tempore abscedunt. 205.12.  
Ossa, quo tempore impellenda. 203.18.  
Os *σκαφοειδές*. 160.28.  
Osse capitis violato, quo pacto per exi-  
guam terebram detrahare sanguinem  
oporteat. 104.1.  
Osse fracto quo tempore callus produca-  
tur. 150.40.  
Osse fracto, si carnis quoque vulnus ac-  
cessit, quæ ratio victus cōueniat. 151.23.  
Osse laeso carnem quoque vulnerari ne-  
cessariò. 81.38.  
Ossibus luxatis simul & nudatis quid a-  
gendum. 320.16.  
Ossibus quo pacto pulsus inesse intelli-  
gatur. 97.42.  
Os siccantibus medicamentis celerrimè  
abscedit. 101.27.  
Osse fracto summâ quiete opus est. 150.1.  
Osse fracto, ubi vulnus accessit, quomo-  
do ferulæ imponi debeant. 192.34.  
Os si restituitur, magis neruorum distē-  
tio sequitur, quàm si non restituatur.  
203.25.  
Ossis fracti & prolapsi modus simplex  
qui dicatur. 152.20.  
Ossis, in capite excidēdi quātitas. 74.38.  
Ossis, quod corrumpitur, notat. 106.19.  
Ossis recessuri indicia. 194.28.  
Ossis secandi causa. 73.34.  
Ossis sectio in quo fracturę genere requi-  
ratur. 74.21.  
Ossium partes extantes, ferulas non ad-  
mittunt. 181.39.  
Ossium pedis & manus collatio. 159.26.  
Oxyglycy. 207.14.  
Oxymel intestina inania deradit. 25.41.  
Oxymel neruosis partibus vitiatis alie-  
num. 168.24.  
Oxymel quibus constat. 168.17.

## P

Palpebra ab inflammatione intēta in  
exteriorem partem conuertitur.  
387.15.  
Palpebra, ubi tunica eius interior inflam-  
matione prehēditur, in interiorem par-  
tem trahitur. 387.16.  
Panniculorum, qui fascijs subiiciuntur,  
officium. 392.27.  
Panni, qui fracturis superdantur, fascijs  
alligandi sunt. 145.27.  
Panni superdandi fracturæ cerato inun-  
cti. 145.13.  
Pannorum, qui fracturis superiniiciuntur,  
longitudo, latitudo, crassitudo, & nu-  
merus. 389.7.  
Pannorum vino madentiū vis. 189.30.  
Papauer album, quod & Herculeum &  
aphrodes dicitur. 55.25.  
Partes corporis nostri, quibus innititur,  
quæ sint. 372.21.  
Partes minùs aluntur & increscunt, ubi  
non exercentur. 302.23.  
Parthenium. 31.29.  
Pecten vinculi genus ad colem. 456.31.  
Pectoris vinculum. 447.23. & 448.1.  
Pedem extremum quemnam Hippocra-  
tes appellet. 312.36.  
Pede toto, qui inambulare dicantur.  
313.44.  
Pedis & manus ossium collatio. 159.41.  
Pedis ossa. 160.17.  
Pedis ossa resoluta in superiorem vel in-  
feriorem regionē, repōita, ægrè in suâ  
sede seruantur. 162.7.  
Pedū tumores nihil sub cataplasmate de-  
sidentes, quâ causâ proueniant. 39.16.  
Pellis animalium duplicem naturam ha-  
bet. 263.29.  
Pelops præceptor Galeni. 284.15.  
Phaleræ vinculi genus. 437.40.  
Pharicon medicamentum. 33.32.  
Phyma. 47.30.  
Picea. 37.20.  
Pix. 30.9.  
Plagæ grauioris vel leuioris indicia.  
82.21.

Plagæ



# INDEX.

Plagæ capitis ob tres causas secari debet.  
92.19.

Plenitudinis humorū in corpore nostro  
causæ aliquot. 330.19.

Plinthium laqueus. 474

Plinthium Nilei. 483.

Plumbi recrementum. 60.17.

Plumbum. 30.22.

Plusius Placinus miro rictu os diducere  
solebat. 258.45.

Polyspastum. 335.37.

Poplitis commissuram etiam sani exten-  
dere non possunt, nisi simul extendant  
eam, quæ ad inguen. 307.24.

Prædictio præclara & ardua, in quo con-  
sistat. 310.44.

Pronum quid. 135.23.

Pronus habitus quis dicatur. 340.9.

Puerorum ossa capitis tenuiora. 103.5.

Pulsus in ossibus quo pacto intelligatur.  
97.42.

Pulsus ulcerum. 9.11.

Purgantia vlcus, mordet idem. 204.30.

Purgatio, vbi febris est continua, nõ con-  
uenit. 168.6.

Pus coloris est cinerei. 169.21.

Pus fit ex sanguine putri. 9.30.

Pustulæ vnde. 107.19.

**Q**uadrigea vinculi genus. 446.27.

Quierem quid intelligat Hippo-  
crates. 396.45.

Quinquefolium. 36.28.

## R

**R**adius. 141.35.

Ratione artem scire non satis est, sed  
vfu experiri oportet. 243.2.

Ratio in artibus magni est effectus.  
190.45.

Ratione quomodo explorandus morbus,  
alioquin collectus ex responsis homi-  
num. 78.45.

Ratio vbi quid commonstrat, mutari tu-  
rò potest id, quod non rectè adhibetur,  
neq; expectandus longus vsus. 190.38.

Refrigerantiũ duplex est genus. 322.20.

Regium vinculi species. 424.43.

Reponendi luxati modus κατὰ ποδὶσφαι-  
σιν. 220.24.

Resina terebintlina. 37.20.

Rhombus. 266.47.

Rhombus species vinculi. 368.26. &  
421.10.

Romam terræ habitatæ compedium di-  
xit Polemo rhetor. 237.29.

Rubrica. 58.27.

Ruminantia animalia inferiorem tatum  
dentium ordinem habent. 240.9.

## S

**S**andaracha. 33.36.

Sanguinem homini præso mittendum  
esse, quo pacto intelligi debet. 44.2.

Sanguinis eruptionem quo pacto Gale-  
nus non solum ad contrariam partem,  
sed ad proximam etiam deriuat, quod  
Hippocratis sententiæ contrarium vi-  
detur. 43.11.

Sanguinis immodicè fluētis reprimendi  
modus. 42.38.

Sanguinis mittendi modus præscribi cer-  
tus nequit. 12.11.

Sanguinis mittendi obseruationes aliquot  
necessariæ. 43.1.

Sanguinis plurimum ad membra cõcur-  
rentis indicia. 412.23.

Sanguinis suppurantis indicium. 167.46.

Sanguis extra venas colorẽ mutat. 18.45.

Sanguis extra venas putrescit. 43.40.  
& 47.31.

Sanguis in ventrem præter naturã fluens,  
neceffe est suppuret. 12.20.

Sanguis niger vnde generetur. 19.4

Sanguis quibus de causis colorem mutet.  
169.6.

Sanguis suffusus quando in pus vertitur,  
aut corrumpitur. 168.40. & deinceps  
paginâ 169.

Sanguis quo pacto per exiguã terebram  
detrahendus osse capitis violato. 104.1.

Sanguis vbi mittitur, vires perpetuò cõ-  
siderandæ. 109.21.

Scalper cauus. 126.

Scalper in imo lenticulã repræsentas. 127.

Scalper in medio recuruatus. 123

# INDEX.

|                                                                                                                                 |                          |                                                                        |                  |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------|------------------------------------------------------------------------|------------------|
| Scalper, prout variè admouetur, tum radit, tum excidit.                                                                         | 123.7.                   | Simia structurâ habet homini, quàmmaximè similem.                      | 306.29.          |
| Scalper, quo iuniores ad omnes fracturæ modos vtuntur.                                                                          | 122.11.                  | Simile & idè quo pacto differât.                                       | 351.37.          |
| Scalper quo iuniores os radunt.                                                                                                 | 125.                     | Simplex composito prius.                                               | 360.47.          |
| Scalper rectus.                                                                                                                 | 123.                     | Simum græcis quid significet.                                          | 367.14.          |
| Scalpri oppositi.                                                                                                               | 129.                     | Sinus obliquus.                                                        | 383.43.          |
| Scalpri tria genera apud Galenū.                                                                                                | 122.1.                   | Sinus, quod vitium appelletur.                                         | 383.22.          |
| Scalpris utebantur veteres non solū ad os radendum, sed etiam ad excidendum.                                                    | 123.3.                   | Sinus rectus.                                                          | 383.42.          |
| Scamni Hippocratis descriptio.                                                                                                  | 338.                     | Sinus quo pacto deligari debent.                                       | 383.29.          |
| Scamni Hippocratis structura.                                                                                                   | 335.26.                  | Sinuū curatio, quomodo differat à curatione abscessuum.                | 385.34.          |
| Scamni Hippocratis vsus.                                                                                                        | 335.41.                  | Sinuū, qui vlcibus superueniunt, curatio.                              | 22.20.           |
| Scamnum Hippocratis.                                                                                                            | 518.                     | Smyrnæ Galenus medicinam didicit.                                      | 237.27.          |
| Scapha vinculi species.                                                                                                         | 422.1. & 423.19.         | Sophistas quos intelligat Hippocrates.                                 | 136.6.           |
| Scilla.                                                                                                                         | 37.21.                   | Sphacelus curationē nō admittit.                                       | 321.17.          |
| Sedes genus fracturæ in capite.                                                                                                 | 71.24. & 80.47. & 83.18. | Spectaculum magnum ostentare sine vilo profectu, turpe est.            | 280.4.           |
| Sedile Thessalum.                                                                                                               | 234.20.                  | Spica vinculi genus.                                                   | 444.1. & 446.27. |
| Sedilis Thessali figura.                                                                                                        | 237.1.                   | Spina diuersū qd est à vertebris.                                      | 286.26.          |
| Semirhombus vinculi species.                                                                                                    | 421.22. & 428.1.         | Spina in homine quid.                                                  | 272.10.          |
| Sensu an mente percipiamus obiecta exteriora.                                                                                   | 350.16.                  | Spina in interiorem partem conuersa, ad interitum ægrotatē præcipitat. | 291.1.           |
| Sensu, quæ cōprehendi dicātur.                                                                                                  | 348.25.                  | Spinæ & vertebrarū cōmissura.                                          | 280.40.          |
| Serræ duplex ratio.                                                                                                             | 113.41.                  | Spinæ & vertebrarum figura.                                            | 280.28.          |
| Serram, quâ caluariæ os secatur, teretem esse oportet.                                                                          | 114.6.                   | Spinæ luxatæ extensio per scalam nihil proficit.                       | 277.15.          |
| Serra, quâ fabri vtuntur.                                                                                                       | 115.                     | Spinæ medullæ velamentorum origo.                                      | 281.32.          |
| Serrula.                                                                                                                        | Ibidem.                  | Spinæ, quæ pars dicatur anterior & posterior.                          | 282.5.           |
| Siccandi vim habentia medicamenta.                                                                                              | 270.27.                  | Spinæ vertebrarum vitia.                                               | 272.8.           |
| Siccantia & refrigerantia medicamenta quo pacto pus moueant, vbi caro collisa est.                                              | 10.15.                   | Spina luxata quâ ratione restituatur.                                  | 501.             |
| Siccantia medicamēta in vulneribus glutinant, sordem purgāt, carnem alunt, ad cicatricem ducunt, supererescētē carnem absumunt. | 2.19.                    | Spina luxata quo pacto per scamnum Hippocratis restituatur.            | 528.             |
| Signa morborum, quibus viribus inter se dissent.                                                                                | 347.12.                  | Spinā luxatā restituēdi modus.                                         | 277.21.          |
| Signis iisdē contingit potentiâ maximis esse, & cognitu facillimis.                                                             | 344.29.                  | Spina pluribus modis obliqua sanis red- datur.                         | 286.43.          |
| Simia homini simillima, vnum tamē habet in spinâ, aliarum quadrupedū comune.                                                    | 285.42.                  | Spiritus <i>sanis</i> quis sit, & quomodo fiat.                        | 294.4.           |
|                                                                                                                                 |                          | Spodium.                                                               | 30.23. & 37.27.  |
|                                                                                                                                 |                          | Spodium Cypriū & Laurioticū.                                           | 30.44.           |
|                                                                                                                                 |                          | Spongiæ effecta in vlcibus.                                            | 21.22.           |
|                                                                                                                                 |                          | Spongia, quæ vlceri alliganda est, qualis esse debeat.                 | 13.46.           |
|                                                                                                                                 |                          | Squama                                                                 |                  |

# I N D E X.

- Vinculorum rationes aliquot. 365.18.  
Vinculorum vsus. 418.3.  
Vinculo similis affectus, quis sit, & vnde nascatur. 211.6. & 240.40.  
Vinculum ad frontem & partes, quæ iuxta sunt. 419.1. & 441.45.  
Vinculū à fracturâ semper ordiri debet. 148.28.  
Vinculum ad malas. 441.17.  
Vinculum ad mentum. 443.28.  
Vinculum ad totum caput. 419.25.  
Vinculum distinctum quodnam appelletur. 365.34.  
Vinculum inflammationem reprimens. 33.18.  
Vinculum nasi 435.1. & 436.1. & 438.28. & 439.1.  
Vinculum non requiritur, vbi desit cataplasmatris vsus. 3.34. & 89.26.  
Vinculum occipitij. 443.20.  
Vinculum scissum ad summum caput, & ei proximam regionem. 418.28.  
Vinculū simplex quodnā dicatur. 366.32.  
Vini facultas. 185.35.  
Vini vsus, quo vlcera madefaciēda sunt. 196.19.  
Vinum austerum naturâ frigidū ac terreste. 197.2.  
Vinum cur vulneribus applicetur, capitis autē vlceribus non item. 2.40. & 85.16.  
Vinum duabus de causis ad vlcera pertinet. 85.32.  
Vinum glutinandi vini habet 2.22.  
Vinum in vlceribus adhibetur, quū inflammatio timetur. 80.14.  
Vinū in vulneribus capitis reijcitur. 2.39.  
Vinum nigrum austerum adstringit & glutinat, atque repellit. 2.28.  
Vinum nigrum austerum efficax præsidium, vbi os cute excedit. 142.26.  
Vinum nigrū & austerum affectas partes inflammari non patitur. 322.4. & ibidem 42.  
Vires perpetuò considerādæ, vbi sanguis mittitur, vel catharticū datur. 109.21.  
Viscera vulnerata in inflammationē faciliè incidunt 6.28.  
Vlcera adusta vacant periculo eruptionis sanguinis 248.7.  
Vlcera capitis offenduntur frigidis tactu. 80.39.  
Vlcera capitis, quando scalpellum postulant. 90.37.  
Vlcera caua fiunt à telis carnem lacerantibus. 81.41.  
Vlcera cicatrices cauas accipiunt, vbi os quāuis de causâ recesserit. 18.3.  
Vlcera cute innata nudari non debent. 204.18.  
Vlcera exedentia vnde oriantur. 23.24.  
Vlcera inflammantur, quū ad suppurationem spectant 9.21.  
Vlcera intus caua in orbem, vel ad dimidium secari debent 19.17.  
Vlcera magna sine tumore, pessima. 23.18.  
Vlcera omnia siccanda, exceptis illis, vbi mouendum est pus 11.25.  
Vlcera, quæ fracturæ ob malam curantis tractationem superueniunt, quibus deprehendatur indicij, & quo pacto curentur. 193.6.  
Vlcera, quæ ad sanitatem intendunt, tutò & vtiliter lenibus medicamentis fouentur. 14.35.  
Vlcera, quæ glutinari nō possint. 18.15.  
Vlcera, quæ ratione reddantur diuturna. 36.10.  
Vlcera (si dolor vehemens occupet, & accedat inflammatio aut distētio nervorum) lenibus medicamentis inungere oportet. 14.39.  
Vlcera vincendi ratio. 21.25.  
Vlcera triplici de causâ redduntur magna. 15.18.  
Vlcera vino madefieri debent. 1.46.  
Vlcere minùs rectè purgato caro producta plus iusto increfcit. 17.27.  
Vlcere recenti nec lenia nec pingua medicamenta conueniunt. 14.16.  
Vlcere recenti, nisi fuerit in ventre, sanguinis detractio maior aut minor iuuat 11.33.  
Vlceribus cur vinum adhibeatur, capitis autē vlceribus non item. 2.40. & 85.16.



# INDEX.

- Vlceribus diuturnis, quæ sinum habent, victus ratio tenuis non conuenit. 5.26.  
 Vlceribus frigus inimicum. 17.11.  
 Vlceribus pannos vino madefactos, aut lanam succidam imponere conuenit ex Hippocratis sententiâ. 188.36.  
 Vlceribus pânî vino nigro madêtes vtiliter imponuntur. 196.18.  
 Vlceribus, pdest abstinentia & aqua. 4.43.  
 Vlceribus, quæ incommoda obtingant à frigore. 248.3.  
 Vlceribus, quæ tēpestas cōueniat. 16.40.  
 Vlceribus quâ ratione aqua frigida proficit. 87.3.  
 Vlceribus vetustis, quando prodest cataplasma. 4.12.  
 Vlceri conducunt quies & ocium. 7.1.  
 Vlceri emplastra inducere prius non expedit, quàm exquisitè siccetur. 15.43.  
 Vlceri post detractionem sanguinis spōgia alliganda. 13.33. & 15.44.  
 Vlceri prodest, si ex eo sanguis crebro euadat. 13.26.  
 Vlceris color liuidus extinguî calorē naturalem significat. 23.9.  
 Vlceris color niger extinctū calorem naturalem significat. ibidem.  
 Vlceri superueniente erysipelate purgare corpus conuenit. 20.3.  
 Vlceri superueniente tumore quid accidat. 20.25.  
 Vlceri tumor cum inflāmatione, quâ de causâ superueniat. 23.39.  
 Vlcerū capitis curatio nō diuersa ab alijs, quàm non attingunt os. 84.43.  
 Vlcerum capitis, ventris aut thoracis curatio cur sit potior hyeme. 17.14.  
 Vlcerū curationis summa in perfusione vini sita est primis diebus. 197.18.  
 Vlcerū frontis & capitis tria genera scapellum requirentia. 91.1.  
 Vlcerum inflammatorū præsidiū. 26.2.  
 Vlcerum omniū curatio siccantibus perficitur. 2.2.  
 Vlcerum pulsus. 9.11.  
 Vlceris capitis madefaciendum non est. 84.37.  
 Vlceris capitis quàm celerrimè suppurare expedit, vbi id necessarium est. 98.25.  
 Vlceris in quo collisa, detrita quē caro est, oportet in pus verti ac tabescere. 11.14.  
 Vlceris malignū quodnā vocet Galenus. 15.28.  
 Vlceris quid. 155.20.  
 Vlceris quomodo hiare dicatur. 204.10.  
 Vlceris quonam medicamento purgetur. 189.13.  
 Vlceris simplex *et aqua* requirit. 11.6.  
 Vlceris, vbi malè deuincitur, quænam accidant. 191.7.  
 Vocabula cōplura totis attribuūtur corporibus, quæ partium sunt. 367.20.  
 Vomitus citantia. 270.16.  
 Vrinæ difficultatis, quæ inflammato ano superuenit, causâ. 55.41.  
 Vsu experienda ars post ratione conceptam doctrinam. 243.2.  
 Vna acerba. 27.10.  
 Vulnera capitis, auris, ac cutis curationē sicciorē requirunt, quàm reliqua vlcera. 27.40.  
 Vulnera plæraque tertio aut quarto die recrudescunt. 201.15.  
 Vulnera quando impleantur linamentis. 386.24.  
 Vulnerato capite potus aque & victus tenuis conuenit. 109.26.  
 Vulnere habito, quibus idicijs mors præfagiatur. 104.28.  
 Vulneri si fractura accedat, duplici nomine vti abstinentiâ præstat. 6.30.  
 Vulneris magni triplex genus. 110.7.  
 Vulnus capitis mortiferum duobus modis. 108.7.

FINIS.

INDEX

# I N D E X.

Squama æris. 30.29.& 33.37.  
Stando ac sedendo etiam corpus moueri dicitur. 7.17.  
Sternutamentum mouētia medicamēta. 58.17.  
Stertere quibus accidat magis. 275.1.  
Sædægritas causa. 53.42.  
Sulphur. 33.38.  
Supinum quid. 135.25.  
Suturæ capitis facillè finduntur. 83.8.  
Suturæ os in capite secari nō debet. 84.1.  
Sutura infirma ad resistendum iētui. 68.4.  
Suturarum caluariæ diuersitas. 62.23.  
Suturarum in uiris atque scēminis eadem ratio. 62.36.

## T

**T**Alus. 170.12.  
Talus luxatus, quo pacto restituatur. 502.  
Talus prolapsus quo pacto per scamnum Hippocratis restituatur. 532.  
Talus quo pacto vinciri debeat. 165.18.  
Tela acuta fecant. 79.43.  
Tela grauiā durāque, collidunt. 79.44.  
Teli nomine quid intelligatur. 68.37.  
Telis carnē lacerantibus vlcera caua fiūt. 81.41.  
Telorum genera. 81.3. vsque 25.  
Telum propriè, quo alter alterū vulnerat. 80.3.  
Telum varium quo pacto varia inferat vulnera. 80.39.  
Tēpus scalpello attingi nō debet. 91.24.  
Temporum os infirmissimum. 65.31.  
Tempus ex quo malum incidit in curatione considerandum esse. 353.39.  
Terebra, cui pila in summo est, per quam circumagitur. 120.  
Terebræ ἀβελήσις 116.6.  
Terebræ conuertendæ rationes à recentioribus excogitatæ. 120.7.  
Terebræ proprium perforare. 115.1.  
Terebræ vsus alienus, ubi ossa vehementer sunt perforata atq; imbecilla. 115.13.  
Terebrā habenā tribus modis fabri circumducunt. 117.4.

Terebra per manubriolū, quo pacto conuertatur. 121.1.  
Terebra non solum perforat, sed excidit etiam ossa per varia ferramenta, quæ in imum eius demittuntur. 121.16.  
Terebra, quæ descendere nō potest. 116.  
Terebra, quæ per arcū circumducitur. 118.  
Terebra, quæ per habenam & transfuersarium circumagitur. 119.  
Terebra, quæ per habenam in medio arte illigatam conuertitur. 117.  
Terebra, quæ per manubriolum conuertitur. 122.  
Terebra, quæ per transfuersarium, quod est in summā parte, conuertitur. 120.  
Terebra quā fabri vtuntur 116.  
Terebra, quando propriè aptatur. 116.2.  
Terebrarum duo genera. 116.6.  
Testimonium pro signo. 168.38.  
τρετρα δὲ quæ in inflammationem coercet ac lenit, sed vlcus sordidū efficit. 204.28.  
Thais vinculi species. 422.9. & 424.1. & ibidem 33.  
Thessali sedilis figura. 237.1.  
Tholus vīculi species. 422.1. & 423.19.  
Thorax vinculi species. 448.4.  
Thus. 28.26.  
Thymium. 31.31.  
Tibiæ caput crassius quàm sura in commissurā genu. 170.18.  
Tithymalli succus. 49.7.  
Tormentilla. 36.30.  
Tormina vnde fiant. 273.45.  
Tremor duplici motu continetur. 7.19.  
Trispastum Apellidis, seu Archimedis machinamentum. 507.  
Triticum quodnam iudicetur optimum. 267.26.  
Tumores iuxta poplitem vel pedē, quomodo curari debeant. 185.21.  
Tumores quibus sint exhauriēdi. 185.41.  
Tumoribus quando adhiberi scalpellus debeat. 40.22.  
Tumor, qui vulnerato capite superuenire solet, quo pacto curetur. 109.1.  
Tumorum in vulnere diuersitas. 23.15.  
Tussilago. 34.9. & 322.41.  
bb v

# INDEX.

## V

**V**Algi deterius stant, curruntq;, quàm  
 vari. 301.3.  
 Valgi fiūt, vbi in partem internam crus  
 erumpit. 301.4.  
 Vallum vinculi genus. 437.26.  
 Vallū vinculi genus ad nasum. 438.28.  
 Varices iuxta lūbos vnde fiant. 273.30.  
 Varicis curatio 42.2.  
 Varicum in inguine generatio. 273.34.  
 Varicū in poplite generatio. 273.34.  
 Varicum materia. 273.42.  
 Vari fiūt, vbi in internam partem crus  
 prorumpit. 301.3. & 316.42. & 317.5.  
 Vari pedis modus est multiplex. 317.16.  
 Varix quid sit. 42.13.  
 Varo pedi quē deligandi ratio cōueniat.  
 318.29.  
 Vestes quales parari debeant ad cruris  
 ossa impellenda. 203.2.  
 Vestis, quo recentiores membranā tuen-  
 tur, & os attollunt. 1.28.  
 Vena caua cur sic dicta. 66.12.  
 Vena crassa in humero quānam dicatur  
 ab Hippocrate. 246.22.  
 Venæ & arteriæ vbiq; iunctæ. 66.15.  
 Venæ nomine arteria comprehendeba-  
 tur veteribus. 66.16. & 91.34.  
 Venæ, quæ thoracem nutriunt. 273.24.  
 Vena nō solum in multitudine secari de-  
 bet, sed etiam vbi timetur inflāmatio.  
 294.16.  
 Venas cauas Hippocrates appellat eas,  
 quæ grandes sunt. 66.10.  
 Venis priuatum corpus quodnam intel-  
 ligatur. 299.32.  
 Ventrem homo ex omnibus animalibus  
 habet angustissimum. 286.30.  
 Veratrum. 33.35. & 34.47.  
 Veratrum dare, antequam corpus victu  
 præparetur, fallacissimum. 167.26.  
 Veratrum Hippocrates intellexit album.  
 167.14.  
 Veratrum molle quodnā intelligat Hip-  
 pocrates. 206.26.  
 Vertebrae in internam partem excedē-  
 tes curari nequeunt. 286.19.

Vertebrae compositio spina vocatur.  
 272.10.  
 Vertebrae & spinæ cōmissura. 280.40.  
 Vertebrae & spinæ figura. 280.28.  
 Vertebrae ossa, quomodo peruertan-  
 tur. 272.38.  
 Vertebrae processus. 286.13.  
 Vertebrae processus cartilaginem ad-  
 iectam habent. 282.24.  
 Vertebrae, quæ ad costas sunt, figura.  
 285.18.  
 Verticis os, quare naturā tenuissimum.  
 65.5.  
 Viscus simplex, & quiuis. 152.2.  
 Viscus tenuis & exquisitus. 152.3.  
 Vinciendi modus. 401.41.  
 Vinciendi rationes diuersæ. 417.11.  
 Vincula alia sanant, alia sanandi sunt so-  
 cia. 380.45. & 369.1.  
 Vincula ad aurem. 440.1. & 439.29.  
 Vincula in vlceribus capitis quare reiici-  
 antur. 88.28.  
 Vinculi adstringendi modus ad ossa fra-  
 cta. 143.33.  
 Vinculi ea moderatio esse debet, vt neq;  
 premat, neque oneret. 391.3.  
 Vinculi elegātia, in quo cōsistat. 365.30.  
 Vinculi firmitas, vel pressū cōparatur, vel  
 numero fasciarum. 318.9.  
 Vinculi iocunditas, quā in re cōsistat.  
 365.30.  
 Vinculi promptitudo, quā in re cōsistat.  
 366.2.  
 Vinculi ratio duplex. 415.19.  
 Vinculi rectē iniecti duę species. 368.37.  
 Vinculis in quā capitis parte vtendum.  
 88.23.  
 Vinculi species orbicularis. 416.7.  
 Vinculi vsus alienus, vbi cataplasma non  
 imponitur. 422.  
 Vinculi vsus duplex. 424. & 142.6.  
 Vinculorum adhibendorum consilium.  
 381.14.  
 Vinculorū appellatio ab euētis. 417.16.  
 Vinculorum genera ad labra. 442.1.  
 Vinculorum nomina. 417.14.  
 Vinculorum nomina à sede. 417.13.  
 Vinculorum



# INDEX.

## INDEX ALTER GRÆ- cas dictiones complures, tum à Ga- leno ipſo, tum ab alijs explicatas commonſtrās, qui verborū quidem eſt, non tamen cuius cognitorum.

A

|              |                                                 |                   |
|--------------|-------------------------------------------------|-------------------|
| ἀπῆστοι      | terebrae.                                       | 116.6.            |
| Α            | ἀγαθόν.                                         | 168.38. & 267.24. |
|              | ἀγνόν.                                          | 305.34.           |
| ἀκροσθένος   | processus in lato ſcapularū of-<br>ſe quis ſit. | 216.32.           |
| ἀγκών.       |                                                 | 140.21.           |
| ἀγμα.        |                                                 | 132.15.           |
| ἀετός.       |                                                 | 278.3.            |
| ἀέζωα.       |                                                 | 24.19.            |
| ἀέτωμα.      |                                                 | 277.45.           |
| ἀλφιδόν.     |                                                 | 152.22.           |
| ἀλφιδόν.     |                                                 | 93.27.            |
| ἀμβλ.        | 232.4. & 339.40. & 367.25.                      |                   |
| ἀμβλ.        |                                                 | 232.4.            |
| ἀμμα.        | 370.11. & 371.19. & 373.3.                      |                   |
| ἀμφόδοντα.   |                                                 | 240.15.           |
| ἀνκαλίζεμ.   |                                                 | 161.43.           |
| ἀνολγν.      |                                                 | 171.46.           |
| ἀνκαμίζεω.   |                                                 | 152.7.            |
| ἀνολγν.      | 375.15. & 384.34.                               |                   |
| ἀνκαπίνεω.   |                                                 | 270.25.           |
| ἀνκαφίβειω.  |                                                 | 241.43.           |
| ἀνκάτεμ.     | 241.40. & 401.37.                               |                   |
| ἀνκαφίχες.   |                                                 | 193.23.           |
| ἀνκακνήμιον. | 170.4. & 181.26.                                |                   |
| ἀνκακός.     |                                                 | 276.7.            |
| ἀνκαλαβή.    | 290.20.                                         |                   |
| ἀνκαλαβή.    | Ibidem.                                         |                   |
| ἀντίχθμ.     |                                                 | 363.16.           |
| ἀπαιγμα.     |                                                 | 405.26.           |
| ἀπαινκα.     |                                                 | 276.7.            |
| ἀπαιβρωσις.  |                                                 | 258.22.           |
| ἀπαιρτα.     |                                                 | 269.30.           |
| ἀπαιρτι.     |                                                 | 81.27.            |
| ἀπαιρθεω.    |                                                 | 258.23.           |
| ἀπαικλασμα.  |                                                 | 405.25.           |
| ἀπαικπμα.    |                                                 | 69.38.            |
| ἀπαιμελι.    |                                                 | 207.14.           |
| ἀπαιρρωσις.  |                                                 | 257.18.           |

|                   |                                                  |
|-------------------|--------------------------------------------------|
| ἀπαιμ.            | 375.17. & 389.46.                                |
| ἀπαιμής lethalis. | 101.5.                                           |
| ἀπαιμάνειν.       | 263.41.                                          |
| ἀπαιμα.           | 405.22.                                          |
| ἀπαισας.          | 384.22. & 389.23.                                |
| ἀπαισμα.          | 389.24.                                          |
| ἀπαισθιγμ.        | 413.12.                                          |
| ἀπαισθιγμ.        | 384.22.                                          |
| ἀπαισμα.          | 69.38.                                           |
| ἀπαισθμ.          | 98.9.                                            |
| ἀπαισθμ.          | 319.23.                                          |
| ἀπαισθμ.          | 179.26.                                          |
| ἀπαισθμ.          | 175.47. & 176.3. & 208.2. &<br>216.12. & 320.38. |
| ἀπαισθμ.          | 364.44. & 359.33.                                |
| ἀπαισθμ.          | 414.7.                                           |
| ἀπαισθμ.          | 33.40.                                           |
| ἀπαισθμ.          | 81.26.                                           |
| ἀπαισθμ.          | 372.4.                                           |
| ἀπαισθμ.          | 48.2.                                            |
| ἀπαισθμ.          | 48.31.                                           |
| ἀπαισθμ.          | 165.20. & 376.12.                                |
| ἀπαισθμ.          | 7.41.                                            |

B

|        |                   |         |
|--------|-------------------|---------|
| Β      | Βημής.            | 139.4.  |
|        | Βαίνειν.          | 319.28. |
| Βημής. |                   | 34.10.  |
| Βημής. |                   | 405.41. |
| Βημής. | 155.12. & 218.20. |         |
| Βημής. |                   | 376.22. |
| Βημής. |                   | 274.46. |
| Βημής. |                   | 34.15.  |

Γ

|              |                   |                   |
|--------------|-------------------|-------------------|
| Γ            | Γαλή.             | 248.47.           |
|              | Γαλιδάκωνες.      | 248.44. & 302.15. |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 184.4.            |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 421.4.            |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 284.38.           |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 260.37.           |
| Γαλιδάκωνες. | vinculi species.  | 416.13. & 445.    |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 18.               |
| Γαλιδάκωνες. | imū caput humeri. | 138.27.           |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 138.28.           |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 176.4.            |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 207.37.           |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 284.37.           |
| Γαλιδάκωνες. |                   | 256.8. & 260.35.  |

# INDEX.

γνώσις & γνώσις significaciones apud Hippocratem confunduntur. 260.41.

γνώσις. 348.14. & 349.43.

Δ

ε' cōiunctio græca quo pacto in oratione vsurpetur. 215.13.

δε. 1. ε' μ. 259.12.

διακίνημα. 207.34.

διακίνησις. 334.31.

διακίνησις. Ibidem.

διακοπή. 11.30.

διακοπή quid vocet Hippocrates. 72.4.

διακοπήσις. 186.41.

διακοπήσις. 185.7.

διακίνηματα. 478.26.

διακίνησις. 134.2.

διακίνησις. 269.1.

διακίνησις. 244.9.

διακίνησις. 176.1. & 258.21.

διακίνησις. 304.46. & 305.11.

διακίνησις. 405.17.

διακίνησις. 405.31.

διακίνησις. 244.19.

διακίνησις. 355.23. & 368.40.

διακίνησις. 170.20.

διακίνησις. 258.23. & 282.36.

διακίνησις pro ἴσως. 200.32.

διακίνησις. 381.13.

διακίνησις. 390.3.

διακίνησις. 102.33.

διακίνησις. 174.43. & 175.23.

διακίνησις. 407.11.

διακίνησις. 407.10.

διακίνησις. 330.5.

διακίνησις αἱματώδης. 331.1.

Ε

ε' ὁνις. 138.46. & 397.2. & 398.47.

ε' ὁνις. 139.14.

ε' ὁνις habitus. 359.34.

ε' ὁνις. 200.21.

ε' ὁνις. 339.3.

ε' ὁνις. 314.22.

ε' ὁνις. 48.2. & 161.15.

ε' ὁνις fracturæ species quid Hippocrati. 71.36.

ε' ὁνις. 312.34.

ε' ὁνις. 355.22. & 368.39.

ε' ὁνις. 327.35.

ε' ὁνις. 69.31.

ε' ὁνις. 391.7.

ε' ὁνις. 107.1.

ε' ὁνις. 185.7.

ε' ὁνις. 69.31.

ε' ὁνις. 204.11.

ε' ὁνις. 152.8.

ε' ὁνις. 405.15.

ε' ὁνις. 132.14.

ε' ὁνις. 361.25.

ε' ὁνις. 315.9.

ε' ὁνις. 245.45.

ε' ὁνις. 361.27.

ε' ὁνις. 361.15.

ε' ὁνις. 361.28.

ε' ὁνις. 360.39. & 361.24.

ε' ὁνις. 163.28.

ε' ὁνις. 404.1.

ε' ὁνις. 166.39.

ε' ὁνις. 151.33.

ε' ὁνις. 1.33. & 269.39.

ε' ὁνις. 281.32.

ε' ὁνις. 138.4.

ε' ὁνις quid Hippocrati dicatur. 15.47.

ε' ὁνις. 10.11. & 11.7. & 16.2. & 31.13. & 34.38.

ε' ὁνις medicamenta, quæ dicantur. 189.

ε' ὁνις. 8. & 32.4.16.

ε' ὁνις. 348.16.

ε' ὁνις. 181.41.

ε' ὁνις. 372.31.

ε' ὁνις. 372.30.

ε' ὁνις quid significet apud veteres. 192.10. & 197.11. & 336.8.

ε' ὁνις. 170.34. & 320.36.

ε' ὁνις. 185.26.

ε' ὁνις. 242.47.

ε' ὁνις. 132.14.

ε' ὁνις. 274.46.

ε' ὁνις. 370.43. & 399.39.

ε' ὁνις. 245.47.

ε' ὁνις. 381.13.

ε' ὁνις. 211.22. & 375.3.

ε' ὁνις. 375.3.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

ε' ὁνις. 370.40.

# I N D E X.

|                           |                            |                                     |                   |
|---------------------------|----------------------------|-------------------------------------|-------------------|
| ἐπίθετος.                 | 390.40.                    | ἰσόμ.                               | 278.30.           |
| ἐπικῆς.                   | 201.28.                    | ἰσός.                               | 278.29.           |
| ἐπικῆως.                  | 309.47.                    | ἰσίου.                              | 184.27.           |
| ἐπικουρῶ.                 | 164.8.                     | ἰσού.                               | 22.1.             |
| ἐπικουρότατος.            | 246.34. & 313.3.           | ἰσούριος                            | 217.16.           |
| ἐπιλαβή.                  | 290.20.                    | ἴσως καὶ ἑμαλῶς, quomodo differant. |                   |
| ἐπαλοπία.                 | 16.4.                      | 200.34.                             |                   |
| ἐπιδόματα.                | 132.14.                    | ἴχνος.                              | 162.3. & 164.26.  |
| ἐπωμῆς.                   | 218.22.                    |                                     |                   |
| ἐρεῖσματα.                | 412.47. & 402.7.           | κ                                   |                   |
| ἐρμάριμ.                  | 412.42.                    | κ Ἀπόλλωνος.                        | 202.36.           |
| ἐρμάσαι.                  | 278.43.                    | καθ' ἑκαστὸν.                       | 141.19.           |
| ἐρμάσμα.                  | 413.42. & 402.7.           | καθ' ἑκαστὸν                        | 420.19.           |
| ἐρμάτα.                   | 278.42. & 412.45.          | καλλεία.                            | 207.38.           |
| ἐρπετος.                  | 23.26.                     | καμάρα.                             | 69.3.             |
| ἐρύσιμω.                  | 33.2.                      | καμάρας.                            | Ibidem.           |
| ἐσάσασθαι.                | 263.1. & 286.42.           | καμπί.                              | 315.9.            |
| ἐτόρ.                     | 300.2.                     | καμπύλος.                           | 314.42.           |
| ἐυώνυμ.                   | 397.26.                    | καπύ.                               | 336.27.           |
| ἐνίθης.                   | 207.36.                    | καρ.                                | 82.38.            |
| ἐύθετα.                   | 384.38. & 400.1.           | καρτα.                              | 307.11.           |
| ἐύαχολ.                   | 277.42.                    | καταβλήμα.                          | 264.6.            |
| ἐύαχτα.                   | 400.1.                     | καταγμα.                            | 269.39.           |
| ἐύχτα.                    | 384.38.                    | κατάγματα.                          | 132.15.           |
| ἐφελόμ.                   | 158.40.                    | κατάλημμα.                          | 370.13.           |
| ἐχέμαλλ.                  | 379.31.                    | κατάλημ.                            | 375.12.           |
|                           |                            | καταναγκάζειν.                      | 161.43.           |
| z                         |                            | καταπύ.                             | 360.39. & 361.16. |
| zέον.                     | 406.44.                    | κατάρροπον.                         | 361.18.           |
| h                         |                            | κατάρροπος.                         | 361.10.           |
| Particula interdum negat. | 14.3.                      | κατάστα.                            | 202.35.           |
| h' ἡδ.                    | 151.37.                    | καταστήσαι.                         | 202.34.           |
| ἡρμόδ.                    | 321.29. & ibidem 34.       | κατάστα.                            | 202.39.           |
| ἡσυχία.                   | 7.41.                      | κατ' ἴξιν.                          | 162.41.           |
| o                         |                            | κάτ.                                | 420.18.           |
| ἐναι.                     | 141.47.                    | κατωμύ.                             | 227.3.            |
| o ἐναι.                   | 141.46.                    | κατωμύ.                             | 227.2.            |
| ἐναι.                     | 160.40. & 358.29. & 384.36 | καυλίδ.                             | 262.28. & 405.30. |
| ολλομα.                   | 403.45.                    | καυκαπεί.                           | 292.37.           |
| ορμύ.                     | 163.35.                    | καυ.                                | 372.35. & 376.2.  |
| ορμύ.                     | 163.34.                    | καυ.                                | 297.27.           |
| i                         |                            | καυ.                                | 141.34. & 325.20. |
| Αἰετός.                   | 352.21.                    | καυ.                                | 294.2.            |
| i' ἰατε.                  | 352.31.                    | καυ.                                | Ibidem.           |
| ἰε.                       | 197.41.                    | καυ.                                | 429.2.            |
| ἰε.                       | 192.27. & 358.23.          | καυ.                                | 107.7.            |
| ἰε.                       | 184.38.                    | καυ.                                | 293.42.           |
| ἰε.                       | 184.30.                    | καυ.                                | 334.30.           |



# INDEX.

|                                                    |                   |
|----------------------------------------------------|-------------------|
| κίχμιλος.                                          | 253.11.           |
| κνήμη. 169. 45. & 170.1. & 320.21. & 325.18.       |                   |
| κνίλιν.                                            | 6.22. & 12.15.    |
| κοπόρ.                                             | 398.41.           |
| κοκκυξ.                                            | 312.4.            |
| κομψιδέας.                                         | 333.25.           |
| κόνηλοι.                                           | 209.8.            |
| κόνδυλοι.                                          | 140.17.           |
| κράκεας process in lato scapularum of se quis sit. | 216.32.           |
| κράνα.                                             | 209.16.           |
| κράναι.                                            | Ibidem.           |
| κράνη.                                             | 256.44.           |
| κράνορ.                                            | Ibidem.           |
| κοτύλη. 176.4. & 184.28. & 234.9.                  |                   |
| κράτινέας.                                         | 159.22.           |
| κροταφίται. 91.41. & 257.24. & 260.25.             |                   |
| κρέταφοι.                                          | 257.37.           |
| κυβοειδής OS.                                      | 160.27. & 163.46. |
| κυκλίσκη.                                          | 122.1. & 126.1.   |
| κυκλός.                                            | 316.43.           |
| κυλλός.                                            | 301.5. & 405.42.  |
| κύρτωσις.                                          | 272.25.           |
| κύρση.                                             | 272.21.           |
| κύφωσις.                                           | 273.5. & 287.4.   |

|   |                                     |                           |
|---|-------------------------------------|---------------------------|
| Α | Αλώπυς.                             | 32.12.                    |
| Α | λαπάρα. 184.32. & 293.29. & 375.28. |                           |
|   | λατόπυς.                            | 303.14.                   |
|   | λατή.                               | 393.3.                    |
|   | λήμη.                               | 295.5.                    |
|   | λίβος.                              | 393.4.                    |
|   | λιμοκονέειν.                        | 51.18.                    |
|   | λιτόρ.                              | 263.20.                   |
|   | λυσκοί ιατροί.                      | 398.14.                   |
|   | λύρος.                              | 348.15.                   |
|   | λύρος οφθαλμικός.                   | 348.16.                   |
|   | λυστός.                             | 285.35.                   |
|   | λύστωσις.                           | 272.23. & 273.6. & 287.5. |

|   |                                        |         |
|---|----------------------------------------|---------|
| Μ | λήνη.                                  | 93.29.  |
| Μ | μαλθακάδη medicamenta. 14.19. & 323.7. |         |
|   | μαλίστα.                               | 262.8.  |
|   | μάνα.                                  | 267.38. |

|                      |                  |
|----------------------|------------------|
| μασπητῆρες.          | 257.24. & 258.7. |
| μαχαλάη.             | 218.26.          |
| μολήεις.             | 263.1.           |
| μελέδωρ.             | 241.16.          |
| μελέτη.              | 166.46.          |
| μεσόδμη.             | 333.34.          |
| μεσολόγιοι musculi.  | 293.30.          |
| μεταχειρίεις.        | 152.15.          |
| μετέετορος.          | 300.1.           |
| μετέωρος.            | 154.11.          |
| μετωπίως.            | 421.4.           |
| μηλίας.              | 26.46. & 31.37.  |
| μήλου.               | 256.9.           |
| μωνογροφύλαξ lamina. | 128.             |
| μνύαι.               | 158.10.          |
| μοτός.               | 386.25.          |
| μοχλινός.            | 1.9.             |
| μυδωσα caro.         | 165.40.          |
| μύξα.                | 6.12.            |
| μάνηχα.              | 240.23.          |

|   |                                                   |         |
|---|---------------------------------------------------|---------|
| N | Αντή.                                             | 166.39. |
| N | Ναυτίωσις.                                        | 166.38. |
|   | Ναύρα etia ligamenta dicuntur apud Hip- pocratem. | 210.31. |
|   | Νομά.                                             | 35.44.  |
|   | Νομή.                                             | 370.17. |
|   | Νόσημα.                                           | 344.13. |
|   | Νός.                                              | 348.15. |

|   |          |         |
|---|----------|---------|
| Ξ | Ύμφυσις. | 264.27. |
|   | Ξύματα.  | 331.39. |
|   | Ξυσήρ.   | 122.3.  |

|   |                                     |                   |
|---|-------------------------------------|-------------------|
| Ο | Ιδημα. 90.10. & 191.43. & 404.5.    |                   |
| Ο | Οΐς.                                | 191.41.           |
|   | Οινητοί.                            | 33.8.             |
|   | Οίσυπρος.                           | 185.36. & 323.21. |
|   | Όκου.                               | 352.47.           |
|   | Όκως.                               | 353.6.            |
|   | Όλέκρνορ.                           | 140.21.           |
|   | Όλισθαίνειν.                        | 170.35.           |
|   | Όλίσσημα.                           | 207.34.           |
|   | Όμαλός και ίσως, quomodo differant. |                   |
|   | 200.34.                             |                   |
|   | Όμλιν.                              | 219.11.           |
|   | Όμολογῆν.                           | 376.4.            |
|   | Όμάχους                             |                   |

# I N D E X.

ὁμάχοιος. 64. II.  
ὁμάθυμον. 400. 47.  
ὁνισι. 175. 22. & 203. 21. & 278. 36.  
336. 20.  
ὄν. 175. 21. & 203. 21.  
ὄνηροι. 33. 7.  
ὄξυλινκας, quæ potio. 168. 18.  
ὀπιδοκῶφαισι. 272. 22.  
ὀπτα. 341. 23.  
ὀπας. 353. 7.  
ὀρῶν. 194. 31.  
ὀρῶν. 364. 45.  
ὀρῶν. 305. 38. & 309. 1.  
ὀρῶν. 244. 41.  
ὀρῶν. 293. 28.  
ὀρῶν. 217. 18.  
Π  
ἄλτος. 344. 13.  
Π παλῶν. 167. 38.  
παλῶν. 167. 38.  
παρῶν. 358. 29.  
παρῶν. 316. 28.  
παρῶν. 264. 7.  
παρῶν. 243. 3. & ibidem 12. &  
296. 18.  
παρῶν. 421. 4.  
παρῶν. 361. 37. & 370. 39. & 396. 18.  
παρῶν inflammationem coërcet ac le-  
nit, sed vlcus fordidum efficit. 204. 28.  
παρῶν. 378. 36.  
παρῶν. 382. 16.  
παρῶν. 319. 27.  
παρῶν. 303. 7. 314. 2.  
παρῶν. 372. 1.  
παρῶν. 172. 6. & 334. 18.  
παρῶν. 391. 5.  
παρῶν. 255. 8.  
παρῶν. 8. 28.  
παρῶν. 220. 25.  
παρῶν. 107. 6.  
παρῶν. 169. 47. & 170. 1. & 209. 29. &  
317. 37.  
παρῶν. 319. 18.  
παρῶν. 319. 27.  
παρῶν. 155. 10. & 325. 19.  
παρῶν. 370. 42.  
παρῶν. 207. 18.

πίπτα. 407. II.  
πίπτα. 142. 14.  
πίπτα. 407. 10.  
πίπτα. 194. 41.  
πίπτα. 282. 35.  
πίπτα. 171. 39.  
πίπτα. 184. 24. & 185. 5. & 334. 18.  
πίπτα. 253. 44.  
πίπτα. 327. 3.  
πίπτα. 335. 37.  
πίπτα. 273. 14. & 311. 6. & 329. 5.  
πίπτα. 239. 34.  
πίπτα. 244. 10.  
πίπτα. 282. 35.  
πίπτα. 284. 7.  
πίπτα. 178. 21. & 205. 41.  
πίπτα. 261. 14. & 257. 40.  
πίπτα. 192. 6.  
πίπτα. 192. 3.  
πίπτα. 244. 9.  
πίπτα. 192. 4.  
P  
πίπτα. 301. 9. & 405. 42.  
πίπτα. 371. 20. & 373. 1.  
πίπτα. 414. 6.  
πίπτα. 282. 22. & 283. 26. & eadem pa-  
ginâ 45.  
πίπτα. 404. 5.  
πίπτα. 283. 11.  
πίπτα. 283. 20.  
πίπτα. 283. 14.  
πίπτα. 301. 10.  
Σ  
πίπτα. 305. 25.  
Σ. 165. 40.  
Σ. 205. 25.  
Σ. 240. 5.  
Σ. 240. 12.  
Σ. 16. 4.  
Σ. 342. 30.  
Σ. 273. 8. & 291. 35.  
Σ. 347. 36. & 389. 16.  
Σ. 344. 8.  
Σ. 165. 41.  
Σ. 204. 10.  
Σ. 266. 27. & 268. 1.  
Σ. 266. 28.

# INDEX.

|                  |                            |                                           |                             |
|------------------|----------------------------|-------------------------------------------|-----------------------------|
| Σιμῶν.           | 314.45.                    | σφύρας.                                   | 203.23.                     |
| σίνεον.          | 163.23.                    | σφινκτηρ.                                 | 291.18.                     |
| σιν.             | Ibidem.                    | χῶσι.                                     | 259.22. & 260.17.           |
| σκαφία.          | 158.9.                     | χῶσι.                                     | 259.19.                     |
| σκαφοειδής Os.   | 160.28. & 163.47.          | χασκία.                                   | 259.25. & 471.9.            |
| σκιερὰ.          | 151.20.                    | χέσι.                                     | 239.11. & 341.26.           |
| σκιερὸν τὸν σιν. | 293.38.                    | χηνία.                                    | 341.26.                     |
| σκέλες.          | 7.43.                      |                                           |                             |
| σκέπαστρον.      | 367.25.                    | Εἰνόντες.                                 | 210.1. & 257.16.            |
| σκέπαστρον.      | 420.17.                    | Τ τλυσμός.                                | 53.20.                      |
| σκληρὸς.         | 378.21.                    | τῆτες.                                    | 266.29.                     |
| σκολιανέον.      | 287.8.                     | πρωρῆμος.                                 | 246.5.                      |
| σκόλιον.         | 284.19. & 287.10.          | πρωρῆμ.                                   | Ibidem.                     |
| σκολίασις.       | 272.23. & 273.6. & 287.5.  | τὸν νευροσ appella Hippocrates.           | 245.                        |
| σκότος.          | 82.44.                     | 4. & 276.21. & 282.18. & 293.30. & 313.2. |                             |
| σκληντέλ.        | 49.22.                     | τῶμα.                                     | 136. & 61.13.               |
| σπασμα.          | 404.3.                     | τέλτος.                                   | 234.7.                      |
| σπασμῶν.         | 158.42.                    | τεχισμός species fractura.                | 64.33.                      |
| σπένος.          | 253.3.                     | τέλτες.                                   | 241.41. & 401.39.           |
| σπινγρον.        | Ibidem.                    | τὸν.                                      | 68.2.4. & 317.19. & 355.24. |
| σπινγρονέον.     | 253.1.                     | τὸν.                                      | 166.12.                     |
| σπινγρον.        | 253.18.                    | τῶμα.                                     | 61.13. & 260.30.            |
| σπινγρονέον.     | 421.3.                     | τῶσις.                                    | 277.44.                     |
| σπινος.          | 253.15. & 303.7.           |                                           |                             |
| σπινγρον.        | 413.41. & 414.4.           | Υ                                         |                             |
| σπινγρον.        | 413.2.                     | Βαμα.                                     | 291.32.                     |
| σπινγρον.        | 53.40.                     | Υ' ὑπαγνώσις.                             | 179.28.                     |
| σπινγρον.        | 405.15. & ibidem 32.       | ὑπάλειπτον.                               | 268.46.                     |
| σπινγρον.        | 232.23.                    | ὑπάλειπτον.                               | 380.42.                     |
| σπινγρον.        | 232.22.                    | ὑπάλειπτον.                               | 145.15. & 380.42. & 390.18. |
| σπινγρον.        | 348.42.                    | & ibidem 39.                              |                             |
| σπινγρον.        | 358.36.                    | ὑπάλειπτον.                               | 22.17.                      |
| σπινγρον.        | 380.27.                    | ὑπάλειπτον.                               | 145.42. & 389.47.           |
| σπινγρον.        | 258.19. & 264.27.          | ὑπάλειπτον.                               | 360.38. & 361.2.            |
| σπινγρον.        | 348.42.                    | ὑπάλειπτον.                               | 271.35. & 360.39. & 361.6.  |
| σπινγρον.        | 347.7.                     | ὑπάλειπτον.                               | 227.19.                     |
| σπινγρον.        | 197.30.                    | ὑπάλειπτον.                               | 166.8.                      |
| σπινγρον.        | 382.25.                    |                                           |                             |
| σπινγρον.        | 205.9.                     | Φ                                         |                             |
| σπινγρον.        | 401.2.                     | φαλαγγίον.                                | 244.8.                      |
| σπινγρον.        | 270.14.                    | φακός.                                    | 122.2.                      |
| σπινγρον.        | 18.31.                     | φαρμακίον.                                | 168.8.                      |
| σπινγρον.        | 21.47.                     | φάλλον.                                   | 141.43. & 151.18.           |
| σπινγρον.        | 66.8.                      | φάλλον.                                   | 207.30. & 292.27. & ibidem  |
| σπινγρον.        | 108.25.                    | φάλλον.                                   | 46. & 293.39. & 328.9.      |
| σπινγρον.        | 165.38.                    | φάλλον.                                   | 403.44.                     |
| σπινγρον.        | 15.33. & 165.39. & 321.14. | φάλλον.                                   | 615. & 404.7.               |
|                  |                            | φάλλον.                                   | 90.9. & 191.44.             |
|                  |                            | φάλλον.                                   | φάλλον.                     |



# INDEX.

|                                       |                   |           |                                 |
|---------------------------------------|-------------------|-----------|---------------------------------|
| † λιαί.                               | 336.21. & 337.43. | χρη.      | 64.16.                          |
| † λόγους.                             | 404.9.            | χρῶς.     | 64.17. & 160.45. & 161.2.       |
| † λυκταίναι.                          | 107.20.           | χρῶτα     | quid vocet Hippocrates. 190.37. |
| φλώ.                                  | 348.15.           | χρύμασις. | 387.18.                         |
| x                                     |                   | ψάα.      | 283.36. & 285.11.               |
| Αλαρόμ ἄρξας.                         | 284.39.           | Ω         |                                 |
| x χεῖς manum significat, quando ἄκρεα |                   | Μισία.    | 246.23.                         |
| adijcitur.                            | 160.2.            | σι ὤμῳ.   | 218.23.                         |
| χείρις.                               | 152.14.           | στέλλῃ.   | 244.28. & 248.14.               |
| χειρισμός.                            | 361.38.           | τέλῳ.     |                                 |
| χλιαρόμ.                              | 406.43.           |           |                                 |

## Catalogus foliorum huius libri.

aa. quaternus. bb. quinternus.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.  
Omnes sunt quaterni.

A B C D E F G H I K L.  
Omnes sunt quaterni, præter K & L ternos.



# Hippocrates de vlceribus Vido Vi-

DIO FLORENTINO INTERPRETE, CVM  
EIVSDEM VIDII, COMMENTARIO.



LIBRORVM Hippocratis duo esse genera constat, quum Galeno auctore alij perangustè, & viâ quasi cõpendiariâ, quod propositum est, exequantur, sicut ille, qui, quum sit de impellendis ossibus, *μολιπὸν* inscribitur, in quo summatim recensuit, quæ latè prodidit in opere de articulis: contrâ vberius alij, & clariùs rem indicet, & propè vniuersam aperiat. atq; hi bipartiti sunt, nonnulli enim adeò perfectè leguntur, atque ordinatè, vt parùm adhuc desiderare luminis videantur, in horum numerum illi reponuntur, qui tam capitis q̃ membrorum fracturas comprehendunt: nonnulli relictī sunt informati dūtaxat ac rudes, ita vt necessariū sit, quæ præcisè dicuntur, dilatare, definire, quæ indefinitè, inchoata absoluere, quæ remota de medio atq; inuoluta sunt, explicare. eiusmodi esse hūc de vlceribus testatur Galennus, qui fracturas vno tantum ex libris de ratione curadi, sexto videlicet persequutus, vt quam hīc tradit Hippocrates curandorum vlcerū rationem erueret, per-

20 fecit atq; omnibus numeris demonstraret, de eâ tertium, quartum, & quintum referat. quos libros ante hunc euoluēdos esse manifestū est, vix enim colligi animo poterit via hæc sanādorū vlcerum expeditissima, nisi quā ille ibi affert lucem, adhibeamus. id quod fracturis non euenit, quæ tam latè ac perspicuè ab Hippocrate traduntur, vt satius sit antè in illis versari, dein ad lectionem sexti de ratione curadi, vbi strictim tractantur, se transferre. Patet autem librum hūc esse illum, quē Hippocrates de vlceribus composuit, quādo sententiæ complures, ijsdē, quibus hīc verbis expressæ à Galeno sæpius laudantur, qui se ait commentaria in eum quoq; confecisse, quæ q̃ interierint, iacturā fecimus incredibile. sed quia iungitur cum tati operis amissione desperatio recuperandi,

30 nos, quoad nostra facultas tulit, excutere auctoris intelligentiā contēdimus, quā, vbi licuit, ex varijs locis collectā per multa Hippocratis volumina cõprobauimus. Sed hæc tenus præfati iam librum exponere ingrediamur.

INSCRIBITVR *πρὸς ἐλκῶν*, id est de vlceribus, quo verbo solet Hippocrates significare, tum quæ telū & externa vis intulit, tum quæ ab interiori causā oriuntur. quod clarè ostendunt, quæ partim habentur in hoc libro, partim in eo, qui de articulis est & de fracturis, quāquam *τρωμα*. quod nomen latinè vulnus dicitur, illis impositū est, quæ exteriori causā inferuntur. Ergo curationē omnium vlcerum complectitur, siue ab exteriori, siue ab interiori causā oriantur: neque solas ponit præceptiones, sed propria etiam remedia, quibus, quod præcipitur,

40 commodè præstemus: cūque curatio alia sit, quum vlcus per se est, alia, cū adiicitur alteri affectui, & sanari eo manente non potest, Hippocrates vtramque adscribit, adeò, vt nullum restet vlcus, cuius hīc sanationem non reperias. illa semper excipio, cum quibus nudatum os est. hæc siquidem, si ad caluariam pertineant, in libro de vulneribus capitis: si ad cætera ossa, in tertio de fracturis, & quarto de articulis vberimè ab Hippocrate explicantur.

Vlcera nulla madefieri debent præterquam vinō, nisi si articulum teneant. quum, quod siccum est, ad sanum: quod madet, ad vitiatum propius acce-



dat. Vlcus enim madet: quod sanum est, siccum est.

Vlcerū omniū, quatenus vlcerā sunt, cōmunis curatio siccāribus perficitur. hanc ipse indicat, quūm cauet, ne contrarijs, hoc est, madefacientibus nutriantur. cuius praecepti eam rationē affert, q̄ siccum ad sanum, madēs ad vitiatum propius accedit. hoc autem ex eo elicit, quod integra caro non madet, sed arida tangitur: quā vlcerata est, humida est. quare si eō tendimus, vt quod curatur, à vitiatō recedat, sequitur, vt admotis siccāribus, quā madefaciunt, expellamus. Quod multò clarius fiet, si quod de partibus nostri corporis dicitur, traducatur ad medicamenta in hunc modū. quā ad sanum propius perducunt, quod vlceratum est, siccant: quā ad vitiatū, madefaciunt, quūm quod sanū est, siccum sit, 10 quod vlceratū, madeat, illis autem opus est, quē ad sanum propius perducūt, & vitium summouēt, igitur quā siccant, vlceri necessaria sunt, quā madefaciunt, aliena. cui sententiā auctoritatē adiungit, ac firmamentum natura ipsa vlceris, quā, si ad viuum refecetur, nō aliud est, q̄ diuisio eius carnis, quē solida erat, & continua. quamobrē, si contrariorū contraria sunt remedia, cōiungētibus opus est & glutinantibus, hāc autē adstringunt & siccant, vlcus igitur, quod per se est, curatur siccis, & (quod iure Hippocrates monuit) madefaciētibus offenditur. Quid q̄ alij affectus, quos vlceri sēpenerō adiectos videmus, siccis medicamentis ferē omnes tolluntur? talia enim sunt, quā vel sordem purgant, vel carnem alunt, vel ad cicatricem ducūt: talia, quā supercrescētē carnem absumunt. Sed Hippocratis consiliū ad solum vlcus dirigitur, cuius naturā intuitus cauet, ne vllā re madefiat prāterquā vino, quod inter omnia prēsidia est aptissimum, quūm glutinandi vim, quam habet vlceribus necessaria, ad penitiores vsq; partes transmittat. quod non faciūt plāraq; alia ex glutinātibus, quamuis alioquin vino paria sint, quemadmodū argēti spuma. hēc enim vel eo nomine longē minū idonea experimur, quod summas partes cogūt: interiores ad quas penetrare nō possunt, solutas relinquūt, atq; inter se diductas. Esse autē vinum debet nigrū, austerū, quale accipitur ab Hippocrate ad ea luxata vel fracta, quibus carnis quoq; vulnus accessit. eo nō solum vlcus glutinatur, sed ab humoris quoq; eruptione defenditur, siquidē austerū est, atq; idcirco adstringit & glutinat. naturā prēterea siccam habet ac frigidā, quā repellit, neq; sinit materiam in affecto loco recipi, atq; inflātionē excitari. Adde q̄ cūm frigidū sit, nullū ferē odorē mouet, & ob id caput non tentat. Siccare autē potest duobus modis, & per se, quatenus naturā habet siccandi, & quatenus repellit, cūm represso humore affectus locus siccior seruetur. Ergo cūm tam per se, q̄ aliud efficiendo siccet, nihil mirū, si eo Hippocrates vlcerā fouens, madefaciētia repudiat, quā (vt Galeno placuit) siue id per se prēstēt, vt quē, sicut oleum, naturā sint humidiora: siue quatenus ante aliud efficiūt, vlceribus perpetuò infestissima sunt. In libro autem de vulneribus capitis, nō solum cātera humida reijcit, sed vinum etiam ipsum, vt in eius operis expositione declarabitur. nam vulnera ibi curat, 40 quē vsq; ad os pertinet, ita, vt id nudatū sit, quorum agglutinatio quūm desperetur, non opus est vino, quod potissimum datur ad vulnera glutināda, neq; eo egent etiam vulnera capitis, vt repellat, cūm non sint in parte, quā dependeat, aut quā alijs subiecta sit, vnde succos faciliē recipiat. Adijcit Hippocrates [nisi si articulum teneāt]. quā verba, si separatim ex se cōsiderentur, neq; ad ea conferantur, quā auctor & in secundo libro de fracturis quā de pede, quūm violentos articulos perfundi aquā calidā iussit, & alibi (vt ostēdemus) latius explicauit, ambigua

uit, ambigua videbuntur, quum & ad præceptum, quod tradidit, ne vlcus ma-  
 defiat: & ad exceptionem, quã ponit de vino, referri a quẽ possẽ videantur, ita,  
 vt alterutrum sibi velit, vel articulorũ vlcera, tam alijs, quã vino madefieri:  
 vel & ab hoc & ab alijs madefacientibus offendi. Sed sublata omni ambigui-  
 tate perspicua res fiet, si ea spectentur, quæ in quarto de articulis ad vulnera-  
 tos simul & prolapsos articulos ab Hippocrate adhibentur, vbi pãnos, lanam,  
 & folia betæ super imponit, quæ omnia vino respergit, quod articulorũ quo-  
 que vlceribus idoneũ sit: hoc quum ita habeat, nulla relinquitur ambiguitas.  
 Sed quod ait [nisi si articulum teneant] ad id refertur, quod præcipit, ne vlcera  
 10 madefiant, exceptis quæ in articulis vagantur: hæc si quidem licet, tum vino,  
 tum alijs madefacere. Quamobrem Hippocrates non contentus vino vlcera-  
 tos articulos resperxisse, liquido etiam cerato inungit. Sed roget quis, si natura  
 vlceris (vt iam concessum est) in vniuersum præsidia exigit, quæ siccãdi facul-  
 tatem habeant, quid est, quodd articuli, vbi vlcerantur, contraria etiam admit-  
 tunt? ceratum enim tantum abest, vt siccet, vt etiam locum reddat humidio-  
 rem, & glutinari plagam non sinat. Hanc quæstionem diluit Galenus, quum  
 eum locum exponit, vbi ait Hippocratem non vlcera intueri, sed periculum,  
 quod ex naturã affecta partis ingens subest, ne neruorũ distentio superueniat:  
 hoc vt euitet, cerato inungit ac tepido, qui si ad vlcus respiceret, neque cerato  
 20 prorsus vteretur, neque tepidum aliquid induceret. Quo patet articulorum vl-  
 cera, & si nulli alteri affectui iungantur (de his enim agit) madefaciẽtia tamen  
 requirere, quod ferẽ sub eiusmodi plagis nerui distendantur: eã de causa, non  
 solum vino, sed relaxantibus, & mollientibus nutriuntur. Illud tamen ignora-  
 re non oportet, quodd vbi parui articuli, quemadmodum in digitis, vlcerantur,  
 quum nulla sit suspicio, ne sequatur distentio neruorum, Hippocrates relaxã-  
 tia, & mollientia submouet, neque solum adhibet siccantia: sed ea eligit, quæ  
 vehementer id præstare possint: eius generis sunt, quæ pertinent ad vulnera  
 capitis, quod ratione non caret, quum tegendum carne os sit, quod nudatum  
 est. Nam si nudatus articulus non esset, neque plaga vsque ad ipsum descẽde-  
 30 ret, eãdem ope indigeret, quã cætera vlcera: sed quia hæc prolapso articulo,  
 vel aliundẽ illata os ipsum attingit, desperata glutinatione, super ossẽ nudato  
 producere carnem oportet, ac propterea siccioribus vtendum est, vt latius in  
 expositione libri de vulneribus capitis indicauimus.

» **E**Xpedi autem, quum cataplasma non inducitur, à vinculo quoque absti-  
 » nere. Est etiam interdum, vbi in vlceribus vt cataplasmate non licet, idq;  
 » in recentibus magis quã in vetustis, tum in his, quæ articulos infestant.

Si vtriusque effectum contemplemur, cataplasmatũ, & vinculi facilẽ cau-  
 sam inuestigabimus, cur vbi vnum non datur, neque alterum dari etiam de-  
 beat. Datur quidem cataplasma, vbi doloris atque inflammationis causã, le-  
 40 nire, vel relaxare conuenit, seu pus mouere. Fieri autem solet ex farinã, aquã,  
 oleo, & ceteris similibus, ita, vt effœminet ac resoluat: glutinosos verò & muc-  
 cosos succos non discutiãt: sed (vt testatur Hippocrates, qua de aure fracta)  
 magis eorũ copiã augeat, & molestiores efficiat suppurationes, atq; abscessus,  
 quum oneri sit, & foramina claudẽdo expirationem prohibeat. Itaque vbi nec  
 lenire dolorẽ, nec relaxare oportet, aut maturare pus, perpetuum est in cunctis  
 vlceribus à cataplasmate abstinere, atq; aded in illis, quæ partes occupãt siccio-  
 res & mucis naturaliter redundant, quibus illa idonea sunt, quæ possint præ-



stanter siccare. Non immeritò igitur docuit Hippocrates esse, vbi in vlcetibus interdum vti cataplasmate nō licet, quū non nisi ob propositas causas liceat, quod magis accidere ait recentibus vlcetibus, q̃ vctustis. Causa in aperto est: nempe quod recens est, glutinantia exigit, & ea, quę humorem concurrentem repellunt. Cataplasma quia relaxat, glutinationē prohibet, & sedem affectam succis influentibus patefacit. At si caro non solum vulneretur, sed etiam collidatur, res dum recens est, cataplasma requirit: necesse enim est collisam detritamque carnem in pus versam tabescere, quod præclare in sequētibus adscribit. Verū id vlcus non est simplex, & eā de causā cataplasmate non læditur: vbi res iam tempus habet, alio medicamentorum genere finitur. Sæpè tamen interuenit, vt oriatur inflamatio, quæ post quartū diē magis excitari solet, vel oræ indurescant, & eo nomine potest cataplasma vctustis vlcetibus prodesse, quod recentibus non æquē accedit. quę verò in articulis versantur, qui naturā sicciores sunt & mucosi, sicciora postulat præsidia, neque villo ferē magis læduntur, quā cataplasmate: licet autem, quod neruorum distentionem afferre soleant, interdum madefacienda sint non tamen debent cataplasmate nutrirī, quod cauit Hippocrates etiā, quū vlceratis medetur & luxatis simul. Eādem autem ratione, quā articulis, inimicum est auribus vlceratis: quū vtrāq; partes & siccioris naturæ sint, & mucus redundant. Quocirca quū plagæ auris medetur, cataplasma repudiat (vt non multo antè demonstrauimus) medicamentūque optimum censet, sine medicamento locum relinquere. Sed hætenus de cataplasmate: restat vt intelligamus, cur vbi hoc non imponitur, vinculum quoque alienum sit, si antè, vinculi vsum explorauerimus. Hunc nobis in libro de officina medici duplicem ostendit: nam vel ipsum per se efficit, vel efficiendi socium est: hoc quidem continet, quæ superdantur: illud verò aut separata coniungit, aut nimis cohærentia separat: aut materiam vel confluentem repellit, vel quū opus est, concitat, aut aliud huius generis præstat. Nocet autem, vbi inflammationis suspicio est, quod cōpressionē, ac pondere malè vitiatam partem afficiat, præsertim si caro modica subest, & os cute dūtaxat cōtegatur. Ergo quod Hippocrates ait, quādo cataplasma nō iniicitur, vinculum quoque admouendū non esse, si ad id referatur, quod efficiendi sociū est, quodq; imposita præsidia tenet, nihil erit, quod dubitari possit, quū si cataplasma nō detur, non opus sit vinculo, vt cōtineatur. Itaq; mirum nō est, si Hippocrates in vlcetibus capitis, in fracturā auris, in vlceratis simul & prolapsis, & passim, vbiq; vnum summouet, velit ab altero quoque abstineri. Sed si hæc sententia in eo vinculo accipiat, quod per se efficiēdi vim habet, non ita perpetua erit. Vulnere quidem articulorum, vbi suspicio est, ne oriatur neruorum distentio, non minus hoc genere vinculi læduntur, quā ipso cataplasmate. Sed recentia vlcera, quibus hoc inimicum est, sapius vinculi operā egent. Nam vt oræ vlcetis glutinentur, vbi coniunctæ sunt, vinculo interdum contineantur, necesse est: plaga item recens, quū fracturæ iuncta est, sine cataplasmate fasciam desiderat: sed Hippocrates agit de simplici duntaxat.

**A**bstinentia verò & aqua, tam cūctis vlcetibus prodest, quā quod maxime: magis autem recentibus, q̃ vctustis. Tum vbi inflammatio vel accesserit, vel expectetur, seu periculum instet, ne quid corrūpatur, seu articuli vlcere premantur, atque inflammatione, nerui distentione periclitentur, aut venter vulneretur, sed vt quū maximè, si caput, femur, aliudve perfringatur.

Non



- 1 Non aliâ de causa nunc aquam potui præstat, & abstinentiâ imperat, quàm quæ ab ipso primû exposita fuit, quûm edixit, ne vlcera madefierent: ea est vlcerum natura: nã quûm humida sint, vt glutinentur sanescantq; siccari necessariò debent: humores verò, qui à corpore ad plagâ feruntur, quia madefaciût, committi & glutinari oras non sinunt: sed inflâtionem concitât, & carnem quæ iuxtâ est, lædût, citra cuius sanitatem, quod diuisum est, minimè glutinatur: natura enim quæ carnem producit, & sinum implet, eadè quod separatum est, glutinat. naturâ verò non intelligimus totius corporis, sed proximæ carnis. Proximam igitur carnem, vnde glutinandi vis nascitur; integram esse, necesse est, & omni vitio prorsus vacare. Patet autem quanto liberalius corpus nutritur, & vinum meracius sumitur, tanto plus sanguinis atq; aliorum succorû, ad vlceratam partè transmitti, & ob id glutinationem impediri, & succorû copiâ proximam carnem distendi: consueuerunt enim, quæ redundant, concurrere ad locum affectû, vbi promptè admittuntur: vnde caro vitatur, neque plagam glutinat, neque suo munere amplius fungitur. His ita constitutis iam apparet cunctis vlcerebus nihil æquè prodesse, ac modicum cibû, & aquæ potionē, quo victu si ægrotans sustineatur, nouâ succorû copiâ nō coactâ, qui priûs aderant, exhaurientur: exinanitur enim corpus abstinentiâ, nam quûm nihil ingeritur, quod priûs aderat, à naturâ faciliè consumitur. Huiusmodi victus quâquam ad
- 20 ampliora vlcera in vniuersum pertinet, magis tamè quibusdam accommodatur, quæ ipse nominatim recenset. Habet autè rationē affectuum, qui accedere solent, & naturæ partiû, quæ vlcerantur: alioquin ille victus æquè omnibus idoneus est, quûm vlcera, vbi per se sine vlllo affectu curâtur, nec partiû discrimen attenditur, pariter glutinationē, ac propterea tenuiorē victum desiderent. Primum ergo ait [magis autem recentibus, q̃ vetustis.] vtraque autem per se, & ab omni alio vitio seiuncta, eandè exigunt animaduersionem: sed quæ diuturna sunt, plerunque præter vnitatis solutionē sinuantur, eum sinum quûm implere carne oporteat, cui materiam subministrat sanguis, vt sit vnde caro generetur, abundè hunc produci conuenit. Vno igitur & cibo pleniori opus est, quibus
- 30 augeatur sanguis: abstinentia & aquæ potio expellendæ sunt. Cōueniunt autem recenti plagæ, quæ nec caua est, & plerunque glutinari potest: ac si quæ habeat affectum adiūctum, is ferè dolor est, qui quûm inflâtionem excitare consueuerit, nos ad eundem victum hortatur, quod ipse innuit, quûm subiicit, [tum vbi inflâmatio accesserit, vel expectetur,] tenuis hic victus, qui alioquin vlcerebus prodest, potissimû ad ea pertinet, quibus inflâmatio vel accessit, vel accessura esse videatur. Id quanquâ recentibus accidit, nonnûquam tamen accidit etiam vetustis, vel ex prauâ ratione victus, vel ex motu intempestiuo, aut q̃ refricetur vlcus, vel affecta sedes altero vitio laboret: hæc vbi interueniût, si inflâmatio nōdum superuenit, tamen pertimescenda est. Quâmobrem pu-
- 40 gnandû est inediâ, quæ (vt suprà ostendimus) corpus quodammodo exhaurit, finitque naturam liberè suum munus præstare: quò fit, vt quæ præsens est inflâmatio, coërceatur: quæ expectatur, repelli sæpenumero soleat. Frequenter autem inflâmatio quûm augefcit, in gangrænam degenerat: atque hæc rursus in σφάκελον, quûm ita intenditur, vt ipsa particula corrumpatur, græcè enim sic dicitur. Id malû tam in libro de fracturis, q̃ in eo, qui est de vulneribus capitis, nasci ait, quûm vlcus malè curatur, quod nō modò ad medicamenta pertinet, quæ superinijciûtur, sed etiam ad victum. Cauendum igitur est, non solum ne

madefaciētia imponatur, sed ne is victus imperetur, qui possit & aliorum suc.  
 corū, & sanguinis copiam contrahere. Iure ergo tenuem victum, & aqua po-  
 tionem imperat, præcipue vbi vlcera in articulis versentur, & cum inflāmato-  
 ne iungatur. Nam si cæteræ partes quum vtrunq; malum experiuntur, eo victu  
 egent, multo magis articuli, qui (vt antè dictū fuit) inferre neruorum distētio-  
 nem solent. Ipse autem se explicat, quum inquit, [nerui distētiōne periclitētur]  
 cui malo & vinum & copia cibi firmioris, plurimum obest. Quāobrem, si vel  
 articulis vlceratis, vel alia parte, neruorum distētiō timeatur, rectē inedia pu-  
 gnat. Sed ad articulos reuertamur. Quum ait, [articuli vlcere detineantur, atq;  
 inflammatione] quod nos vertimus [inflammatione] græcè habet [φλέγμασι,] 10  
 quod ad pituitam significandā vsurpatur: quo modo si accipiamus, non aliam  
 intelligemus, q̄ quæ μύξα, id est, muccus, ab eodem nūcupatur, quem plurimum  
 esse in articulis, passim recēset. Fortasse igitur voluit abstinentiā contra muccos  
 niti, vt sine impedimēto possint à naturā discuti atq; extenuari. Nos tamē ra-  
 tione freti, [inflammatione] vertimus. φλέγμα enim, vt in prognosticis, quum agit  
 de inflāmatione præcordiorū, apud Hippocratem inflāmationē notat, quod  
 à Galeno in eius loci interpretatione admonemur: idē nunc sibi voluisse ratio  
 dictat, quum articuli vbi violantur, inflāmationem, doloremq; afferant intole-  
 rabile, quēadmodū in quarto de articulis memoriæ prodidit, cūq; inflāmatio  
 (vt apertè iam narrauimus) magis q̄ muccus & pituita circūspectam victus ra- 20  
 tionē desideret. De ventre vulnerato res clarior est, q̄ vt luminis indigeat: ven-  
 tre autem quē κοιλίη dixit, & thoracē intellexit, & quod ei subiectū est, vtrunq;  
 enim nomine κοιλίης, id est, vētris complectitur, cuius rei testis locuples est Gale-  
 nus in quarto de ratione curandi. At vbi propriè voluit alterutrū ventrē nota-  
 ri, κέντρον addidit vel ἄνω, vt nō solū venter intelligatur: sed vel superior vel infe-  
 rior, hoc est, thorax, vel quod tegitur abdomine: idē quoq; in libro de ratione  
 victus in morbis acutis, tū in prognosticis atq; alibi sæpius cōmemorat. Visce-  
 ra ergo quæ complēt vtrunq; vētrem, quum vulnerātur, in inflāmationem, cui  
 maximè opportuna sūt, faciliē incidūt: tūc autē proposita ratio victus maximè  
 idonea est. Quod si vlceri accesserit, etiam fractura, seu capitis, seu femoris, seu 30  
 alterius mēbri, duplici nomine eadē vti abstinentiā præstat: quādoquidē mor-  
 bus est duplex, & casus grauior, periculūq; instat inflāmationis ingens. id q̄ quis  
 seruari vbiq; debeat, multo magis tamē, quum vel præstantissimū quid pericli-  
 tatur, cuiusmodi cerebrū est in vulnere capitis, vel grande admodū est os, quod  
 frāgitur, quia tūc malū quoque grāde est. Capite quidē violato, dura mēbrana  
 inflāmatur. Nam neq; repelli potest, quod cōcurrit, neque faciliē extrahi, quod  
 super ipsa collectū est. Eā de causā timenda est inflāmatio, licet alioquin caput,  
 cū superius sit, & nō dependeat, nō ita humorū cōcursum admittat, vt apertè  
 in libro de vulneribus capitis explicabitur. Verū si mēbrana, vel leuiter etiā  
 inflāmetur, cerebrū, quod proximū est, ob cōsortiū eodē affectu maximè peri- 40  
 clitatur: id cū accidit, nihil propius homini est, q̄ vt debeat. Sed hūc circūspe-  
 ctus medicus, rem lōgè antè præuidēs, tenuiori victu defendet. Femur quoq; in  
 eodē periculo reuoluitur ob casus magnitudinē necessariā: atq; idcirco in ter-  
 tio de fracturis, eandē obseruationē posuit femore fracto, quæ vulnerato capiti  
 debetur. Nec illud obstat, quod Hippocrates ad fracturā costę inediā vitat: tūc  
 enim grauius existimat costas sine fulcro suspēdi, quod accidit cū in ieiunio,  
 inani vētriculo minimè sustinētur, q̄ sanguinis copiā ad affectā partē trāsfūdi.

Neque



1 <sup>20</sup> **N**equē stare conuenit quem vlcus exercet, præsertim si in crure versetur, sicut, nec sedere, nec ingredi, sed quies & ocium plurimum conducunt.

Si quis ligna seu lapides, seu eiusmodi aliqua tentet, dum mouentur, inter se glutinare, nihil minus efficiet. Immobilia enim tenere oportet, quæ conferuescunt, quod perequē in animalis partibus conspicitur, nā nisi quiescant & immobiles sint, nequeūt vlla ratione coalescere. Quapropter, quū vlcus est, quod glutinationem postulat, vitare in primis motū oportet: nocet enim abundē, ad partem, quæ exercetur, humorem euocans: hic autem & madefaciendo glutinari plagam non permittit, & plerūque solet inflammationem afferre: quam obrem ocium & quies vlceri optimum medicamentum est: moueri & ambulare, nisi sanis, alienum: quod Hippocrates alibi etiam protulit, quū edixit, vt costā violatā, ab his quæ tussim excitant à venere, ab omni motu, atque agitatione corporis caueremus. Sed esto, quiescendum esse, & ob id ingressum lacerare, si vlcus sit in crure: quid est quod neque stare licet, neque sedere? An non quiescimus, quū stantes, vel sedentes locum non mutamus? Quæstioni huic respondet Galenus in libro de tremore, vbi hunc ipsum Hippocratis locum laudat. Ostendit enim partes nostri corporis moueri, quanuis locum non mutant, sed in eodem manentes, immobiles esse videantur: nam quod in tremore deprehendimus, in secunda valetudine latet. Tremor quidem duplici motu  
20 continetur, deorsum altero, quo fertur membrum suo pondere: altero sursum, quo natura viribus reuertitur: in quo casu euidentissimus est naturæ motus. At quū pars integra est, res obscura est: eādē tamen vi naturæ, quā in tremore attollitur, habetur sublimis: atque illud idem musculi præstant, nempe versus initia contrahuntur. Pars igitur, quæ benè valet, superior continetur, et si, quū grauis sit, suoapte nutu deorsum feratur, quod illis nō contingit, qui viribus iam solutis præcipitantur ad mortē, quos in prognosticis ait nullo modo se continere posse, sed subinde in lecto ad pedes delabi, quū musculi robore penitus deficiantur, sine quo contineri partes nequeunt, quo minus sua grauitate deorsum intendāt. Eam sententiam firmat Galenus allato auium exemplo, quæ per aërem mouentur, etiamsi quiescere videantur, & locum non  
30 mutare. Nam vbi moriuntur, protinus decidunt, neque vltrā in aëre versantur, vt quæ moueri etiam non possunt. Ergo seu stamus, seu sedemus, quāquā ne latum quidem vnguē loco discedimus, mouemur tamen: alioquin neque stare nobis liceret, neque sedere: delaberemur enim, quemadmodum quibus in propinquo mors est. Itaque si crure vlcerato, nec stare licet, nec sedere: sequitur vt quiescendum sit, quod per se manifestum est, & alijs locis ab Hippocrate explicatur, qui fractum brachium ex ceruice suspendit, crus in lecto collocat, id quod potest, à fracturis ad vlcera transferri: vtrobique enim similiter respondet. Vlceratum itaque crus si immobile iaceat, prohibetā inflammatione,  
40 vt ipse in secundo de victus ratione in morbis acutis testatur, minori negotio ad sanitatem perducetur. Duo autem vocabula *ἡσυχία καὶ ἀσθένεια*, quæ nos quietem & ocium interpretamur, vel idem significant, vel si diuersa sunt, alterum euidenti, alterum latenti, & obscuro motui aduersatur: sub nomine autem *στέλεος*, id est, cruris, pes & femur etiam subiicitur, quæ partes ambulatione potissimum laeduntur. At quemadmodum mouere vlcerata membra non expedit, ita saluberrimum est ea, quæ longius à vitio absunt, perfricare.



20 **P**orrò minus inflammatione tentatur recens vlcus omne, & cum ipso quod  
 21 iuxta est, si quis quàm celerrimè pus moueat, idque oris receptum minimè  
 22 supprimatur, quam si prohibens ne suppuret, nisi id paululum, quod necessa-  
 23 rium est, pugnet maximè siccantibus, & medicamentis, quæ vinculum non po-  
 24 stulant. Quandoquidem igneum redditur: dein horror accedit ac pulsus. Inflā-  
 25 mantur enim vlcerā, quūm ad suppurationem spectant: suppurant autem san-  
 26 guine eousq; alienato, ac feruēte, vt putrescens in eiusmodi vlceribus cōuertat-  
 27 tur in pus. Vbi cataplasma te vlcus nutriēdum esse videatur, reduci à plaga de-  
 bet, & proximis partibus imponi, vt pus euadat, & quæ dura sunt, emolliatur.

Oratio hæc nisi præpostera esset, multo minus afferret obscuritatis, hoc est, 10  
 si antè de affectu loqueretur, qui vlceribus nonnullis statim à principio iungi-  
 tur, deinde moneret, quam ille opem requirat. Verū longè aliter habet. Prius  
 enim docet, quid obseruandum sit, pōst ad narrandum affectū aggreditur, qui  
 & à principio interdum consuevit ad vlcus accedere, & proposita nunc obser-  
 uationem desiderat, is autem est, quūm caro præter plagā, quam accepit, etiam  
 colliditur, de quo proximè loquetur. In eo casu necesse est id omne, quod collis-  
 sum detritumq; est, in pus versum tabescat, quūm aliter (vt infra dicetur) resti-  
 tuti non possit. Venire igitur ad cataplasma oportet, & mouere pus, eā animad-  
 uersione, quam nunc & in sequentibus, sed latius in libro de vulneribus capitis 20  
 præcepit, nempe vt quàm celerrimè pus moueatur, atque exitum habeat, neque  
 oris plagæ retineatur: cuius præcepti eam rationem affert, quòd sic recens vlcus  
 omne, & quod ei proximum est, nō ita in inflātionem compellatur, quem-  
 admodum si detur opera, ne suppuret nisi id paululum, quod euitari non po-  
 test, medicamenta siccantia inducātur, & quæ vinculi operā non egent. Quod  
 enim ait [& vinculum non postulant] græcè habet [φαρμάκω μὴ πόδισκῶν]: iure  
 autem ita latinū fecimus. Nā πόδισκῶν græcè subligaculū significat, nec quid-  
 quam verisimilius nobis visum est, quàm Hippocratem loqui de medicamen-  
 to, quod non alligetur: alligantur autem quæ decidunt, sicuti cataplasma, quod 30  
 ad pus ciendū pertinet: hoc enim quoties ab Hippocrate reijcitur, expelli quo-  
 que fasciæ solent. Opinamur autem eius rationē in hūc modum esse instruen-  
 dam, minus sic inflammabitur vlcus, & quod iuxta est, quàm si vitentur, quæ  
 vinculum postulant, hoc est, cataplasmata, & pus mouentia: ad moueātur quæ  
 fasciis non egent, & siccandi facultatem habent, non sinatur in pus verti, nisi  
 id paululum, quod impediri nequit. Suffusus enim sanguis in carne, quæ collisa  
 est, atq; aliqua ex parte nimium detrita, prohiberi non potest, quo minus sup-  
 puret, atque hoc est id paululū, quod necessarium ait. Quibus positus sequitur,  
 id seruandum esse, quod præceptum est. Restat autem vt efficiat, quod assumit, 40  
 quod quia dubium cōtrouersumq; est, adiecta rursus approbatione conuincit.  
 Hæc quūm multis sit offusa tenebris, clarè à nobis explicabitur, atque itā excu-  
 tietur, vt propè oculis ac manibus teneatur. Eius igitur quod assumitur, caput  
 est, nisi pus citò moueatur, sed ea dentur, quæ fieri suppurationem prohibeant,  
 magis & vlcus, & quod proximum est, inflātur: atq; hīc esse approbationis  
 exitus & determinatio debet. Ita autē argumētatio habet. Solent vlcerā quūm  
 ad suppurationem intendūt, inflammatione tentari: tunc verò ad suppuratio-  
 nem intendunt, quūm sanguis hætenus mutatur ac feruet, vt putrescēs verta-  
 tur in pus: quibus positus consequens est, vt quūm sanguis mutatur, feruet, pu-  
 trescensq; pus efficitur, vlcerā inflātionem occupentur. At non propterea ob-  
 tinetur

1 tinetur quod propositū est, nisi subiiciatur, sub eā curatione sanguinem incē-  
 di, alienari, & ita putrescere, vt conuertatur in pus: hoc enim assumptum, si eo  
 quod proximē cōclusum est, propositionis loco vtamur, illud proculdubio co-  
 gemus, ad quod peruenire consilium fuit, nimirum sub ea curatione magis &  
 vlcus, & quod proximum est, inflāmari. Breuiter autem hæc ab Hippocrate  
 scribuntur, atque admodum obscurē. Cōclusionem, cuius gratiā cætera appo-  
 nuntur, principio innuit, quū inquit. [quādoquidem igneum redditur, dein  
 horror accedit ac pulsus.] Horror quidem fit ob febrem, quæ inflāmationi su-  
 peruenit. Sedis vlcera calor igneus cum pulsu, nihil aliud sibi vult, quā in-  
 10 flammationem: de eo enim pulsu loquitur, de quo egit, quū in illis sententijs,  
 qui aphorismi vocantur, à vehemēti vlcerū pulsu sequi sanguinis profluuium  
 indicauit. Accidit autē eiusmodi pulsus, quū arteriæ, quæ libere mouebātur,  
 ob angustiam loci, quam humorum impetus attulit, æquē moueri amplius non  
 possunt, ita vt homo tunc earum motu lædatur, quem antea minimē sentiebat.  
 De pulsu verò arteriarum sine dolore, qui & morborum genera nobis indicat,  
 & virium robur, nihil referri ab Hippocrate, Galenus sæpenumero demonstrā-  
 uit. Sed redeat oratio illuc, vnde deflexit. Ergo quū ait [quandoquidē igneū  
 redditur, dein horror accedit ac pulsus.] notare nobis propositam conclusio-  
 20 nem voluit, ob eam scilicet curādī rationem vlcus, & quod iuxta est, magis in-  
 flammatione teneri. Addit [inflammantur enim vlcera, quū ad suppuratio-  
 nem spectant.] quod nullā ratione firmavit: quoniam si quis id neget verif-  
 simē constitutum, nunquam expertus suppurationem est, neque alium vidit,  
 quem hæc malē haberet. Necessariō enim, quū ex sanguine fit pus, affectæ  
 parti feruor accedit, ac pulsus, tum dolor, cum vehemēti febre hominē inua-  
 dit, vt alibi quoque declarauit. Quod proximē subiicit [suppurant autem san-  
 guine vsque adeo alienato ac feruente, vt putrescēs, in eiusmodi vlceribus con-  
 uertatur in pus.] assumptio est, clarior itidem, quā vt approbationem desi-  
 30 deret, quū inter omnes constat fieri pus ex sanguine putri, & à naturā suā plu-  
 rimū abhorrente. Ex prædicta propositione atq; assumptione inferitur, dum  
 sanguis mutatur, atque in pus vertitur, vlcus magis inflammatione tentari: hoc  
 quā euidentissimū est, idcirco ab Hippocrate omittitur. At neque hæc (vt di-  
 ctum est) ea conclusio est, quam intendit, sed ipsam infert, si propositionis loco  
 accipiat, addita assumptione hac, nempe ex eā curatione sanguinem muta-  
 ri, atq; in pus conuerti, quod Hippocrates significare voluit, quū ait [in eius-  
 modi vlceribus.] quæ verba ad assumptionem prioris ratiocinationis non fa-  
 ciunt, sed hanc alteram nobis innuunt. In eiusmodi enim vlceribus, hoc est, quæ  
 40 hoc modo curantur, sanguis suppurat: nisi si hæc referas ad ea vlcera, quæ ad  
 suppurationem spectāt. Sed oportebit tunc de nostro secundæ ratiocinationis  
 rationem apponere, videlicet, ob eam curationem sanguinem verti in pus, sic-  
 que assequemur ob eandem vlcus inflāmari, quæ fuit complexio proposita.  
 5 Verū habet aliquid quæstionis, quod à nobis assumptum est, nimirū, si pro-  
 hibetur fieri pus, si medicamenta dentur, quæ siccandi vim habeant, si cata-  
 plasmata repudiantur, sanguinē magis alienari, feruere, atque putrescere, quā  
 si maturare pus contendas. Videtur enim contrā res habere, quandoquidem ca-  
 taplasina, & eius generis medicamēta, eatenus pus citant, quatenus ob calidam  
 atque humidam naturam, sanguinem putrem efficiunt: quod siccet, quod ve  
 pus fieri non sinit, tantum abest, vt putrem sanguinem reddat, vt huic effectui



nihil magis possit esse contrarium: est autem naturâ frigidū & siccum, id quod fieri suppurationem non patitur, vt tam medici, quàm philosophi scientissimè demonstrarunt: ergo pus mouētibus, quæ calida & humida sunt, maximè aduerfatur. Quo pacto igitur quæstionem profligabimus, aut ad exitum adducemus, sub ijs, quæ fieri pus inhihent, magis quàm sub cataplasmate & medicamentis pus mouentibus sanguinem putrescere? Ante omnia reuocare in memoriam oportet affectum illum, cuius gratiâ conscribi hæc ab Hippocrate diximus, hic autem est, quum quid colliditur simul & vlcatur, de quo proximè loquetur: tunc autem necesse est collisam carnem in pus versam tabescere, neque licet amplius curatione vt, quæ vlceri aptetur, hoc est, siccis & glutinantibus, quæ proximè *ἐννοεῖται* vocauit, quod protinus cruentis vulneribus iniiciantur: habent autem vim adstringendi, atque item siccandi & refrigerandi, ita, vt nec pus omnino citent, nec putre quidquam fieri permittant. Sed his reiectis, ad calida & humida veniendum, sub quibus sanguis ille suffusus, longè minus putrescit atque alienatur, quàm si ea dentur, quæ siccando & refrigerando sunt. Hæc enim vbi adeo violata caro est, vt necessariò futurum sit, vt citò putrescât, eo nomine incommoda sunt, quod calorem includant, tenuia foramina dēsent, atque adstringant, & expirare vapores non sinant. Hinc naturalis calor in igneum vertitur, & sanguis alienatur, quod Galenus euenire in ea febre dixit, quæ à succis putribus oritur. Res secus accideret, si præter vulnus pars collisa non fuisset. His ita positis, apparet verissimè cōstitutum esse, sanguinē, qui detrita carne ac venulis abruptis suffunditur, magis putrescere sub ijs, quæ suppurationē fieri prohibent, quàm sub quibus cōuertitur in pus: relinquitur igitur, vt quum collisa caro est, plaga & quæ proxima sunt, minus in inflammationē incidant, si quàm celerrimè pus maturetur, quod nunc ab Hippocrate ponitur: sed latius explicatur in libro de vulneribus capitis, quum præcipit dari operam, vt vlcus citò admodum suppuret, quoniam hoc pacto, quæ iuxta sunt, inflammari non possunt, & ipsa plaga celerrimè purgatur, ac propterea celerrimè etiā sanescit. Nec ratione caret animaduersio, quam adscribit. vt pus exitum habeat, neque inter labra vlcis supprimatur: cōstat enim quod retinetur augere inflammationem, & proximas partes corrūpere: ergo iure ait, vbi cataplasmate opus est, hoc est, vbi pus maturandum est, quemadmodum in hac ipsa re, non vlceri, sed partibus adiūctis imponendum esse: vt pus quàm celerrimè euadat, & quæ dura sunt, molliantur, quod à plerisque medicis nostri seculi ignoratur, qui cataplasmata nō minus plagæ oris inculcant, quàm proximis partibus, sed eorū errores factis ostendimus, atque explosimus in expositione de vulneribus capitis. Reducendum igitur cataplasma est ab ore vlcis, vt puri exitus pateat, quod præceptum in sequētibus etiam recenset: Galenus autē eādem de causa, pannū quem ad fistulas adhibet, medium excidit, vt puri ac saniei commodè exitus detur.

” Quodcunque vlcus telo acuto inferatur, vel ita etiā, vt altè insidat, medicamentum exigit, quod cruentis vulneribus protinus iniicitur, quodve siccando suppurationem prohibeat: si quid carnis collisum attritumque à telo fuerit, ita curandum est, vt quàm celerrimè suppuret: nam & minus inflammatio ne prehēditur, & necesse est collisam detritamque à telo carnem in pus versam tabescere, deinde nouam creari.

Quamquam vlcus glutinantia exigit, & quæ siccandi facultatem habent, interdum tamen cataplasmata requirit, & pus mouentia: quando autem hæc vsu veniant,



- 1 veniant, iam nunc declarat, duplicem vlcis rationem proponens, vnam simplicem, vbi sola separatio est eius, quod solidum erat, quem ictum accipi acuto telo duntaxat necesse est: quandoquidem retuso (vt clarius in libro de vulneribus capitis demonstrabitur) caro etiā colliditur: atque hæc est altera vlcis ratio haud simplex, quoniam vulnerato accedit etiam collisum. Vlcus quidem simplex, quum glutinari debeat, illis eget, quæ protinus cruentis vulneribus iniiciuntur, *ἐναιμα* vocauit, hæc adstringere & siccare possunt, ac repellere, cuiusmodi in sequentibus esse ait, quod habet loti ramenta, acetum, amurcam, & ferum picis, quale item barbarum est, & nigrum emplastrum, ac cætera, quæ à
- 10 Galeno in secundo de compositione medicamentorum generatim ad morbos attinentium, conscribuntur. Huiusmodi igitur medicamēta, tum ea quæ siccando suppurationem coërceāt, voluit ad simplex vlcus aptari, quum studium sit, quàmcelerrimè glutinare, nec quidquam sit, quod debeat in pus conuerti, sicut in altero vlcis genere, in quo ait collisam detritamque à telo carnem, oportere in pus verti & tabescere, vt noua increseat, & eo pacto vlcus ad sanitatem perducatur. Nam caro quæ lacerata est, & perruptis venulis sanguine suffusa, nec sanari potest, nec inhiberi, quo minus putrescat, præsertim quum per vulnus naturalis calor expiret: ea verò quæ integrâ cute collisa est, nonnū-
- 20 quis suffunditur: ergo quum & vulnerata & collisa caro sit, necesse est in pus vertatur ac tabescat, & plaga nouâ carne impleatur: id ergo moliri debemus, vt quàmcelerrimè suppuret, quò fiet, vt minus in inflammationem incidat ob eam causam, quam in expositione superioris orationis attulimus. Cataplasmate igitur medebimur & siccantibus. Ex hoc loco Galenus in quarto de ratione curandi, colligit Hippocratem voluisse vlcerà omnia siccari, illis exceptis, vbi mouendum est pus. Sed ad vltiora pergamus, si prius exposuerimus vocabulū [*διαικονή*] quod mutuatur hinc Hippocrates, id nos accipimus in eo vulnere, vbi telum altius insedit, & ideo vertimus [vel ita etiam vt altius insadat.] vulnus enim quod acuto telo infertur, modò in superficie est, modò altius penetrat, atque hoc solet appellari ab Hippocrate *διαικονή*, vt ex ea sententia elicitur, vbi docet vulnus cerebri, vesicæ, ventriculi, tenuioris intestini, iecinoris lethale esse: sed clarius ex libro de vulneribus capitis.
- 30

- „ Recentius cuius vlcis, nisi fuerit in vëtre, pro valetudine est sanguinis amplius minúsve è plaga statim fluens: nam & ipsum vulnus, & quæ iuxta sunt, minus inflammatione premuntur: prodest etiam diuturnis vlcisibus id agere, vt sanguis crebrò tam ab ipsis, quàm à partibus adiūctis, utcūq; opportunum videbitur, effundatur: atque adeò si vlcus fuerit in crure, vel in digito pedis, aut manus, magis quàm si in alia parte corporis. exhaustū enim sanguinis eruptione siccus redditur, ac minus, neque madere vllo pacto finitur. ad-
- 40 de quod à putri atque alienato sanguine omnia proficiscuntur.

In curatione vlcis siccare consilium est, & cōtendere, quantū fieri potest, ne inflammatio subsequatur, quæ vbi sit, fanescere plagam non patitur, quò spectans auctor in ea sententia fuit, vt sanguis vel ab vlcisato loco, vel à proximo effunderetur: sic enim futurum existimauit, vt detractō impedimento facillimè ad sanitatem perueniat. Quamobrè principio docet saluberrimam ex quolibet recenti vlcere, præterquam ventris, maiorem aut minorem sanguinis detractionem: cuius præcepti rationem subiicit, quòd hâc viâ & vl-

cus, & quæ in vicinia sunt, non æquè inflammationi exponantur, quæ res manifestior est, quàm vt exponi debeat. dempta enim aliqua ex parte causâ, sanguinis fluxu, quis dubitet minus in metu esse inflammationem? Quanto autem sanguis citius funditur, tanto minus periculi subest, & ob id [statim] apposit, quin & sanguis à principio suâ sponte interdum erumpit, ita vt nullo negotio quantumuis emanet, sed tempore non similiter per se procedit. Quoad verò sinamus effluere, Hippocrates præterijt, tantùm dixit, [amplius minúsve] prout scilicet magnitudo vlcis, & amplitudo suadet, prout item affectus locus, habitus totius corporis, natura offensi, & cætera hortantur, quæ vel ipse, vel eius aliquis æmulus in quarto de ratione victus in morbis acutis 10 sectâ venâ prodidit modum mittendi sanguinis indicare: qui quùm certus præscribi nequeat, medicinam coniecturalem maximè reddit: eadêmque ratio sanguinis est, seu sinatur ex plaga fluere, seu secetur vena: quæ quùm ita habeant, aliquando copiosius, aliquando parcius effundi hunc patiemur, intuiti, quæcunque Hippocrates solitus est alibi respicere. Excepit vlcera vêtis, *αἰσπ.* id est, ventrem, thoracem intelligens (vt Galeno placuit) & quod abdomine tegitur. Cur autem vulnerato ventre fundi sanguinem noluerit, in aperto est: veretur enim ne dum ex plagæ oris erumpit, aliquâ ex parte ad interiorrem regionem feratur. quod quùm accidat, mala affert complura. Si quidem (vt ipse alibi demonstrat) vbicunque sanguis in ventrem præter naturam flu- 20 xerit, necesse est suppuret, vt qui naturam suam non possit extra venas retinere. Quamobrè vulnera ventris hic tantùm accipienda sunt, quæ vsque ad spacium interius pertinent, quò periculum est, ne sanguis se conserat: cætera quæ summam tantùm partem attingunt, nihil proprium exigunt, sed ab imminenti inflammatione non secus, quàm quæ sunt aliarum partium, fluxu sanguinis sine vllo periculo vindicantur. Facta recenti vlcis mentione, ne huic tantùm aptari hoc præsidium arbitremur, præcipit, vt in vetusto quoque demus operam, vt sanguis tum ab ipso, tum ab ijs, quæ in vicinia sunt, crebrò euadat. Mouetur autè ferè eadêm ratione, atque in recenti. Vtrunq; enim siccare opus est, illis vitatis, quæ sanescere plagâ non sinunt, quò etiam cõsiliu dirigat, quùm 30 iubet ex vetusto vlcere sanguinem effundi. Iure igitur illi reprehenduntur à Galeno quarto de ratione curandi, qui Thessali sententiam adamarunt: volunt enim nõ modò Thessalum, sed etiam Hippocratè petere curationis cõsiliu à tẽpore, quùm hîc vetusti vlcis meminerit, iusseritq; vt sanguis crebrò effundatur: quod longè aliter habet. Non enim ad tempus respicit, sed ad naturam affectus, qui ex recenti, vel ex vetusto vlcere, vtiliter ferri sanguinem denunciat. Sed vtitur Hippocrates priscorum breuitate, qui vbi recensenda tria essent, è quibus primum secundi indicium sit, tertium sequatur ex secundo, contenti primum ac tertium scripsisse, omittere secundum consueuerunt: quod apertè in hoc loco deprehenditur. Tria enim respicienda sunt, vlce- 40 ris diuturnitas, affectus malignitas, & sanguis ab vlcere manans: diuturnitas vlcis, quod primum est, proculdubio alterum indicat, nempè malignitatem, sine quâ minimè protraheretur, vbi nihil esset in curatione peccati: vt autem malignitas omnis tollatur, debet subinde ex plagâ sanguis effluere: id erat tertium, quod Hippocrates à primo proximè subiecit, quùm inquit. [prodest etiam diuturnis vlcibus id agere, vt sanguis crebrò tam ab ipso, quàm ab adiunctis partibus effundatur.] præterijt autem secundum, hoc est,



est, malignitatem vlceris, quod primo & tertio interijciendum fuit, sed faciliè percipitur, quùm significetur à primo, quumq; tale fit, vt inferat tertium. Deberi enim sanguinè fundi, non ex vetustate (vt illi sentiunt) sed ex vlceris malignitate colligitur. Adiecit [crebrò] quùm nò tantùm satis sit, semel aut iterum id moliri, vt exhauriatur sanguis in affecta parte receptus, quãdò ille qui confluit, quùm nondum sublata malignitas est, corrumpitur: quamobrem donec particula ad antiquum statum reuertatur, subinde euellendus est. hoc autem fieri voluit, vtcunque opportunum videbitur, quod vel ad tempus referri debet, ità, vt tunc expediat, quùm à tempore, hoc est, morbi conditione requiritur: vel ad locum, ex quo sanguis eijciendus sit, quem duplicem posuit, eum qui vulneratus est, & cum qui iuxta est: eliges autem modò hũc, modò illum, prout in rem esse iudicabis, quam rem situs ipse partium, ante omnia declarabit. Hanc medicinam præcipuè probat, quùm vlcus in crure versatur, vel in digito pedis, aut manus. Hæ siquidem particule subiectæ sunt, & ab alijs dependent, vnde promptè materiam concurrentem recipiunt, atque (vt in libro de vulneribus capitis testatur) inflammatione occupantur, quod non euenit in capite, quùm superius sit, & aliundè non pèdeat, quapropter eas partes tãto magis exinaniri decet, quanto faciliùs inflammationi obijciuntur. Habet in fine à putri sanguine, atq; alienato omnia proficisci. nam mala, quæ grauissima timeri possunt, è sanguine oriuntur, qui putrescens, & in saniem versus, inflammationem auget, quæ postea in gangrænâ degenerat, sed tandem pars alienatur & corrumpitur, cui malo non caro solùm, sed os quoq; exponitur, quod vbi defluente sanguine afficitur, in ea mala compellitur, quæ ipse in fracturis & capitis, & aliarum partium, indicauit. Nullum igitur tam graue malum est, quod putrescète atque alienato sanguine non fiat: sed hoc periculum euitabitur, si, vt præcipit, sanguis ex vlcere profluat. Hinc patet, quantum recentiores medici labantur, & quàm longè recedant à præceptione Hippocratis, quùm id non agant, vt ex vetusto vlcere crebrò sanguis euadat, quod ad eò necessarium est, vt sine hoc, vel nullo modo, vel certè vix fieri voti compotes possint: sed in  
30 recenti quùm sanguis per se manat, plurimùm sæpè laborent, vt vtiliter fluxum suppriment, neque vsum animaduertant, quem homo ex sanguinis eruptione consequeretur. Sed plura q̃ statueram, redibo igitur ad Hippocratem.  
” **P**ost detractionem sanguinis vtiliter his vlceribus spongia alligatur densa,  
” mollis, incisa, siccior, nò madēs, vel spongiæ super iniijciuntur folia gracilia.  
Fieri non potest, quùm sanguis euadit, quum aliquid retentum ad labra vlcis adhæreat, ipsumque madefaciât, & sanari non permittat, ei malo nunc succurrit, spongiâ admouens, quæ sanguinem illum vniuersum absorbeat: hanc voluit densam esse, quia quæ rarius est, non ità sanguinem combibit: mollem verò & incisam, ne duritiæ & gibbâ mole oras vlceris offendant, quod maximè  
40 vitandũ est. quandoquidem ex dolore, succi ad plagam concurrũt, id etiam si non fieret, vitari nihilominus ea offensa debuit, ne frustra homo lædatur. Vbi-que enim monet auctor, vt quùm aliquid molimur, vbi durâ quapiam re corpus excipiendum sit, subiectâ lanâ, vel pannis aut molliori aliquo interposito, duritiem fugiamus, atque hoc sibi voluit, quùm in procemio de ratione victus in morbis acutis imperat, vt vbi euitari dolor possit, ægrotans curetur maximè iucundè. Sit igitur spongia incisa ac mollis, vt plagæ aptetur, & duritiæ, doloris sensum nò afferat: arida item sit, & non madeat, quod mox de linteo etiam



subijcit, quoniam quæ arida est, valentem siccandi facultatem habet, quod vl-  
ceri expeditissimum est, quæ mader, neque ita siccatur, neque ita sanguinem re-  
tentum absorbet. Vbi ait [non madens] verbum [non] ab ipso scribitur. quod  
etsi ad distinguendum vsurpari soleat, hîc (Galeno teste) negandi vim habet,  
quomodo vtitur in Homero quoque legimus, in eo versu:

Εἴλωμ' ἐγὼ λῆρ' ὅτου ἔμμεναι ἢ ἀπολέεσθαι.

Significat enim: Volo populū seruari, non perire. Folia quoque gracilia su-  
perinducit, quorsū verò aut cuius herbar, ex alijs locis intelligitur: infrā enim,  
verbasci, trifolij, & epithymi folijs vtitur, vbi contra inflammationē pugnat, ob  
quam in opere de articulis ad vlcera simul & luxata, tussilaginis, & betæ folia 10  
imponit, quæ, q̃ modicè siccant, vlceri etiam cōducunt, atq; huius generis nūc  
accipi debent herbarū folia: nā quæ graciliora non sunt, sed portulacæ vel vim-  
bilici Veneris, modò crassa & pingua, sine vlla siccandi facultate madefaciunt.

○ Leum, & quæcūque medicamenta lenia sunt, aut olei vim habent, his vl-  
ceribus aliena sunt, nisi prorsus ad sanitatem iam intendant. recenti item  
vlcere medicamenta, nec lenia, nec pingua conueniūt, præsertim quū valdè  
purgari desiderat: atque (vt vno verbo dicam) oleo tam hyeme, quàm æstate,  
ad ea vlcera vtendum, quæ facultatem eius generis requirunt.

Medicamenta, quæ nos lenia interpretamur, Hippocrates μαλθακάδεια nūc-  
pat, cuius verbi vim aperuit Galenus, eo comprehendere volens quæcūque olei 20  
naturam habet, cuiusmodi esse ait adipem, præsertim suillam, tum vrsinā, dein  
ceram, quibus annumerauit etiā ceratū, quod ex cera & oleo conficitur. Oleum  
igitur & lenia medicamēta omnia inquit inimica esse vlceribus his, nēpè diu-  
turnis, de quibus proximè loquutus est, quum imperauit, vt sanguis subinde  
euelleretur. Nam seu glutinari hæc oporteat, seu quòd caua sint, carne impleri  
lenia medicamenta incōmoda sunt, quoniam glutinationē impediūt, plagam  
non modò non siccant, sed, quod deterrimum est, summoperè madefaciūt. Et  
vbi æstate vlceri fordido adhibentur, putrem reddere affectam particulā pos-  
sunt, quamobrem recenti quoque vlceri aliena sunt, maximè si fordidum fue-  
rit, quia vbi purū sit, non æquè nocent, minus item aliena sunt, quū alijs me- 30  
dicamentis miscantur, vt in sequentibus apparet, vbi cataplasmate ex lentacula  
vtitur, oleum adiiciens. Quid quòd neq; idonea sunt lenia medicamenta, quæ  
superuenienti inflammationi succurrant: his enim medentur verbascum, tri-  
folium, & alia, quæ siccandi & discutiendi facultatem habent, vt clarè ex se-  
quētibus patebit. Excipit vlcera, quæ iam ad sanitatem intendant, vt quæ tutò  
& vtiliter lenibus foueātur: infrā enim, quū scribit quo pacto cicatricem in-  
ducere pulchram conueniat, adipem, oleum, & similia imponit, quorum vsus  
potissimum in vetustis requiritur, quæ ferè dura sunt & aspera. Est tamen vbi  
alioquin vlcera lenibus inungere oporteat. Solet enim dolor vehemens inter-  
dum vlcera lenibus occupare, præsertim si inflammatio accesserit, in quo casu 40  
posthabita vlceris curatione, cōsiliū ad finiendū dolorem intendit, quā rem  
lenia & relaxantia medicamenta, commodè perficiunt. Eadem aptātur, si pe-  
riculum sit distentionis neruorū, quemadmodū vbi cum vlcere fractum os est,  
aut luxatum, quod Hippocrates cerato inungit, lanamq; vino & oleo madden-  
tem superimijcit: hîc autē imperat, vt, si quādo ad hæc præsidia confugiamus,  
siue æstate, siue hyeme, oleo potius quàm cæteris vtamur, puta quàm adipe, re-  
sina, vel cera: quando autem id vsu veniat, satis expositum est.

Purgare

**P** Vergare verò aluum in bonâ parte vlcere præstat, nempe in vulnere capitis, ventris, articulorum : atque vbi periculum instat, ne quid corrumpatur: in his item quæ futuram postulant, vel exedunt, aut serpunt, vel alioquin inueterauerint, aut vinciri debeant.

Si cæteræ huius libri orationes ita clarè legeretur à Galeno expositis, vt hæc, quam perfectè aperuit in quarto de ratione curandi, mihi multò minùs laboris impenderet, satis enim secisse viderer, si nihil de meo adijciens, huc ea duntaxat transferrem, quæ ille varijs locis adscripsisset, quod nunc faciã. Censet igitur Galenus Hippocratem ad vlcere naturam respicere, quum cauet, ne madeat: ad magnitudinē, quum præcipit, vt aluus purgetur, ita vt in vlcerebus simpliciter madefacientia vitari debeant, non item simpliciter atque absolute alui purgatio necessaria sit, sed si tantum ex eorū genere sint, quæ magna sunt. parua enim, quum periculo careant, neque eo dolore premantur, qui euocare succorum copiam ad violatam particulā possit, ferè sine purgatione cōfanescent: contrā, quæ magna sunt, purgationem amant, vt corpore puro existente, purus quoque locus affectus seruetur, neque humores aliundè influētes recipiat, siquē natura exonerata potentior ad plagam sanandam. id enim opus nō est medici, sed naturæ. Triplici autem de causā, tam vlcera, quàm reliqua vitia redduntur magna, vel quòd præstantem locum occupent : vel quòd latius pateant, atque ampla sint: vel quòd maligna. Hippocrates tria hæc genera propositis verbis complectitur, nam singula purgari corpus requirunt. Vulnere quidem capitis, ac ventris vtriusque, scilicet thoracis, & eius qui abdomine contegitur, ideo magna sunt, quia partes occupant præstantiores. quæ futurā aut vinculum possunt, ampla sunt, quum, quæ exigua sunt, sine vinculo, sine futurā glutinētur. restat tertium genus, quod ea comprehendit, quæ ex malignitate magnorum sibi nomen inuenerunt. hæc notauit, quum meminit eorum, quæ in articulis versantur, aut inueterauerint, aut vbi periculū sit, ne quid corrumpatur. siquidem hæc omnia maligna sunt. vocauit enim Galenus malignum vlcus id, quo humor acris fertur, & vbi locus vlceratus adeò vitiatu est, vt quidquid recipit, corrumpat. Ergo illa vlcera malignis annumerari possunt, vbi periculū est, ne quid corrumpatur. quia tunc veremur, ne caro corrumpatur, cum maximè detinetur inflammatione, quæ postea in gangrenam degenerat, & tandem in id vitium, quod Hippocrates vocat *σφαλερ*, sub quo non solum caro, sed os quoque vitiat. quæ exedunt aut serpunt, id similiter efficiunt ob coitū humoris mali ac biliosi, sine quo nec diutius trahi consueuerunt, inde enim fit, vt cicatrix, aut nulla inducatur, aut inducā rursus decidat. Hæc omnia, quia eam cōditionem habent, vt succum non modò vitiosum admittant, sed etiam efficiant, idcirco inter maligna referuntur, & propterea magna sunt, ac purgatione indigent. in quorum cœtu poni etiam possunt, quæ articulos detinent, qui chordis & nervis continentur, & carnis ferè sunt expertes, atque hanc de causā dolorem & vigiliis afferunt, & aliquando nervorum distentionem, quo fit, vt obnoxij sint succorum fluxui, & quos recipiunt, facillimè corrumpant.

**E** Mplastrum autē inducere prius non expedit, quàm vlcus exquisitè siccetur, quo factō vtiliter imponuntur. sapius verò sponsia ad plagā admouenda: sapius item dandū est linteum purum, siccum, tum medicamentum, quod idoneum videatur, iniiciendū est, quod aut alligetur, aut sine vinculo relinquatur.

*Εμπλάστειν τὰ φεραμένα*, quod Hippocrates scribit, latinè reddimus [inducere



emplastra]. Sunt autem hæc medicamenta, quæ ferè ex metallicis componuntur, & siccandi beneficio vlcerebus accommodantur. è quibus alia dicuntur. *ῥαυμα*, quod cruētis vlcerebus ad glutinandū protinus iniiciantur, atque hæc nunc præcipuè intelligit: alia *σαρκωλυτικά*, quod carnem alant: alia *ἐκκαυστικά*, quod cicatricem inducant: alia detergunt vlcera sordida: alia superatē carnem exedūt. quidquid horum fieri oporteat, non antè dari emplastrum debet, quàm plaga ex toto sicca fuerit. nam, si madeat, quū superimponitur emplastrū, eius vim non sentiet, & concludo ac retento humore, non mediocriter offendetur. hunc ergo vniuersum prius combibi & exiccari voluit per spongiā sapius impositam, vt paulo suprā etiam prodidit, quū eam adhiberi mollem iussit, tum densam, incisam, & siccam. Sed quia veretur, ne possit ex toto per spongiā siccarī, post hāc linteum admouet, vt quod reliquum est humoris absorbeat. hoc autem siccum accipit, quod madidū siccare nequeat: præterea purum, vt oculos delectet, ne si rubrum sit, opinionem faciat sanguinis fluentis, si aliā re inficiatur, vel plagē incommodum sit, vel indecorum. Neq; solummodo linteum admoueri purum voluit, sed fascias etiam, vt clarè in secundo de officinā medici demonstraui, vbi eam conditionem adiecit, vt sint molles, ne molestiam afferant, quū plagam contingunt. id quanuis hic prætereatur, æquè tamen ad linteum pertinet: sed satis apponitur, quū spongiā iniici mollem imperat. Quid quod Galenus in quarto de compositione medicamentorum generatim ad morbos attinentium linteī nominatim meminit, edicīque, vt ad detergenda vlcera mollius sumatur? Vlcere iam sicco, id imponi debet, quod commodum videatur. spectandum autem principio est, quid plaga exigit, num simplex sit, & quæ glutinari debeat, an caua, & quæ impleri, an aliud remedij genus desideret: quo cognito consideranda natura hominis, & propriè partis affectæ: inspicienda item alia omnia, quæ valentius aut infirmius medicamentum requirunt. quū nō satis sit genus nouisse, nisi propria quoque species intelligatur. atque hoc sibi voluit, quū inquit [medicamentum quod idoneum videatur]. id quod vel obligabis, vel solutum dimittes, vtrum expediat, docebit positus partis. vbiq̃ue enim ita pars sita est, vt neque deorsum spectet, neque multum promineat, frustra vinculum datur, quū medicamentum per se maneat, possitq̃ue vinculum comprimere, atque ob id inflammationem excitare: sin ea fuerit positura sedis affectæ, vt nequeat emplastrum retinere, ne decidat, alligandum est, quemadmodum præcipit Galenus in glutinando vulnere abdominis, eā lege seruata, quam Hippocrates in secundo de officinā medici tulit, vt scilicet fasciæ arctentur, quatenus contineant, sed non vrgeant. Cataplasma verò promptius decidit, quàm emplastrum, quod valentius hæret. quocirca, vbiq̃ue cataplasma superdedit, vinculum quoque adhibuit, neque id vnquam sine fasciā reliquit, vt nunc facit emplastrum.

**P**erisq̃ue vlcerebus calida tempestas hyeme salubrior est, nisi fuerint in capite & ventre: salubrius adhuc æquinoctium.

Cœlum, quo continemur, medicamenti locum habet, ita, vt quū morbo aptatur, iuuare possit: nocere, cū alienum est, quæ noxa interdum euitari non potest, sed contrariæ facultatis remedio finitur. Verū cœli vocabulo duplex subiecta notio est, regionis scilicet, ac tempestatis. quāquam Hippocrates breuitati studens, alterius tantū mentionem faciens, regionem præterijt, quæ & ipsa sub eandem rationem cadit. vtraque autem ad ambientis aëris qualita-



tem refertur, quo in curâdis vlceribus temperato egemus, & immoderati tam frigoris, quàm caloris omnino experte, vt liceat naturæ id præstare, quod sui muneris est, nempe glutinare, implere, ad suppurationem perducere, prout vlcerum conditio postulat: maximè verò licebit, quum nulla cœli exuperantia impeditur. quò spectauit Hippocrates in secundo de ratione victus in morbis acutis, vbi illis subuenit, qui cibû præter consuetudinem ingererunt: calor enim & frigus cauit, vt sine vlllo impedimento natura in cibi coctionem incubat. Non immeritò hîc saluberrimam censet æquinoctij tempestatem, quæ propter mediam quandam tēperationem ab vtroque excessu recedit. quòd si vergere ad alterum oporteat, æstatem hyeme opportuniorem ducit. Excipit vlcera capitis & ventris, hoc est, thoracis, & eius, qui abdomine velatur. Frigus quidem vlcibus inimicû est, calor verò idoneus, quod ipse alibi tradidit: ideo magis æstas prodest, quàm hyems. hoc noluit valere in vlcere capitis ac ventris. cur autē in libro de vulneribus capitis salubriorem posuit hyemem, quo tēpore hominem alioquin ex vulnere capitis moriturum diutiùs trahi dixit quàm æstate. mihi non alia nunc ratio succurrit, magis ad rem apposita, quàm quæ ab ipso redditur, quum habitiorum iuuenem mediâ æstate, neruorum rigore detētum perfundi multâ aquâ frigidâ iubet, vt naturalis calor à quo solui morbum oportet, hâc viâ in vnum coactus potentior fiat. Idem accidet in vulnerato capite, ventre, aut thorace, quibus locis viscera, venæ, atque arteriæ multæ & grandiores subsunt: quò naturalis calor confugiet coactus frigore ambiente: & quum validior efficiatur, morbum minori negotio tollet, hoc est, sanationem vlcis perficiet. At membra, quum neque venis, neque arterijs ita magnis constant, naturali calore non abundant: sed hunc ita infirmum habent, vt nequeat frigidior aërem superare, sed magis cedat, propterea læduntur membrorum vlcera, longè magis hyeme quàm æstate.

**V** Bicuque in vlcibus, quæ neque rectè, neq; vt res postulat, assiduè purgata priùs fuerint, produci caro cœperit, solet plurimùm supercrescere: in his verò, quæ rectè, atque vt res postulat, assiduè purgantur, & nisi collisum ali-

quid accesserit, siccis præsidij nutriantur, plerunque caro non excrescit.

Locus hic mutilus legitur in codice Hippocratis, sed eum restituiamus ex quarto de ratione curandi, vbi Galenus integrum inseruit. Agit autem de vlcere cauo, quod glutinari nō debet, sed impleri, quod siccis medicamentis perficitur. Nanque vlcis curatio siccantibus (vt supra indicauimus) in vniuersum perficitur, præterquam vbi caro collisa est, quæ quum sanescere nequeat, necesse est in pus vertatur ac tabescat: alioquin perpetuum est, vlcis siccantia medicamenta superdare: quod præceptum quamuis antea proditum, tamen quia saluberrimum est, reducere nūc in memoriam voluit. Ergo vbi caro producenda est, si vlcus minùs rectè purgatum fuerit, plus iusto increscit: si cōmodè priùs siccetur ac purum fiat, plerumque excrescit. Creatur quidem caro à naturâ partium, quæ iuxta plagam sunt, ex humore, qui ibi continetur. Probabile igitur est, quo minus siccatur vlcus, purgaturque, ab humore necessariò superante, eo plus ali carnis atque infirmioris, adeò vt supercrescat & hebes sit, quo siccus & purum magis seruetur, eo minùs carnis produci ac firmioris, quod in libro de vulneribus capitis præclariùs expressit. Monet enim ne sinamus carnem humidam esse, ac diutiùs purgari, sed quàm celerrimè purâ exhibeamus; nam sic ait carnem nō hebetè, sed firmam creari, & minimè supercrescere: id quod tenere

memoriâ debemus, cum eo, vt intelligamus, vbi vlcus sordidū fuerit, nō modò i carne non impleri, sed à sanie exedi, & assidue magis sinuari, & fieri cauum.

» Quid si os vstum, aut sectum, aut aliâ de causâ abscesserit, ea vlcera cicatrices cauas accipiunt.

Vbi fracturæ carnis quoq; vulnus adijcitur, nōnunquàm id os secedit, neque recōdi postea potest, nisi aliquid ex ipso præcidatur, quemadmodum ipse retulit in opere de fracturis: interdum aliquod fragmentum resolutum ab alio osse, per plagam recedit: interdum, quod corruptum vel cariosum sit, aduritur. quocūque modo abscedat, asserit Hippocrates cicatrices cauas induci: idem quoque prodidit in sexto libro sententiarum, quos aphorismos vocauit. Ratio in aperto est: quippe quum, vbi os deest, aliquid calli increseat, super quo caro non ita producitur: quandoquidem non à callo, sed à carne, quæ eandem naturam habet, creari debet. Alitur ergo caro, quâ caro est, & cauum implet, quâ callus, non item: atque id in causâ est, cur cicatrix caua inducatur.

» Iam verò vlcera non purgata, nec si in vnū cogantur, glutinari possunt, nec per se cōmittuntur: glutinari itē ea nequeūt, quorū partes, quæ iuxta sunt, inflammatione vrgētur, dum hæc maneat. Tum illa, vbi quæ vlceri proxima sunt, nigricie occupātur ob putrescentē sanguinem, aut ob varicē fluxum sanguinis subministrantē, neq; illa glutinari possunt, nisi quæ iuxta plagā sunt, curentur.

Quum nullo pacto sanari vlcera possint, nisi natura, cuius id effectū est, re- 20  
tē valeat, & nulla impedimenta prohibeāt. meminit Hippocrates vtriusque: impedimenti quidē cuiusmodi est sordes, quum ait, non purgata vlcera nō sanescere: naturæ verò scilicet partis violatæ, quæ causa sanitatis est, quum indicauit proximas partes oportere prius & ab inflammatione & à nigricie vindicari. Scire autē licet, tunc sanari vlcera, quum oræ, quæ diuisæ erāt, cohærescūt, id quod duobus modis contingit: altero, quum sola diuisio est, nec quidquam carnis detractum est, in quo casu oræ à medico in vnū coguntur, & si opus est, vinculo, fibulâ, vel futurâ continētur, sicq; suâ sponte coalescunt: altero, quum aliquid carnis iam periit, ita, vt oræ nequeāt amplius se contingere ac glutinari, sed per carnem iungantur, quæ media inter ipsas producitur, quem sanatio- 30  
nis modum Galenus appellauit *κατὰ συνάφην*. Hunc attigit Hippocrates his verbis [nec per se cōmittuntur] propriè enim per se committi dicimus, & non medici operâ quæ increfcente carne mediâ coniunguntur, sed priorē modum sub ijs verbis complectitur [nec si in vnū cogantur, glutinari possunt] ea enim vlcera significat, quæ suâ sponte coalescunt nullâ carne inter oras productâ, sed tantum oris in vnum adductis, atque ita contentis. Vtrius modo curare vlcus præstat, tolli impedimentum necesse est, & adiunctas partes benè valere, alioquin, ne oræ glutinari possent, nec mediâ caro increfceret. Purgare igitur sordem conuenit, quam vlcus contraxit, & proximas partes in antiquum statum restituere, quæ quamuis multiplici genere vitij teneantur, tantum inflamma- 40  
tionis meminit, & nigriciei, quod frequentiores sint. Inflammationi itaq; medebis, tum nigriciem tolles, & si quod aliud malum proximam sedem infestet, vt quum sana fuerit, natura validior suum præstare munus possit. Cæterū nigriciem proficisci ait à sanguine putri, vel à varice fluxum sanguinis præbente. Sanguis enim (vt Galeno placuit) quum aliquā partem corporis suffundit è venis eductus, vel quod apertæ, vel quod collisæ ac detritæ fuerint, colorem mutat, nec retinet florētē illū ruborē, sed nigrescit aut liuet, vel à naturâ vincitur



1 vincitur ac suppurat, cinerei coloris efficitur, sed interim liuet. est enim liuidus color medius inter nigrum & rubicundum: qui consuevit etiam apparere, quum sanguis, qui iam niger est, in pus conuertitur, sicq; liuor suppurationem denunciat. At tunc manet niger sanguis, quum nequit à naturâ superari: sed ex toto putrescit & corrumpitur, quem locum Galenus in secundo de fracturis, qua de calce, fusiùs enodauit. Merito igitur Hippocrates nigriciem fieri ob putrem sanguinẽ indicat: nequit enim à venis transfusus à naturâ vulneratæ partis superari, atque in pus conuerti, utpote quæ ex ictu & inflammatione, quæ plærunq; subsequitur, imbecilla sit. Accidit etiam nigricies ob varicem, vnde

10 sanguis ad vlcis regionem transfunditur, qui per se niger est & crassius, & inulto nigrior redditur, quum extra venas susus, neque discutitur, neque suppurat: cuiusmodi ergo nigricies auferenda est, quum sanescere plagam non permittat. De verbis autem Hippocratis, quod nos interpretamur [non possunt] ille habet *οὐκ ἐθέλει*, quod propriè significat nolunt, sed vsurpari etiam solet pro [nō possunt] tum ab Homero, tum ab Hippocrate, ut in opere de articulis, qua de femore in priorem partem prolapsa, vbi Galenus eius verbi vim expressit.

» Vlcera in orbem, si intus caua fiant, quod abscedit, vel ad totum orbem, vel ad dimidium secari debet in longitudinem hominis naturalem.

Causam nunc sanitatis attēdit, nempe naturam partiũ, quæ iuxta vlcus sunt,

20 quas voluit ab omni affectu explicari, ut natura firmior, suo munere præstatiùs fungatur, & sanitas restituat. Igitur præter alia mala solent labra vlcis dura fieri & occalescere, præsertim quum res diutius trahitur, quò fit, ut quum liæ partes nō amplius valeant, nō possit vlcus ad sanitatē peruenire, nisi callo prius & duritie liberetur. quod nunc agit Hippocrates, quum vlcus in orbem proponit, & intus cauum: (id enim Galeno teste intelligit) quod oras habet duras & callosas, ut quæ, quum cauo intus vlcere abscesserint, à subiectâ carne haud fouetur. Præcipit igitur, ut secetur omne id, quod abscedit, sic, ut scalpello, vel per totum, vel per dimidiũ orbem linea ducatur in lōgitudinẽ hominis naturalem, & detracto callo ac duritie fiat aditus, per quẽ immittere medicamenta

30 liceat, quod antea non licebat, quo nomine secari plagã voluit, ut clarè in libro de vulneribus capitis testatur; vbi non modò eam, quæ in orbẽ esset, sed aliam, (modò intus caua esset) incidi iussit, cuius præcepti rationẽ adscripsit his verbis [incidere id cauum transversum conuenit, quã non facilè medicamentum quodcunq; idoneum fuerit admittit.] Quum verò de vlcibus in orbẽ tractauit, iussit, ut lōga efficiatur orbe duabus lineis inciso in longitudinẽ hominis: nunc adiicit, vel ad totũ orbem, vel ad dimidiũ: siquidem sectio totum orbem comprehendat, duplex sit necesse est, quod in libro de vulneribus capitis exposuit: vna enim linea ab oræ principio ducta ad plagam terminatur, altera è regione à plagã incipiẽs ad sanam vsq; partem procedit: secari enim totus orbis

40 vnâ perpetuâ lineâ non potest, q; si dimidiũ duntaxat incidatur, abudẽ est vnâ ducere. Quando id conueniat Hippocrates prætermisit: facilè autem ex causis intelligitur, quibus venire ad sectionem cogimur, ex cauo scilicet, quod inter oras est, & carnẽ subiectã, quã medicamentũ nō recipitur, & ex callo atq; duritie. Hæc si subsint toti orbi, secare totũ oportet: si alteri parti, dimidiũ. Rectè autem monuit, ut linea in longitudinẽ hominis ducatur: cauet enim, ne transversa secetur muscoli, qui paucis exceptis, quemadmodũ in inguine, in longitudinem hominis procedunt. Illud autẽ ignorare non oportet: q; si plaga, quæ



in orbem est, secetur, & longa fiat, quamuis neque caua sub oris sit, neque callosa, citius tamen sanescet, & caro ab angulis multo celerius producet. 1

» C Vicunque vlceri superueniat erysipela purgare corpus conuenit, seu deiectione, seu vomitu, prout vlceri praeſtabit.

Curacionem non modò vlceris apponit, sed vitij quoq; quod cum eo iungitur, quòdve nisi prius tollatur, sanari plaga nõ potest. Eiusmodi est erysipela, quæ si superueniat, purgare corpus oportet excitato vomitu, vel aluo ductâ: vtraque enim purgatio saluberrima est, sed modò hæc, modò illa, pro situ partitis affectæ, quâ rem nũc non explicat, sed satis in libro de succis ostensam existimat, vbi in humorũ cursu auertendo iubemur quàm longissimè ab eâ parte, 10 ad quam fluunt, ipsos attrahere, idq; tunc maximè, quùm maximo impetu feruntur: cõtrâ verò eos, qui in affecto loco recepti sunt, deriuari voluit, per proximam partem eductos. His ita constitutis, vlceris situm spectâtes facillè intelligemus, vomitũne, an alui ductione purgare hominem expediat. Quùm plaga in superioribus partibus versatur, satius est, si humores non vltra profluũt, ad vomitum confugere: si vsque irrumpunt, sollicitare aluum. ecõtrariò, quùm violantur partes inferiores, si humorũ impetus cessauit, ducere aluum praeſtat: si manet, excitare vomitum. Quo medicamẽto moliri id conueniat, etsi Hippocrates non doceat: maximè tamen perspicuum est ex his, quæ alibi de purgatione egit: quam tunc probat, quùm educit quæ educenda sunt, hoc est, quæ 20 morbum faciunt: sic enim cõfert, alioquin pernicioſa est. Nunc autè erysipela proponitur, cuius causa est flaua bilis: dari ergo catharticiũ debet, quod purget flauam bilem, hoc ipse nominatim expressit in libro de vulneribus capitis, quùm medetur erisypelæ, quæ interdum solet faciem occupare.

» Q Voties autem iuxta vlcus, quod inflammatione vacet, oriatur tumor, hic progressũ temporis suppurat: sed si cum inflammatione tumor non cesset, desidentibus alijs, quæ simul tumere & inflammari cõeperunt, verendum est, ne oræ non glutinentur.

Succi, qui tumorem excitant, si inflammatio quoque accessit, celerrimè in pus vertuntur: quòd si absque vllo ardore tumor sit, non ita citò maturantur, 30 sed longum tempus ad suppurationẽ requirunt. Pus igitur in eiusmodi tumore, non nisi procedente tempore subsistit, atque hanc sententiam in prioribus verbis aperuit, ex qua elici illud potest, quod non mediocriter ad curacionem confert, nimirum quùm tumor iuxta plagam versatur, neque vlla inflammatio se ostendit, videturque ea materia crassior, quàm, vt discuti ac dissipari possit, vtendum esse pus mouentibus, vt id horũ ope citò assequamur, quod alioquin fuit à naturâ diuturnitate temporis expectadum, quò fiet, vt tumor celerius finiatur, & eo finito vlcus non magno negotio consanescat. In altera parte orationis vbi ait, [sed si cum inflammatione tumor non cesset desidentibus alijs, quæ simul tumere & inflammari cõeperunt, verendum est ne non glutinentur.] 40 de eo tumore loquitur, qui adiunctam habet inflammationem, ita, vt succi, quibus excitatur, iam vehementer incalescant, eo malo non solum oras vlceris, sed proximæ etiam partes detinẽte. Hic ergo tumor, si, quùm iam decesserit ab illis partibus, quæ tumere & inflammari simul inceperunt, adhuc oras vlceris occupet, periculũ est, ne non glutinetur. Ratio in aperto est, si quis statuat glutinationem à naturâ vulneratæ partis prouenire, quæ siquidem tumore atque inflammatione vexetur, minus probè id perficiet, quod sui mun-

neris est. Non prius ergo tentanda glutinatio est, quàm ore vlcis à tumore inflammatione, & omni denique vitio liberentur.

10 **Q** Vibuscunq; cadentibus, vel alio pacto quæ iuxta plagam sunt deteruntur, colliduntur, intumentq; & quùm suppurant, pus ex tumore ad vlcus transfunditur, vbi hæc exigere cataplasma videantur, ipsi vlcis ne imponatur, sed partibus quæ iuxta sunt, vt pus euadat, & quæ dura sunt, emolliantur.

Siue de industria, quod ea, quæ ad artem maximè pertinent, sapiens reuocare in memoriam expediat, siue quòd librū neque correxerit, neq; perpolierit, idem prorsus iterat, atq; in prioribus habitū est, id, quùm à nobis abundè fuerit explanatū, nihil est, quod in eo diutius immoremur, tantū illud admonebimus, quod, quāvis cataplasma non debeat plagæ oris superdari, quùm pus mouetur, ne ipsum retineat: est tamen vbi debet, quùm scilicet earum inflammationem discutere, aut lenire confert, quod clariùs in sequētibus demonstrabitur.

10 **P**ostquàm mollita sunt, & inflammatio cōquieuit, repellere oportet que abscesserunt, per spongas adstrictas vinculo, quod à parte sanā incipiat, & paulūm porrigatur: super spongas itē folia multa inducere: si quid autem re-  
20 pelli nequeat, in causa est caro humida, quam detrahare necesse est.

Quùm tumor suppurauit, & per plagam pus effluxit, relinquitur sinus ille, quo continebatur. Hic quùm cauus sit, partes non se contingunt, sed superiores ab inferioribus recedunt. Quæ autem sic abscesserint, vrgeri debent, ita vt cum alijs iungatur: hæreant, & vel per se, vel per aliquid carnis, quod medium increseat, glutinentur, sicq; nullus maneat sinus. Spongia quidem per se mollis est, & præterquàm quod humores absorbet, Galeno auctore abundè siccatur, neque premit, aut onerat, sicuti quæ duriora sunt: hanc super plagam alligat, vt quæ abscesserunt, reprimantur. Fasciam verò à parte sanā ordiri voluit, & paulum super ipsam circuire: satis enim est, si hanc suo capite complectatur, deinde ad vitiatam procedat. Sed quid est quod super sanam partem dari primò fasciam iussit, quùm in opere de fracturis super affectam primò vinculum iniiciat, & inde ad violatam porrigat? Scire licet, ita naturā comparatum  
30 esse, vt succos vinculum inde præstantius exprimat, vbi & primò iniiciatur, & arctiùs alligatur: ex quo sequitur, vt ordiri ab ea parte debeat, & adstringi magis, vnde expellere humorem oportet, deinde eo laxius ferri, vbi hic citrà noxam recipitur. In fracturis igitur & vulneribus, quùm periculum sit, ne violatæ parti inflammatio superueniat, necesse est humores à violatâ parte ad sanā repellere, quâ vel innocenter admittentur, vel certè parūm oberunt. Econtrariò quùm ea vlcis conditio est, quam nunc proponit, à sanâ regione exprimendi succi sunt ad vlcus, vt inde euadât, vbi exitū habent: neque enim timetur amplius dolor aut inflammatio, sed quùm sinus, qui à parte sana incipiens ad os vlcis pertinet, assiduè humore aliquo redundet, hunc eiicere necesse est, quâ  
40 exitus patet, alioquin quæ abscesserunt, minimè cohærescent. Iure igitur præcipit, vt vinculum, quo adurgenda sunt, à parte sanâ orsum ad vlcus feratur. Constat autem ex his, quæ dicta sunt, ob eādem causam, quâ à parte sana incipit, ibi etiam arctiùs adstringi, dein paulatim laxari, sic, vt, quùm ad vlcus pertinet, laxissimum sit. Quatenus verò adstringi debeat, in secundo de officina medici prodidit, vbi vinculi facultatem exponens eundem locum dilatauit: eatenus autē arctari iubet, vt quæ abscesserunt, sedem contingant, à quâ diducta sunt. Folia in super inducit permulta, quod ipse *συχρά* dixit, nisi legedum sit,



ἰσχυρά, hoc est, tenuia & gracilia, cuius generis esse ea voluit, quæ suprà dari iussit, quùm effuso sanguine vlceri spongia imponitur, & super folia iniiciuntur, quæ ἰσχυρά, id est, tenuia vocauit. Sed vtrouis modo legas, perspicuum est eâ de causâ admoueri, vt siccent. quare (vt ibi ostensum fuit) necesse est tenuia sumantur, qualia sunt polij & verbasci, quorum infrâ mentionem faciet. Hoc igitur pacto res procedet: quod si minus contingat, causatur Hippocrates carnem hebetem atque humidam, quæ non patitur diductas partes, vbi cogantur, inter se glutinari. Præcipit igitur, vt hanc detrahamus, quod chirurgi modò scalpello, modò medicamentis exedentibus præstant.

¶ Quid si vlus infederit sub carne altiori, vtroque nomine, & quod alligatur, & quod comprimitur, intus assurgit in speciem varicis. Hoc itaque, vt fluxui exitus detur, secari debet ab ore, si licet, quatenus specillum penetrat, quomocûnque opportunum videbitur. quo factò ad ea remedia veniendum, quæ idonea iudicabimus.

Sinus, quem proximè alligari, atque adstringi voluit, ex ea tum iuncturâ, tum compressione consuevit humoribus repleri, sic, vt in tumorem attollatur, quod ipse dicit [ὄγκον ὀφθαλμοῦ] nos interpretamur, [intus assurgit in speciem varicis.] Nam sinus instar venæ, quæ humoris copiâ distenditur, & toros excitat, ob compressionem erumpente materiâ intumescit, quod quùm accidit, vt detur exitus intus lædentibus, scalpelli operâ vtendum est: accidit autem magis, quando sinus ad penitiores partes intendit, quàm quando vel modicâ carne, vel solâ cute includitur, quùm materiam copiosius recipiat ille, qui altius penetrat, sed vbi sinus habeat os deorsum spectans, etiam si altius infederit, vix poterit sub vinculo tantùm materiæ compelli, vt distendatur atque intumeat, quandoquidem, dum vrgebitur, per os effluet, neque tam diu subsistet, vt sinum in tumorem attollat: quamobrem in eo accipiendam Hippocratis sententiâ censeo, cuius os sublime est, ac sursum vergit, vnde non ità facillè educitur, quidquid à vinculo expressum fuerit, sed manet ac tumore facit. Hoc autè comprobatur Galenus, qui varijs in locis de huiusmodi sinu tractat, vbique autem præcipit, vt quùm sublime os habet, incidatur, vt sanies liberè effluat: quùm verò deorsum spectat, satis tunc esse eum exitum putat, per quem abundè humores destillent: at si os nec sublime est, nec deorsum inclinat, sed in latus spectat obliquum, neque tunc etiam scalpello vitur, sed membrum adeò vinctum ac figuratū collocat, vt os, quod obliquum erat, rectè deorsum spectet, atque ità deur exitus intus lædentibus. Ergo tantùm, quùm os superius est, ad sectionem veniemus, quod credibile est nunc voluisse Hippocratem, quùm alioquin nec sinus intumescat, nec opus sit alio ore: sed abundè per id, quod sinus habet in inferiorē partē versum, succorū copia effundatur. Modum autè sectionis definiuit, quùm demitti specillum iussit, & quantū penetrat, hoc est, vsq; ad fundum super id secari, vt sinus totus pateat, ac purgari possit. Addit [si licet] quoniâ interdum nō licet, vel quòd nimis magnū spaciū occupet, vel quod aliquid subsit, vt arteria, aut vena grandis, vel neruus, quod periculose incidatur: tunc autem petendum consilium à Galeno, qui in fundo sinum aperit, vt aliud os habeat in inferiori parte situm, quod fortasse sibi voluit Hippocrates, quùm ait, [quomocûnque opportunum videbitur.] nam si utro secare totum sinum non liceat, secandus erit, quomodo opportunum videbitur, exempli causâ in fundo. Sectione adhibitâ ea medica-

menta



1 menta imponeuntur, quæ magis in rem erunt: nam vel sordem detergentia, vel glutinantia, seu carnem producentia, & modò hæc, modò illa, prout opportunum maximè existimabimus.

2 **F**Erè autem omne vlcus, quod sinum habet rectum, ità vt perspicui possit, si tumore vacet, si corruptum sit, si caro sub sit hebes & putris, & ipsum, & quod iuxtà est, nigrum se ostendet, vel subliuidum. Inter vlcera verò exedentia, vbi id sit, quod *φagedæνα* græcè nominatur, vehementerque exedat ac vo-

3 ret, tunc quoque & vlcus, & quod in viciniâ est, nigrū apparebit vel subliuidū. Vlcus color liuidus aut niger, ille extingui, hic extinctum esse naturalem  
10 calorem significat: in prognosticis autem & in libro de vulneribus capitis, quum feruari homo non potest, resque omni modo desperationem habet, docuit plagam eiusmodi coloris se ostendere, quare nihil mirum, si talis conspiciatur, quam nunc proponit: est enim aut sine tumore, & corruptâ ac putri carne continetur, aut ex numero exedentium, quæ genera vlcerum pessima sunt. Quod quidem ad tumorem attinet, si in vulnere graui non appareat, malum est: peius item si, vbi sit, cōtinuò euanescat, quemadmodum ipse alibi testatur. Plerunque enim insania, neruorum distentio, lateris aut intestinorum dolor sub sequitur, quæ si tumor sit, superuenire minimè solent. Magna ergo vlcera, qualia sunt, quæ sinū habēt, & corrupta sunt ac putria, si sine tumore sint, pessima habenda sunt, quum summam caloris naturalis infirmitatem denūcient:

20 **q**uipe qui non amplius in exterioribus partibus vigeat, sed ad interiores cōfugerit, ad quas feruntur illi humores, qui consuerunt ad plagam concurrere. Iure igitur hæc, si perspicui possint, neque sinus tortuosus sit, nigra se ostendūt, vel subliuida. Porro vlcera exedentia ex fluxu vitiosi succi oriuntur, & ex aliquo affectu, quem plaga longiore tempore cōtraxerit. Hæc, si in summâ parte versentur, & cute tenus serpant, *φωγίτης* græcè nominantur: sin subiectam quoque carnem corrumpant, *φagedæνα*. Phagedæna igitur, altiora exest, quare maligna est, deterior adhuc, quum vehementius carnem vorat, qualem Hippocrates nunc posuit. Indicat autem naturali calore iam fracto eum, qui præter naturam est, atq; igneus, omnia corrumpere, adeò vt nec vlcus, nec quæ iuxtà sunt, pristinum calorem retineant, sed vel iam nigra sint, vel certè subliuida.

30 **C**Ataplasmata verò tumoris & inflammationis partium adiunctarum. cōctum verba scum, folia trifolij cruda, epipetri folia cocta, polium: cuncta hæc, vbi purgari vlcus oporteat, purgandi vim habent. Super hæc fici atque oleæ folia, & marrubium, quæ omnia incoquenda sunt. Inter hæc autem maximè coquere oportet viticem, ficum, oleam: vtiliter etiam coquūtur mali puniceæ folia: crudis verò vtendū est folijs maluæ contritis ex vino. Item ruta atque origani, quibus omnibus, lini semen tostum ac bene contritum adijcitur.

Superuenit vlceri tumor cum inflammatione, modò vbi caro graui ac retuso telo colliditur, in quo casu, vt suprà ostendit, cataplasmate vtendū est, quod  
40 pus maturet, modò ex dolore, nonnunquā ex curatione alienâ, vbi nihil etiam collisum sit: vulnerantur enim interdum partes, quæ sensu acriore sunt ac maximè dolent, quapropter in inflammationem incidūt: interdum non adhibetur idonea ratio victus, non mittitur sanguis, non purgatur aluus, vt res postulat, tum pro siccis, atque adstringētibus medicamentis, relaxantia inducuntur, & mollientia, quod ferè faciunt nostri sæculi chirurgi, qui initio ad omnia vulnera cataplasma imponunt, quod resinam terebinthinam, vitellum oui, & ro-

fam accipit. Inflammatio igitur ac tumor, quacunque causâ oriatur, antequàm  
 accedat, opportunè repellentia inducuntur: postquàm accessit, votum est, ne  
 suppuret, atque idcirco Galenum sequuti, ad ea veniemus, quæ discutiunt ac  
 siccant, & quantum fieri potest, affectum summouent. huiusmodi Galenus ait  
 esse ferè omnia, quæ nunc proponuntur ab Hippocrate. At si, ne hac quidè viâ  
 prohibere fas est, quo minùs materiæ aliquid suppuret, acria medicamèta in-  
 iiciemus, quæ id omne exhauriant, quod in pus conuersum est, id, vbi cutis so-  
 la subsit, scalpelli operâ citius euellitur. Illud autem obliuisci non oportet, quòd  
 vbi inflammatio dura sit & parua, cerato liquido & mollienti emplastro com-  
 modè curatur, quod præclare Galenus exposuit in septimo libro de composi-  
 tione medicamentorum generatim ad morbos attinentiũ. Auxilia igitur quæ  
 traduntur, propriè ad inflammationem attinent, & non ad dolorem, sicuti re-  
 laxantia & molliètia cataplasmata, quæ scilicet ex farina, oleo, aut alio eius ge-  
 neris componuntur. Primò igitur ponit, verbascum, trifolium, epipetrum, po-  
 lium, quæ non modò siccant, sed etiam detergant, quod Galenus suo loco de-  
 clarauit. Iis autem vtitur coctis, vt leniora sint: nam cruda exasperat, & frustra  
 vlceri molestiam afferunt. Trifolium accipiendum est, quod bitumen redolet,  
 de quo fusè Scribonius Largus tractauit. Epipetrum vt nonnulli censent, ex eo-  
 rum genere est, quæ græcè appellantur *ἀνίστα*, quasi semper viuientia: eo autem  
 mouetur, quod Aristoteles habet in quarto libro de partibus animalium, quòd  
 ait, Ex terrestribus plantis nonnulla esse, quæ viuunt & gignantur, aut in alijs  
 plantis, aut absoluta, quale esse dicit, quod epipetron à quibusdã vocatur, quod  
 viuere potest suspensum. Ergo si epipetrum intelligamus speciem *ἀνίστα*, habet  
 quidem facultatem siccandi moderatam, sed abundè refrigerat, quocirca vtilius  
 inter initia imponitur ad humoris fluxum repellendũ, quàm postea, vbi mate-  
 ria iam recepta est. Non enim discutiit aut detergit vlcus, sicut cætera, quæ nũc  
 ad inflàmationem tradidit. Quod sequitur cataplasma ex marrubio, folijs fici  
 atque oleæ, vlcus siccatur & purgat, non nimis tamen vehementer, quòd oleæ  
 folijs, quæ adstringunt, temperetur ficulnea, quæ acria sunt. Marrubium verò  
 quod his admiscetur, satis digerere inflàmationem potest, & vlcus detergere.  
 Concoqui autè debent, nõ solum, vt ea mixtura lenior reddatur ac mitior, sed  
 vt, si qua sit virium exuperantia, remittatur. Incoqui similiter voluit aliud ca-  
 taplasma, quod viticè habet, ficum, & oleam: adijcit & mali punicæ folia, quæ  
 nisi cum proximè positis misceantur, non intelligo, per se quo pacto ad rem  
 pertineant, quòd refrigerent & adstringant: consilium verò dirigi ad siccandũ  
 ac digerendum videatur: nisi dixeris Hippocratem, non modò hũc spe-  
 ctasse, sed eò etiam, vt quod confluit, reprimeretur, & idcirco diuersas faculta-  
 tes conscripsisse. Id autem manifestum est, quòd si mali punicæ folia cum vi-  
 tice, fico, & oleâ, misceantur, cataplasma fiet, quod præstanter quidem, non ni-  
 mis tamen siccare & detergere poterit, modò nactum sit medicũ, qui oppor-  
 tunè vtatur. Cruda verò superinducit folia maluæ, ex vino contrita, tum rutæ  
 atque origani, quibus adijcit lini semen tostum ac tritum: satis autè existimat,  
 si eiusmodi herbæ, quòd lenes sint ac molles contritæ sine vllâ cocturâ impo-  
 nantur. quod ad earum vires spectat, malua quidem mollior ac digerit, sed ma-  
 gis quæ syluestris est: ruta valenter siccatur & discutiit: origanum siccando simi-  
 liter, atque extenuando idoneum est: lini semen mediam qualitatem habet in-  
 ter calidam, frigidã, humidam & siccam, sed si frigatur, siccius efficitur: cras-  
 sioris



1 floris autem habitus est, iungiturque vtiliter his, quæ dicta sunt, vt cataplasma lenius reddatur, quod quidem aliquid molliet, sed siccabit magis, atque inflammationem discutiet.

» **V** Bicumque periculū fuerit, ne erysipela vlceri superueniat, glasti folia con-  
 » terens cum lino cruda imposito, aut cataplasma, quod linū habeat ex fo-  
 » lani, vel glasti succo dilutum: quod si vlcus purum fuerit, sed cum ijs, quæ iuxta  
 » sunt, inflammatione teneatur, lenticula ex vino decocta, ac bene contrita, & olei  
 » modico resperfa superijciatur atque alligetur, vel cataplasma, quod fiat ex folijs  
 » caninæ sentis, in aquā decoctis ac bene contritis. Tenui autem ac puro linteo-  
 10 lo contegatur ex vino atque oleo madente: at si contrahendi consiliū sit, cani-  
 » næ sentis folia eo modo, quo lenticula, parerur, seu nasturtium, vinum, lini se-  
 » men cōtritum inter se misceantur, aut lini semen, vitex cruda, & alumen me-  
 » linum, ex aceto madefacta.

Interdum super vlcus erysipela etiā accedit, quam tunc timemus, quū iam  
 præsens aliqua indicia se ostendunt. Præsumimus enim tunc futurum malum  
 (Galeno auctore), quū ex aliquā notā, eius principium deprehēdimus. Ergo  
 si vlceratus locus iam incalcescat, vel doleat, aut colorem ex flauo rubicundum,  
 seu aliam notam quantumvis exiguam præ se ferat, verendum est, ne erysipela  
 subsequatur. eam suspicionem auget natura ægrotantis, tempus anni, regio, &  
 20 cetera eius generis, quū talia fuerint, quæ soleant eiusmodi vitio patere. In  
 eo casu præcipit Hippocrates, vt glasti folia cruda contrita cum lino impona-  
 mus. Propositum enim est, quod influit, repellere, incipientem ardorē coërce-  
 re, siccareque id materiā, quod iam receptum est, quæ omnia præstat propo-  
 situm cataplasma. Siquidem glastum, quod feritur videlicet, quōve vtuntur in-  
 30 sectores (nam agreste ob ingenrem acrimoniam mordet,) valenter siccare po-  
 test, & tumores optimē discutere: pro acrimonia autem, adstringendi vim ha-  
 bet, quā repellit, refrigerat quidem, non tamen præstanter, cuius rei indicium  
 est, quod gustu amarum etiam sentitur, quamobrem valet ad vlcera quoque  
 exedentia: sed si quando vehemētius videtur, temperatur adiectā polentā, vel  
 30 farinā hordeaceā, aut triticeā. Hippocrates linum admiscet, quod (vt dictum  
 est) omnis excessus est expers, sic vt remittere glasti vim cōmodē possit. Quod  
 subijcitur cataplasma ex lino diluto ex succo solani, vel glasti, eundē effectum  
 præbet, sed refrigerare magis potest, si solani quā si glasti succus adhibeatur,  
 & propterea magis repellere: sed glastum ad tumorem discutiēdum efficacius  
 est. Hæc autem tepida imponēda esse, & nullo modo frigida, clariū est, quā  
 vt ab Hippocrate exponi debeat, qui vbi vlcus sit, cauere frigus voluit, quāvis  
 alioquin erysipela saluberrimum foret. Quæ hactenus posita sunt, quū pur-  
 gandi ac detergendi facultatem habeant, pertinent ad vlcera sordida, quæ, q̃  
 acria sint, dolorem afferunt, quoniam caro, quæ forde protegatur, medicamen-  
 40 ti acrimoniam nō sentit, sicut quæ pura est: interponitur enim sordes inter car-  
 nem & medicamentum. Simile quid accidit in rebus, quæ (vt docuit in libro  
 de ratione victus in morbis acutis) si inania sint acriori oxymelle deraduntur,  
 si id contineant, quod ex cōcocto cibo superat non itā oxymellis vim sentiūt,  
 sed quod modo quodam illita sint, defendūtur. Igitur si vlcus purum sit, præ-  
 fidia, quæ ad inflammationē dantur, leniora esse debent, cuiusmodi sunt, quæ  
 nunc subijciuntur. Lenticula enim nec nimis calefacit, nec nimis refrigerat, vt  
 quæ mediam naturam habeat, sed siccet, & valenter adstringit, quam Galenus



in quinto commētorio, in sextum de morbis vulgaribus asserit vtiliter imponi  
 vlceribus inflammatis, quū ob adstringēdi vim, inflammationem coēceat,  
 reprimatq; , & , vbi necesse sit, humorem insidentem concoquat, & in pus con-  
 uertat : intenditur proprietatē repellendi : si ex vino inferueat, quū accipien-  
 dum sit austerū, quale iam sæpius dictum est. quod enim aut tenue est, & acre,  
 aut nimis acerbum, quū dolorem afferat, vitandum est : miscet autē modicum  
 olei, vt ex omnibus mixtura fiat, quæ commodē illinatur, & possit etiam mol-  
 lire. Neque oleum suspectum esse nobis debet, quū & modicum accipiatur,  
 & ad vlcus detur, quod iam purum est : tunc verò timendum esset, vbi vel co-  
 piose adhiberetur, vel vlcus sordidum esset. Cōstat autem, quū non sit mo- 10  
 uendum pus, licere non solum partes, quæ iuxta sunt, sed plagæ quoque oras  
 eiusmodi cataplasmate fouere. Secus accidit, vbi debet pus euadere : tunc enim  
 præcipit, vt ab oris reducat. Folia sentis caning, quæ inferbuerint ex aquâ &  
 contrita diligenter fuerint, inflammationi similiter aduersantur, quū ipsam  
 cohibeant, finit autē ex cocturâ mollia magis. Superdatur linteam oleo ac vi-  
 no madens, quod ad leniendum dolorem valet, & humorem concurrētē in-  
 hibendum. Sed quod nos vertimus, [linterolo contegatur] Hippocrates scribit  
 [ἐθύνον ὑποστάνης] quod videtur significare linteolum potius subiiciendū esse ca-  
 taplasmati, quā superdandum, quū ὑπο sub notet : sed res aliter habet : nam  
 ratio dicit cataplasma linteo madente contegendū esse, ne ille humor ad nu- 20  
 dum vlcus pertineat, sed per cataplasma mediū temperetur. Idem quoque vo-  
 luit, vbi super vlcus factum quid, aut luxatum esset : antea enim medicamen-  
 tum inijcit, dein humorem adhibet, quo madefiat. Præterea si verbum specte-  
 mus, nonnūquā usurpari in hanc sententiam inueniemus. Nam & apud la-  
 tinos sub, quod ὑπο græco verbo respondet, nonnunquā similiter accipitur.  
 Sit autem linteam tenue, ne onere premat : purum, vt facilius humorē admit-  
 tat. hoc suprà etiam ostendimus, quū lintei puri mentionem fecit. Quæ po-  
 stremo apposuit medicamenta, glutinant & adstringunt, quamobrem meri-  
 to ait illis vtendum esse, quū necesse est, oras vlcis cōtrahere, hoc est, quū  
 vlcus purum est, ac sine inflammatione, nec impleri postulat, siquidem tunc 30  
 ad glutinantia veniendum : hæc autem valenter siccant, atque adstringunt  
 cuiusmodi sunt, folia sentis caninæ, quæ si eo modo, quo lenticula parentur,  
 hoc est, si coquantur ex vino nigro austero, robustiora fient, & plage oras ag-  
 glutinabunt. lenticulam enim suprà ex vino incoxit : sed modicum olei adie-  
 cit, quod nunc vitare conuenit, vtpote glutinandis vlceribus, vt si quid aliud,  
 incommodum. Iungit inter se nasturtium, lini semen, ac vinum : puto autē in-  
 tellexisse nasturtij folia viridia. Sic enim leniter mordent, alioquin adurunt, si  
 arida fumantur, sicut etiam semen viride. Igitur nasturtium, si vino nigro au-  
 stero, & lini semine temperetur, siccare quidem potest, non tamen vehemēter  
 calefacere : totaque hæc mixtura mediocriter vlcera glutinat : magis autem na- 40  
 turâ calidioribus atq; humidioribus aptatur, quā quæ antè posita est. Quod  
 tertio adijcit, ex viticis folijs crudis, lini fructu, alumine melino ex aceto  
 madefactis vtrovis superiore efficacius est, & ad eos pertinet, qui naturâ sic-  
 ciores sunt ac duriores. Melinum autem alumen, quod in Melo insula sit, quæ  
 Coe proxima est, secundum Ægyptium validissimum est, id autē in sequen-  
 tibus μιλιδα vocauit.

Vua alba

1 " **V**va alba immatura in vase ex rubro ære contūditur, colatāque interdiu in sole ponitur, noctu summoietur, ne rore madescat: interdiu assidue agitatur, vt æqualiter siccet, & plurimum ex ære contrahat. Hactenus autē in sole continēda est, vt mellis crassitudinem habeat, deinde in ollam æneam conijcienda, in quam demittitur mel quā optimum & vinum dulce, ex quo prius resina terebinthina inferbuerit, dum mellis cocti modò indurecat: quā deinde proiectā vinum in ollam infunditur: maxima portio sit vuae acerbæ, tum vini, deinde mellis.

Præstantissimum est hoc medicamentum, vbi glutinare opus est, quū valenter admodum siccet atque adstringat, ita vt vua acerbæ, si per se accipiatur, præparata in vase ex rubro ære, & in sole arefacta, cicatricem quoque valeat inducere, sed remittitur vis eius adiecto tam vino dulci, quā melle, quāuis hoc detergendi quoque facultatem habeat, quæ glutinationi officit, superatur tamen ab aliorum mixturâ. resina terebinthina sicca est, & modicè adstringit. Vniuersa igitur confectio siccando, & adstringendo maximè idonea est. Æs rubrum sumit, quod potentius est. Mel autem quale optimum sit Galenus sæpenuero declarauit: debet enim purum esse, atque omnino sine sordibus, pelucidum, flauum, boni odoris, gustu paululum acre, sed suauissimū, cohærens, ita, vt si attollatur, continuum defluat. Easdem ferè notas licet ex Hippocrate colligere, qui tunc mulsam incoquendam esse ait, quū mel vitiosum sit, hoc est sordidum, nigrum, mali odoris: quare si contrariorum contraria sunt cōsequētia, id bonum esse dicemus, quod contrarias cōditiones habet, cuiusmodi est quod ex Galeno probauimus.

30 " **M**yrtha item stacte, aut certè quā optima benè cōteritur, diluiturque ex eodē vino, quod paulatim instillatur, dein per se in vino incoquitur atque agitatur, vbi ad iustam crassitudinem peruenisse videatur, in succū vuae acerbæ conijcitur, & nitrum quā optimum frictum paulatim cum medicamēto miscetur, tum floris æris minor modus quā nitri, quæ vbi inter se mixta fuerint, non minùs quā triduum feruere oportet sub ficulneis lignis, quo minùs vrantur, vel ad prunas, ne frignantur: cuncta autem hæc, quæ adijciuntur, aquæ sint expertia, quūque mixtura hæc illinitur, vlcera ne madescant. Eā autem vtitur tam ad diuturna vlcera, quā ad recentia: præterea ad cutem, quæ glandem tegit, ad vlcera capitis atque auris.

40 Compositio hæc, quū ex varijs facultatibus constet, illis annumerari potest, quæ græcè πολύχρηστα vocantur: videtur autem idonea detergendo, glutinando, ac cicatricē inducendo, præsertim in partibus siccioribus, quando quidem ex quibus ea fit, valēt omnia siccare possunt, quamobrem vlceribus capitis, auris, & cutis, quæ glandem tegit magnopere accommodantur: ille enim partes remedia exigūt valentissima. Quid quod curatio, quam ipse tradidit in libro de vulneribus capitis (teste Galeno) longè siccior est, quā quæ hic proditur ad reliqua vlcera? Quo patet Hippocratem loci rationē habuisse, quū medicamentum validius proponens ad sicciores partes iubeat adhiberi. Myrtha quidem calida est, & in secūdo ordine exiccantium, ac vulnera capitis cōmodè glutinat. Nitrum tenuium partium est, tostum præsertim, ita vt pruriginem moueat, & nō mediocriter vlcera detergit. Flos æris non solum detergendo est, sed quū eandem vim habeat, quā æs vstum, valet quoque ad cicatricem duris corporibus inducendam. Ex quibus elici potest medicamentum



varios effectus præstare, & vehemens esse: multo autem acrius esset, nisi vino eodē leniretur, hoc est, dulci: id enim suprà adhibuerat. Non immeritò autem dixit, tum recenti vlceri, tum diuturno aptari, quum hoc cicatricem, illud glutinationem desideret: vtrunque medicamento posito perficitur.

» **M**edicamentum aliud ad eadem vlcera, habet fel bubulum aridum, mel  
» quàm optimum, vinum album in quo loti ramenta inferbuerint, thuris,  
» myrrhæ, croci, floris aris, singulorum pondera paria. ex liquidis maxima por-  
» tio sit vini, deinde mellis, minima verò fellis. Aliud, Vinū accipit, mellis cedri-  
» ni paulum: & ex aridis, florem eris, myrrham, malicorium siccum. Aliud, Flo-  
» ris aris dimidium, myrrhæ duabus partibus amplius, croci tātum, vt myrrhæ 10  
» triplū sit, cum exigua mellis portione ex vino incoquuntur. Aliud, Thuris pars  
» vna, gallæ tantundem, croci partes tres, vnumquodque aridum per se contun-  
» ditur, dein miscentur atque in sole admodum ardente per tres dies teruntur, &  
» donec glutinosa fiant, vna acerbæ succus instillatur: dein ex vino austero, ni-  
» gro, odorato paulatim perflusa madefiunt.

Aliquot subiicit medicamēta, quorum multiplex vsus iisdem vlceribus ac-  
commodatur, recentibus scilicet ac vetustis, & ijs quæ versantur in capite, au-  
re, & cute, quæ glandem tegit: omnia autem robusta sunt, ad detergendum ac  
glutinandum valent, & cicatricem inducunt: id quod perspicuum erit, si sin-  
gula seorsum intueamur. Prima itaq; confectio fel bubulum habet, quod de- 20  
tergendo & siccādo idoneum est, præsertim vbi aridum est: quod si taurinum  
accipiat, acrius est, quum erodere etiam possit. Si qua vero est fellis bubuli a-  
crimonia, vino albo lenitur, quod frigidum est. Mel item ad detergēdum va-  
let, cuius calor remittitur à vino, in quo inferbuerint ramenta loti, arboris sci-  
licet, quæ Galenus modò ex vino, modò ex aquā, prout res exigit, incocta ad  
adstringendū approbat. Thus leniter siccāt & detergit. Myrrhæ facultas pau-  
lò suprà dicta est. Crocus, quamuis calefaciat, magis tamen siccāt, ac paululum  
etiam adstringit & concoquit. Flos aris detergit, quæ omnia, si diligēter æsti-  
memus, iudicabimus medicamenti vsu efficaciorem esse ad detergendum,  
deinde ad glutinandum, postremò ad cicatricem faciendam, præsertim in ijs, 30  
qui molliores sunt. Contrà quod sequitur medicamentum vlceribus, quæ vel  
cicatricem desiderant, vel glutinationem, in duriori corpore magis idoneum  
est, quàm ijs, quæ fordida sunt, & purgari debent. Cōponitur enim ex adstrin-  
gentibus magis quàm ex detergentibus: habet autem florem aris, myrrham,  
malicorium. Aliorum proprietates iam exposita est. Malicorium autē valentem  
siccandi atque adstringendi facultatem habet, sed validum est, antequam sic-  
cescat, quod tempus exiguum est, postea verò quum inarescit, simul infirmius  
redditur: satius ergo est, vbi licet, id accipere, quod nōdum aruit: incoqui au-  
tem ex vino debet austero, quod neq; recens sit, neque vetustum, quæ omnia  
Galenus prodidit in quarto de compositione medicamētorum generatim ad 40  
morbos attinentium: nunc autem ab Hippocrate cum vino similiter miscetur,  
quod itidem austerū accipiēdum est. Adijcit mellis cedrini exiguum partem:  
intelligimus autem mel cedrinū illud, quod foris modò destillat, & in mon-  
te Libano (vt inquit Galenus in tertio de alimentorum facultate) colligitur ex  
folijs arborum, vbi quum cedrus frequentissima sit, ex hac potissimū accipi  
verisimile est. Hoc igitur Hippocrates vocat mel cedrinum, nisi fortasse si di-  
cas, duo ab Hippocrate diuersa intelligi, scilicet mel & cedrinum liquorē, hoc  
est, cedri



## DE V L C E R I B V S.

29

est, cedri lachrymam, quod mihi non probatur, quum nimis calida sit & sicca, atque habitus tenuioris, ita vt carnẽ exedat. Adde quod Hippocrates nõ coniungeret ea verba simul [mel cedrinũ]. Idem ferẽ præstat, quod proximẽ subijcitur ex flore aris, myrra, croco, & melle: sed minũs adstringit, quum non habeat malicorium. Quod postremò adscribitur, longẽ magis cicatricẽ inducit, quum ex galla etiam componatur, & vuã acerbã, quæ valentissimẽ ficcant & adstringunt.

» **A**liud, Radices ilicis ex vino dulci odorato inferuent, atque vbi rectẽ habere videntur, vinum transfunditur, cuius duæ partes sumuntur cum vnã  
» amurcæ, quàm maximẽ aquæ expertis. hæc deinde sub leniore igne, ne vran-  
» tur, incoquũtur, mouentũrque, dum ad iustam crassitudinẽ peruenerint. Aliud,  
» Reliqua sunt eadem, sed pro vino sumitur acetum album quàm acerrimum, in  
» quod conijcitur lana admodum succida, tum amurca infunditur, miscetũrque  
» succus caprifici, alumen melinum, nitrum, flos eris: vtrunque autem vstum ad-  
» hibendum. Medicamentum hoc ad purganda vlcera præstantius est, quàm  
» quod proximẽ positum est, quamuis id non minorem ficcandi vim habeat.

Valenter vtraque compositio ficcet, sed quæ prius conscribitur, minũs detergit, quàm altera. Illex ad glutinanda vlcera pertinet, estque adstringendi proprietate præstantior quercu. Idem facit vinum, in quo radices ilicis bullierint,  
20 donec earum vim contraxissẽ videatur. Amurca ficcet magis quàm calefacit, quanquam non mediocriter calida sit, terrenam item naturam habet. quocirca duriora corpora glutinat, reliqua exasperat, quamobrẽ, si vna pars huius cum duabus eius vini iungatur, fiet medicamentum, quod valde ficare poterit, & glutinare. Altera compositio similiter amurcã habet, & ilicis radices, quæ non amplius in vino, sed in acri aceto incoquuntur, quod quum tenuioribus partibus cõtineatur, ad altiora penetrat, & alia, quibus cum miscetur, secum ducit. Lana, quam in acetum conijcit, maximẽ succida, hoc est, quæ plurimum sordis habeat (quam æsopon dicunt) digerendo & concoquendo est. Caprificus tantam detergẽdi vim habet, vt etiam erodat, quemadmodum nitrum, & flos  
30 aris, quanquam horum acrimonia vstione remittitur. Alumen adstringit: totius igitur facultas ficare & detergere potest atque adstringere.

» **A**liud, Lana in minimã aquæ portione iaceat, cui deinde tertia pars vini  
» adijciatur, incoquantũrque donec iustam crassitudinem habeant, sub hoc  
» celerrimẽ recentia vlcera suppurant.

Inordinate medicamẽta hæc adscribit, quum modò detergẽtia, modò glutinantia, aut cicatricem inducentia referat: interim quæ multiplicẽ vsum præstant, dein ad eadem reuertatur. Id igitur, de quo nunc tractat, recẽti vlcere ait pus maturare. Quãdo verò eius vsus requiratur, in prioribus docuit, quum, vbi caro collidatur, pus moueri iussit. Lana quidem succida sit, qualem adhibet in  
40 quarto de articulis: vinum verò non amplius austerũ, sed aliud ex his, quæ calidiora sunt, vt ex lanã & vino ea reddatur mixtura, quæ pus concitet. quod faciet in recenti vlcere magis: quoniam diutinum, quum caro iam induruerit, si pus mouendum sit, multo efficaciora postulat.

» **A**liud, Inspergatur arum siccum, & cortex viridis ficus cum succo ex vino  
» tritus illinatur, vel sine vino hĩc per se cum melle.

Quod nunc proponitur, & propter arum, & propter ficus ac mel detergere manifestum est.

» **A** Liud, Loti ramenta ex aceto albo incoquito, in quod amurcam deinde  
 » conijcito, & serum picis crudum, tum inungito, instillato, ac deuincito,  
 » vel aceto ablens, vino madentem spongiam superimponito.

Medicamenta quæ suppurationem prohibent, siccandi vim habent, & statim  
 cruentis vulneribus iniiciuntur, quod præclare in superioribus exposuit.  
 Huiusmodi ergo voluit hoc esse, quod ex aceto albo in quo loti ramenta bul-  
 lierint, amurcâ & sero picis componitur. Acetum enim, quod per se siccatur, ad-  
 stringere etiâ non mediocriter poterit, ac repellere, si loti ramenta incocta ha-  
 beat. Amurcæ proprietatem iam narrauimus. Pix calefacit, siccatur, & modice  
 etiam detergit, eius serum constat ex partibus tenuioribus, atque eâ de cau- 10  
 sâ ad recetia vulnera in tertio libro de fracturis, & quarto de articulis ab Hip-  
 pocrate adhibetur. Addit idem perfici, hoc est, suppurationem prohiberi, si aceto  
 abluatur, dein spongia vino madens superdetur: ubi enim linteum vel spongiâ  
 plagam deterferis, si aceto abluas, & spongiâ alliges expressam ex vino nigro  
 austerio, hoc enim maxime idoneum est, efficies ne vlus vlllo modo suppuret.

» **A** Liud, Plumbum contritum cum spodio cyprio tenuissimo inspergatur,  
 » tum loti scobes, squama æris, alumen, chalcitis cum ære vel seorsum, &  
 » iuncta item cum loti scobe. Alioquin si opus sit aridis, hæc vtiliter inspergun-  
 » tur: tum spodium illyricum contritum cum scobe: præterea ipsa scobes per se,  
 » flos argenti per se item quæ tenuissimus: ad hæc aristolochia rasa & bene cōtrita. 20

Quæ nunc persequitur plagam glutinant, & similiter prohibent, ne suppu-  
 ret. Principio enim aspergit plumbum contritum cum spodio cyprio: plum-  
 bum quidem reprimat, nec patitur citari pus. Spodium siccum est, & adstringit,  
 quo vtitur Galenus ad oculos, id quod etiam testatur se vidisse in Cypro  
 decidere, quum fiebat pompholigo. Ideo autem Cyprium ab Hippocrate sum-  
 mitur, quia præstantissimum est, quemadmodum & ex: regionem verò nomi-  
 nat, ut optimum notet, id si non est, aliud sumemus simile, ut docemur à Gale-  
 no de corio Ægyptio, quo vtitur Hippocrates ad extendendum crus fractum.  
 Loti scobes ad idem valet, quanquam imbecillior est. Squama æris non modo  
 suppurationem prohibet, quum siccandi & adstringendi facultatem habeat, ut 30  
 ceteræ squamæ, sed carnem quoque absumit, quam obrem vel alijs temperan-  
 da est: vel, si per se admoetur, duris corporibus parè inspergenda, non secus  
 quam mysi & chalcitis, quæ cicatricem inducunt: & nisi leuiter inspergantur,  
 carnem detrahunt. Alumen verò adeo adstringit, ut ab eâ proprietate *supra plus*  
 apud Græcos sibi nomen inuenerit. Æs & chalcitis adstringunt, & eo nomi-  
 ne fieri pus prohibet, quibus præstat uti vstis atque elotis, ut mitiora fiant. Ex  
 eo autem medicamento, quod subijcitur, inscriptum ad vulnera cruenta colli-  
 gere licet, hæc etiam ex vino diluenda esse, quod similiter eorum acrimoniam  
 lenit: præsertim si id fuerit, quale sæpius iam ostensum est. Quod ad spodium  
 Illyricum, ipse quidē scripsit τῷ Ἰλλυριώτιδι, cenſeo legendum autē, quod Hermo- 40  
 lao Barbaro probatur, λαιριώτιδι: nam quum antea laudauerit spodiū cyprium,  
 non est quod adijciat Illyricum, sed magis verisimile est intelligendū esse lau-  
 rioticum, est enim laurion teste Pausania locus in Attica, ubi erant argenti fo-  
 dinæ. In hac igitur oratione duplex spodiū habetur, vnum cypriū ex ære, alte-  
 rum laurioticum ex argento, quod lenius est & infirmius, ac mollioribus cor-  
 poribus accommodatur. Florem argenti nonnulli pro spuma accipiunt. Ari-  
 stolochia, hoc est, radix eius rasa siccando est, & calefaciendo: detergit etiam  
 sed



DE VLCERIBVS.

31

sed minùs rotunda quàm longa : nunc quùm non detergere velit , sed prohibere pus, fatiùs est, rotùdam intelligere. Ponitur autem aristolochia in numero herbarum, quæ malignis vlceribus aptantur.

» **A**liud, quod cruentis vulneribus iniicitur. Myrrha, thus, galla, ærugo, flos  
» Aris vstus, alumen Ægyptium vstum, cenanthe, æsopus, plùbi recremen-  
» tum, singula pari pondere mixta ex vino diluuntur. Alius effectus per eadem.  
» Acetum album quàm acerrimum, mel, alume Ægyptium, nitrum quàm opti-  
» mum leuiter frictum, fellis paulum simul incoquito. hoc medicamentum car-  
» nem supercrecentem detrahit, cauâtque sine morfu. Aliud, Herba quæ minu-  
10 ta folia habet, cui nomen est parthenium minuti folij, quæ cutis glandem te-  
» gentis thymia aufert: tum alumen chalcitis, & melias cruda, elaterium contri-  
» tum aridum inspergitur, & malicorium contritum similiter aridum.

Quænam sit proprietas glutinantium medicamentorum (græcè *ἐναιμα* di-  
cuntur) latè in superioribus demonstrauimus . cruentis enim vulneribus pro-  
tinus iniiciuntur: quam obrem vehementer siccent, & adstringant necesse est,  
cuiusmodi sunt ea, quæ in secundo de compositione medicamentorum gene-  
ratim ad morbos attinentium à Galeno exponuntur. Tale est, quod nũc Hip-  
pocrates tradidit : si qua enim accipiat non ità sicca atque adstringentia , per  
hæc, exuperans aliorum vis remittitur. Adiungit aliam mixturam, quæ ex ijs-  
20 dem ferè constat, quæ ad suppurationem prohibendam, & ad glutinandum  
prodidit, quia tamen alio modo mixta sunt, & fellis aliquid habent, alium ef-  
fectum præstant: ità enim detergant, vt carnem supercrecentem consumant,  
atque vlcus cauum reddant, quod tamen sine morfu faciunt, quùm & nitrum  
frictum sit, & fellis nõ multum accipiant . Alumen autem credibile est vri de-  
bere, vt infra ad eũdem effectum docebit, quoniàm alioquin niniũ adstrin-  
git, quæ vis ita vstione leuatur , vt vstum carnem faciliè possit exedere, sic-  
que ad eum vsum à nostri seculi chirurgis frequentatur . Quod sequitur me-  
dicamentum non modò adstringit, sed increcentem quoque carnem consu-  
mit, & vlcus excauat. Parthenium eligit minuti folij: quùm aliud sit, quòd fo-  
30 lia habet latiora, quòd & arthemisia vocatur: id autè, de quo agit, sanare thy-  
mum scribit: est autem thymium, quùm super corpus quiddam, quasi verru-  
cula eminet ad cutem tenue, supra latius, subdurum, & in summo perasperum,  
idque summum colorem floris thymi representat, vndè ei nomen est, ibique  
facile finditur & cruëtatur: pessimum autem in obscœnis est. id ergo, quod est  
in cute, quæ glandem tegit, postulat quæ valenter siccet: quam obrem, si par-  
thenium sanare hoc valet, necesse est, præstanter siccet. Adijcit alumen, chal-  
citicidem, & meliada. Intelligit autem Galenus meliada, id quod ex Melo insu-  
la affertur, seu alumen sit, seu chalcitis : nam hæc quoque auctore Theophras-  
to ex Melo optima fertur : meminit etiam supra aluminis melini. hoc loco  
40 igitur aut duo accipiemus, scilicet alumen & chalciticidem melinam, vel vnum  
duntaxat (vt placuit Hermolao Barbaro) scilicet alumen, quod chalcitis dici-  
tur, quia fit ex lapide & melias, quia ex Melo insulâ optimũ fertur, quam sen-  
tentiam confirmat Hippocrates in sequentibus, quùm dicit *σπτηρην ἢ χαλκίτις*.  
Respergitur igitur alumen contritum, elaterium, & malicorium, quæ compo-  
sitio, licet adstringat, carnem modicè etiam exedit, atque vlcus sinuat.

» **M**aximè implet vlcera caua, vbi pura sunt, herba, cui nomen est lagopy-  
» ros: est autem, quùm inarescit, tursuri similis, folia habet instar oleæ, sed



- » longiora : & marrubij folium cum oleo . Aliud . Fici siccae pars interior pin- 1  
 » guis mellisque similis quam maximè arida, aquae partes duæ, lini seminis non  
 » admodum tosti ac bene contriti pars vna.

Vt nullum desideretur medicamenti genus , quod ad vlcera pertineat ,  
 ea etiam tradit, quæ carnem alunt. Reuocare igitur in memoriam conuenit,  
 quæ sit eorum natura, quibus vlcera impleantur: constat autè hæc sordem ab-  
 tergere, & humorem siccare, atque ita impedimenta tollere, quæ carnem crea-  
 ri à naturâ non patiebantur. Nam, & si vlcus purum sit, assiduè tamen neces-  
 sariò, & madet, & aliquid fordis contrahit, quum sanguis in carnem degene-  
 rat . quamobrem, yt caro increseat , modicè siccantibus ac detergentibus est 10  
 opus. Ponit igitur principio herbam, quam *λαγώπυρον* appellat, quæ ( vt Her-  
 molaus censet) ea est, quæ dicitur à Galeno *λαγώπυρος*, hæc ita siccatur, vt fluen-  
 tem aluum supprimat, ob quam proprietatē aptissima est, vbi puro vlcere in-  
 crescere carnem oportet. Marrubium quidem valentius est, quàm vt sinat car-  
 nem produci, quum eius materiam absumat: sed frangitur adiecto oleo, quod  
 nimis lene est, quòdve per se vlcus sordidum reddit, ac si iungatur acriori me-  
 dicamento , adeò ipsum lenit , vt ad implendum vlcus accommodetur, quod  
 euenit ærugini æris, quâ Galenus iungit cum cerato liquido, duodecim partes  
 huius, decimam tertiam illius accipiens: interdum tamen paulò plus æruginis,  
 interdum paulo minùs immiscet, prout requirit natura ægrotantis : ergo sicut 20  
 ærugo ad carnem producendam cum cera & oleo miscetur , ita & marrubij  
 folia, quæ vehementiora sunt, nec fieri carnem sinunt : si oleo temperentur,  
 vbi caro producenda sit, maximè aptantur. Addèdum autem modò plus olei,  
 modò minus, prout qui curatur, robusti sunt, aut naturâ molliores. Aliud me-  
 dicamentum accipit ficum siccam, quæ aliquanto minùs quàm mel detergit,  
 & quia quàm siccissima sumitur, modicè siccare potest , ac propterea ad pro-  
 ducendam carnem pertinet. Lini semen, si tostum admoueat, moderatè item  
 siccatur, atque hoc nomine ipsum quoque ad rem facit. Addit aquam, quæ qui-  
 dem aliena est, & à Galeno in emplastri compositione rejicitur . nec est quod  
 eâ dicas lini semen, & ficum siccam temperari, quadoquidem horum vis me-  
 diocritatē non exuperat: vereor magis ne locus sit mendosus: præsertim quia 30  
 fici pondus præterijt, quod aquæ & lini proposuerat.

- » Aliud, Ficus sicca, floris æris contriti paulum, fici succus. Tum ficus sicca,  
 » Chamæleon niger, fel bubulum aridum, cætera eadem . Arida verò na-  
 » sturtium cōtritum crudum, irio, pari pondere miscentur: item ficus sicca, par-  
 » tes duæ, lini seminis tantundem ex succo ficus. Vbi autem alicuius talis me-  
 » dicamenti vsus requiritur, pannus aceto madens superimponitur, dein super-  
 » iniecta spongia paulo arctius alligatur. Quòd si, quæ iuxta sunt, inflammatio-  
 » ne teneantur, illinito quodcunque opportunum videbitur.

Quæ hac oratione recensentur medicamenta, quum detergere valèter pos- 40  
 sint, pertinent ad vlcera sordida, quum hebetem ac putrem carnem siccare &  
 detrahare oportet. ficus quidem sicca ad modicè siccandum ac detergentium  
 valet: sed mixta cum flore æris & succo ficus, quæ non mediocriter exedunt,  
 eorum acrimoniam paulū remittit, sicuti fellis in alterâ compositione, quum  
 ficum siccam chamæleontem nigrum ac fel bubulum inter se miscet . Cætera  
 eadem sumit, id est, succum ficus, quo arida hæc excipiatur, veluti quæ pro-  
 ximè proposuit. Quod subiicitur aridū est, & puluis per se, neque vllō liquore  
 excipitur:

- 1 excipitur: habet enim nasturtium contritum & irionem, quæ pari pondere miscentur. Nasturtium acre est, & similiter irio, quod ἐγθρημωυ græcè appellatur, cui Galenus eandem, quam nasturtio, vim tribuit, quòve vtitur ad vlcera, quæ ægrè cicatricè recipiunt: sed hæc mixtura non æquè vehemens est, atq; ea, quæ bubulum fel vel æris florem habet. Quod sequitur, nisi ex succo ficus dilueretur, nullam exedendi vim haberet. Timet autè, ne sub propositis medicamentis inflammatio exciteretur, quam prohibet superiniiciens pannos ἐξήκως, hoc est, aceto madètes: nam & ὀνηκὼς eos appellare solet, quos vino madefacit. Sic igitur locum ab inflàmatione defendit, pannum aceto madentem imponit, & super
- 10 spongiam iniicit: Galenus verò in curatione vlceris maligni, quùm acria medicamenta induceret, linteum siccū admouit, dein spongiam aquà madètem, seu vino, quod similiter repellit: quamuis acetū valentiùs sicceret, ex quo expressam spongiam superdari iussit Heraclides, quùm vlcera exedentibus curarentur, sed quia ne sic quidè inhibere interdum licet, quo minùs inflammatio in adiunctis partibus subsequatur, præcipit, vt tunc id medicamētum illinamus, quod opportunū esse videatur. Docet autè Galenus ad hūc vsum, emplastrum diachalciteos dilutū ex oleo adstringēte, vtpote myrrino. Addit etiam vinculum, quo inflàmationē reprimat: circumdari enim binas fascias iubet eo modo, quo retulit Hippocrates in primo de fracturis, vt vtrinq; humores ad superiorem
- 20 atq; inferiorem membri partem repellātur. Id cōtingit, quùm prior fascia sursum fertur, altera deorsum primo, dein sursum reuersa eadē regione, quā prior, finitur: has autè resolvere tertio quoq; die cōuenit, & eo tēpore intueri proximas partes, videreq; num inflàmatione vexētur, & cōmoda præsidia adhibere.
- » Si velis liquido vti, caricum medicamentū inungito, atq; ad eandem rationem, qua prius scriptū est, alligato: componitur autè ex veratro nigro, sandarachâ, squamâ, plumbo eloto abundè, sulphure, auripigmēto, cātharidibus, quibus inter se mixtis, vbicunque opus fuerit, vtitur ex cedrino oleo dilutis: dein vbi satis diu illitum medicamentū manserit, sum moueto: & arum coctū
- » contusum inijecto, vel aridum contritum ac melle exceptum. at si carico opus
- 30 sit arido, ab his abstinebis. Proficit autè aridum ex solo veratro & sandaracha.

Adscribit deinde aliam mixturam ad carnem exedendam, quam Caricon appellat. Differunt autem pharicon & caricon, hoc siquidem componitur ab Hippocrate, illud simplex est. Caricon igitur & liquidum & aridum, vtrūque valenter carnem detrahit: quare, vbi siue q; putris, siue q; callosa sit, absumere hanc oporteat, expeditissimū est. Veratrū enim callum detrahit, & præsertim nigrum, quod nunc accepit, quòdve (auctore Galeno) calidius est. Sandaracha non modo detergit, sed etiam adurit. Squama, scilicet æris, ea enim efficacior est, & magis frequentata, carnē similiter absumit. Sulphur extrahēdi ac detergendi vim habet, ita vt vim ad hanc mixturā conferat. Auripigmētum, quod

40 græcè ἀργυρον dicitur, adurit: scribit autè attico more Hippocrates ἀρρενικὴ pro ἀργυρον. Cantharides exulcerare nemo dubitat. Plumbū elotum, quod, vt metāllica solent, antea vrendū existimo, aliorum acrimoniam paulū remittit: hæc inter se mixta liquātur cedrino oleo, hoc est, cedri lachryma, quæ similiter carnē cōsumit. Quum satis carnis sub hoc medicamento absumptū esse videatur, remouendū est: dein, quia detracta caro in saniem ac sordem cōuersa est, purgandum vlcus: quod fieri iubet aro iniecto vel incocto & cōtuso, vel arido cōtrito ac melle excepto. Sed caricū etiam inducere aridum licet, tuncq; aro vt



non oportet: quia si aridum detur, pulvis qui carnem absumet: plagam quæ purgabit, & saniem detrahet. Constat autem aridum caricon ex solo veratro & sandarachâ, quorum vires satis sunt in superioribus expositæ.

» **A**liud liquidū, herba cuius folia, ari naturā habent, sed alba sunt ac lanuginæ obducta, & magnitudinē æquant soliorū hederæ. hæc inquā herba ex vino illinitur, aut quod trunco ilicis inhæret, ex vino cōteritur atq; imponitur.

Liquidum medicamentum, quod apponitur, vtrunque repellendū vim habet. proximè autem subijcitur exedentibus, vt quam hæc concitant inflammationem, eo cōercere possimus. Herba, quam describit, nō alia est, quā tussilago, quæ græcè *Βήχιοι* appellatur: nam hæc & ari naturam habet, quamvis paulo imbecillior sit, & folia magnitudinis hederæ alba, ac lanugine obducta: eādem ad luxata & vlcera simul ex vino nigro austero dilutā adhibuit, vt inflammationem repelleret. viridem verò accipiendā esse ita manifestum est, vt expositionem non desideret. Quod verò trunco ilicis inhæret, muscum intelligo, græcè *Βήλιον* appellatur, quod & vim adstringēdi habet, & frigidum est, quamvis non multum à mediā temperatione recedat.

» **A**liud. succus vuarū acerbæ, acetum quā acerrimum, flos aris, nitrum, succus caprifici. In succum verò vuarū acerbæ alumen quoque conijcito benè contritum, & in vase ex rubro ære in sole dimoueto, atq; vbi satis habere crassitudinis iudices, demito.

Constat medicamētum hoc præstanter admodum siccare, sed, quū partim acetum, vuarū acerbam, & alumen accipiat, quæ valdè repellunt: partim florem aris, nitrum, & succum caprifici, quæ detergere validissimè possunt: incertum est, quorsum id tradat, nisi fortasse dixeris ad ea vlcera pertinere, quæ sordida sunt, & simul inflammatione periclitantur.

» **A**Rida hæc exedunt. Veratrum nigrum quā optimè tritum aspergitur, donec humidi aliquid se ostēdat atque exesi: vincitur autem eodem modo, quo emplastra. Aliud simile, Salis grana q̄ siccissima paris magnitudinis, non vasta in ollam vel æneam, vel fictilem nouam conijciuntur, & super salem mellis quā optimi tantum infunditur, quātum coniectes esse duplū salis. post hæc olla super prunas imponitur, contineturq; dum totum id vratur: tum vlcere prius spongiā deterfo ac purgato, vt supra ostensum est, alligatur ac paulò etiam arctius. postridiè quā non videatur admissum medicamētum inspergitur, cōpressumque deuincitur: vbi subtrahete id volueris, calido aceto perfundito, donec abducatur, ac rursus eadem facito, si opus est, spongiā detergens.

» Præter Caricon, quod suprā ad carnem exedendam posuit, alia subdit, quæ eundem vsum præstant, quanquā quod nos interpretamur exedunt, græcè legitur *ἐνριμα*, quod verbum (vt aliās ostensum est) glutinātia notat, quæ cruentis vulneribus protinus injiciuntur, sed locus est proculdubio mendosus: tātum enim absunt hæc ab his, quæ cruenta vulnera glutinant, vt nihil illis magis possit esse contrariū: siquidem exedunt & excuāt, quamobrem *νεμόμενα* potius legendū, hoc est, vorantia & exedentia. eiusmodi enim sunt, quæ nunc prodidit, quam sententiā comprobatur, quod ipse de vfu veratri subdit, his verbis. [*ἐὰν ἂν τῇ τῷ ὕγρῳ ἐνελθῇ καὶ νεμόμενα*.] hoc est, donec humidi aliquid se ostēdat atque exesi. sicut enim, quū de medicamēti effectu loquitur, habet *νεμόμενα*: itā, quū in descriptionē apponit, credibile est, nō *ἐνριμα*, sed *νεμόμενα*, id est, exedentia legendū esse: tum ab vno verbo labi ad alterū facile est. Veratrū nigrum (vt antè ostensum est)



1 sum est) carnem absumit: inspergitur autem in puluerem redactū, & quoad  
carnis aliquid liquauerit, inspersum relinquitur, deinde summoetur: atque,  
vbi non satis carnis absumpserit, iterum inducitur, quod Hippocrates in se-  
quēti medicamēto præcepit. Vincitur autē eo modo, quo emplastra, hoc est,  
superiniicitur pannus multiplex, aut madens spongia arctius alligatur: quod  
paulò suprà inssit, quum de exedentibus loqueretur. cōsiliū enim eò dire-  
xit, vt inflammationem, quæ tunc superuenire solet, coërceret. Quod fit ex  
sale & melle vstis valet similiter ad absumendam carnem. iussit autem vt eo-  
dem modo, scilicet, pāno madēte & spongiā superdatis vinciretur, sed pau-  
10 lō arctius, quo magis impellatur eius vis, hoc, quia ægrè subtrahitur, aceto  
calido perfūdatur, vt id omne, quod inhæsit, abducatur: quòd si vltà exede-  
re necessarium sit, idem adhibet, sed antè spongiā plagā detergit, vt id omne  
sordis ac sanie, quod iam contractum est, adimatur: alioquin exedi caro nō  
posset, quæ non medicamento, sed sanie proxima contingeretur.

2 „ **A**liud aridum mordēs ad humida ac putria. Inspergatur mysi in tenuif-  
sum pollinem redactum, vel flos aris non ex toto contritus. Aliud  
„ aridum similiter mordēs, vlcere per spongiā deterfo lanā admodum suc-  
„ cidā in testā vitior, tedā admotā dum tota cōburatur, hæc benè contrita re-  
„ spargatur, atque eādē ratione alligetur. Aliud aridum ad eadem vlcera:  
20 „ chamæleon niger, alumen ex succo ficus dilutū: dilui autem debet vstum, &  
„ cum anchusā misceri. Inspergatur item anagallis, alumen Ægyptium, or-  
„ chomenium.

Quæ carnem exedunt, tam illi aptantur, quæ in vlceribus supercrescit,  
quàm illi, quæ, quòd putris ac hebes sit, detrahenda est. Huius generis com-  
plices facultates posuit. Sed quid est, quod hîc adiungit [mordēs,] quod in  
superioribus non fecerat? an quia hæc magis sensum mordentium excitēt?  
Mysi, quum leuiter superdatur, cicatricem inducit: idē (teste Galeno) si co-  
piofius aspergatur, detrahit carnem. Lana verò succida vsta, maximè digē-  
rens, siciffima ac tenuiorum partium redditur & acris, itā vt carnem ce-  
30 lerrimè liquet. Vtendi modum docuit Galenus, qui hâc ollam nouam im-  
plet, atque operculo tegit multis foraminibus distincto. Ex anchusā verò su-  
mendā radicem existimo, atque eius præsertim, quæ onoclia & alcibiadia  
nuncupatur, quæ efficacius quàm alia siccat & detergit. Idem præstat ana-  
gallis. Sed orchomenion, quod postremò posuit, vix animo cōcipitur, quid  
sibi velit. Theophrastus quidem quarto libro de historiā plantarum, memi-  
nit lacus orchomenij, vbi multas fieri arbores humiles affirmat. idem lacus  
tam ab Aristotēle, quàm à Strabone Copais nominatur: in eo Plinius copio-  
se nasci adarcam scribit, quam verisimile est nunc Hippocratem intelligere,  
siquidem vehemens est & acris.

40 „ **A**D vlcera, quæ exeduntur: alumen & Ægyptium vstum & melinum:  
sed antè nitrum vstum infricetur, & spongiā detergatur. tum chalcitis,  
„ alumen vstum: vratur autem, dum candens fiat.

Vlcera, quæ exeduntur, qualia esse diximus herpes, & phagedænas,  
Hippocrates appellare solet *νομῶς*. Hæc quum putri carne contineantur, re-  
quirunt valida præsidia, quibus id omne, quod putre est, siccet ac detra-  
hatur. Ad hæc pertinent permulta ex his, quæ hætenus enarrata sunt, & in-

super quod hîc ponitur ex alumine Ægyptio vîto & melino : nitro autem r  
perfricari antea locum voluit, vt putris caro, quæ per id erosa fuit, alumine  
postea facilius absumatur. Idem proficit chalcitis, siue sit species aluminis,  
(vt placet Hermolao Barbaro) siue intelligamus metallicum aliud per se,  
quod d' propriè chalcitis nominatur, hæc autem leuiter inpersa, cicatricem  
inducit : sed si copiosè imponatur, carnem detrahit, quod Galenus ait, non  
modò chalcitidi, sed mysi etiam accidere.

» **A**D vlcera diutina, in priori parte cruris, quæ sanguine suffunduntur, &  
» nigrescunt, flos fertulæ campanæ cõteritur, & melle exceptus illinitur,  
Vlcera tunc diuturna fiunt, quum vel homo alienâ victus ratione vitur, 10  
vel vlcerata pars iam vitium contraxit, & succos recipit aliundè fluentes:  
facile autem ad crura concurrunt, quum inferiora sint, & ab alijs partibus  
dependeant, quod potissimum incidit, si vlcerato crure ambuletur aut ste-  
tur, quod cauit in principio libri, ne fieret. Hac igitur de causâ diutina vlce-  
ra crurum, sanguine implètur, qui sponte alioquin ad inferiores partes de-  
scendit : nigrescunt autem, quod ille partis vitio corrumpatur. Eiusmodi  
autem reddi vlcera crurum passim videmus, in quo casu detergere partim,  
partim concoquere aut discutere, vitiosum sanguinem expedit, quæ com-  
modè efficit proposita compositio : mel siquidem detergendo est : flos fer-  
tulæ campanæ, & concoquere potest & digerere. 20

» **A**D neruos præcisos alligare oportet agrestis myrti radicem contusam,  
» & per cribrum traictâ, oleo respersam, vel herbam quinqüefolium al-  
» bum, ac lanugine obductum, quod magis procerum est, q̃ nigrum quinqüe-  
» folium, conteritur hoc, atque oleo dilutum alligatur, ac tertio die resoluitur.

Per ea conuenit neruorum vulneribus mederi, quæ valenter quidem sic-  
cant, sed citra omnem morsum. id facit puluis myrti agrestis, qui, etsi vali-  
dam siccandi vim habeat, quum oleo temperetur, afferre mordentium sen-  
sum non potest. Eadem est ratio quinqüefolij : id autem quod describitur  
album differt à nigro, quod magis attollatur à terrâ. Ruellius hoc id esse  
existimat, quod vulgò tormentillam vocant, quanuis hæc folia septem ha- 30  
beat, non quinqüe.

» **M**edicamenta lenia, quæ & decoras cicatrices inducunt, hyeme autem  
» magis admouenda sunt, quàm æstate. Scillæ interior pars glutinosa  
» contunditur: aut picea cum adipe suillâ recenti, olei paululum, resinæ simi-  
» liter ac cerussæ: tum adeps anserina & suilla recens, scillæ atque olei exigua  
» pars. Cera quàm albissima : adeps recens curata. Aut scilla, oleum album, &  
» resinæ paulum. Cera, adeps suilla recēs ac vetus, oleum, ærugo æris, scilla &  
» resina: accipiat autem dimidio minùs recentis adipis, quàm vetustæ: alio-  
» rum verò quantum opportunum videbitur. Adeps recens liquari debet, &  
» in alteram ollam transmitti, cui adiiciendum est, plumbi recrementum dili- 40  
» genter contritum, & per cribrum traiectum. ferueat autem ac primò dimo-  
» ueatur: tum vsque eò incoquatur, dum extracta inde gutta indurescat : dein  
» remotâ ollâ omnia transfundantur præter id, quod subsidet in speciem la-  
» pidis, quod resinâ adiectâ dimouendum est, & vbi detrahitur ab igne cum  
» exigua cedrini olei parte miscendum. Cuncta autem lenia, quæ resinam ac-  
» cipiunt, necesse est, quum ab igne recipiuntur, dum adhuc calida sunt, ad-  
iunctâ

DE V L C E R I B V S.

37

1 iunctâ refinâ agitentur. Aliud, Adeps suilla vetus cera, atque oleum : arida  
 „ verò, loti scobis partes duæ, thuris pars vna, tantundē adipis recentis. Aliud,  
 „ Adeps suilla vetusta duntaxat, & cum hac caprina recens, quæ exemptis  
 „ membranulis curetur, & in minimas partes teratur, vel benè contunda-  
 „ tur. infundi item debet oleum & plumbi recrementum inspergi cum di-  
 „ midio minori portione loti scobis. Aliud, adeps caprina, spodium, chalcit-  
 „ tis, cyaneus, oleum.

Anteà edixit, ne lenia medicamenta, cuiusmodi oleum est, cera, adeps,  
 & resina vlcerebus imponerentur, nisi iam ad sanitatem intenderent. quor-  
 10 sum verò tunc dari debeant, nunc exponit, quum his ad faciendam pul-  
 chram cicatricem vitur : sæpius enim euenit, vt hæc crassa fiat, vel scabra  
 callosa & aspera, ita vt locum turpem exhibeat, quod malum per ea sum-  
 mouet, quæ tum discutiant, tum relaxent, molliant, ac detergant, quem ef-  
 fectum præstant eius generis medicamenta. Mollit quidem adeps, si recens  
 accipiat, si vetus, magis discutit. Cæterum suilla adeps frigidior est : an-  
 ferina tenuiores partes habet, & altius penetrat : caprina calore præstat &  
 siccitate : oleum similiter quum recens est, magis mollit : quum vetus dis-  
 cutit, & diuturna vlcera ad cicatricem perducit, cuius rei non modò Gale-  
 nus, sed Archigenes quoq; auctor est, qui diuturna vlcera vetustissimo oleo  
 20 ad cicatricem perducebat. Picea mollit & concoquit, similiter resina tere-  
 binthina videlicet, quæ præstantissima est : scilla mollit ac discutit : cera me-  
 diam naturam habet, & nihil præcipuum efficit, aliquam tamen ex mel-  
 le digerendi vim retinet : quòd si abluatur ita vt alba sit, tantum viribus de-  
 trahetur, quantum albedinis comparabitur : cerussa & lenire & refrigerare  
 potest. Non multum dissimile est plumbi recrementum, quum simile sit ar-  
 genti spumæ, illo interposito discrimine, quòd crassius est & frigidius :  
 spodium & loti scobes reprimunt, quibus vitur mixtis, vt vim caprinæ  
 adipis remittat. Chalcitis (vt paulò suprà dictum est) si copiosè iniiciatur,  
 vitur : alioquin valet ad cicatricem inducendam. Cyaneus, lapis videlicet, tan-  
 30 tam detergendi facultatem habet, vt carnem possit detrahare, quod facit  
 etiam alcyonium, quod fortasse pro cyaneo legendum fuit. Hæc de simpli-  
 cibus, ex quibus propositæ mixturæ fiunt. licet autem ex his colligere, quem  
 vsum, quæque confectio præstet, & quando rectè admoueat.

A D V S T A.

„ I Licis radices teneras incoquito, quarum corticem, si maximè crassus sit,  
 „ & viridis, in minutas partes incidito, ac vinum album infundito, dein ad  
 „ lenem ignè incoquito, dum satis habere crassitudinis videatur, vt illini pos-  
 40 sit : licet autem eodem modo aquam infundere. Aliud, quod non mordet.  
 „ Vetus adeps suilla per se supra liquetur per radicem scillæ diuisam, superin-  
 „ iectam, atq; alligatam. postridie locus madefiat. Adeps suilla vetus liquetur,  
 „ misceaturque cum cerâ, oleo, thure, loti scobe, ac rubricâ, atque ea mixtura  
 „ inungatur. Vtiliter etiam alligantur ari folia imposita ex vino atque oleo  
 „ decocta. Aliud, Postquàm receti adipe suillâ inunxeris asphodeli radices ex



» vino contritas mollitâsque, illinito. Aliud, Suillam adipem vetustam cum re-  
 » sina ac bitumine misceto, & linteolo excipito, tum igne calefaciens induci-  
 » to ac deuincito.

Adustorum nunc remedia persequitur, quos appellat πυγιδύσους. eo vocabulo Galenus illos etiâ notari ait, qui aquâ calidâ vruntur, ita ut quacunq; de causâ & quâuis re quis aduratur πυγιδύσους vocetur. Si quis autem vsum eorum, quæ Hippocrates prodidit, comprehendere diligenter voluerit, curationis rationem inuestiget, quam præcipuè mali conditio indicat. Constat igitur in his, quæ aduruntur, solui quod solidum, continuum, & perpetuum erat, & idcirco fieri vlcus, quod in causa est, quamobrem in hoc opere, quod de vlcerebus est, inferantur. Sed extra vlcus est etiam calor præter naturam, quem adusta particula contrahit: hic autem inflammationem & dolorem concitat ac pustulas, quibus augetur vlcus. Necessè est itaque initio calorem hunc restinguere, & ne inflammatio superueniat, nève pustulæ oriantur, ut repellentibus: quo facto, quum nulla adhuc suspicio restet, ad vlcis curationem veniendum per ea, quæ siccant ac detergât, neque vllum morsum inferant, non calefaciât non refrigeret. vlcus enim cauum restat, quod impleri debet, quâdoquidem crusta ipsa resoluitur, emoriturq; omne id, quod adustum est: postulat ergo quæ carnem alant, quum ferè purum sit, nec per ea, quæ valenter detergant, purgari desideret. abundè enim est modicè detergētia, ac citra omnem morsum siccantia adhibere, quæ non solum ad producendam carnem conferent, sed etiam ad resoluendam crustam, quam decidere necessè est, & quum emortua sit, separari ab eâ parte, quæ viuit. fit autem hoc eo celerius, quo producta caro celerius subit, & crustam expellit, quòve celerius succrescit quod adustum est. Nam (ut ostensum est in libro de vulneribus capitis) quod emoritur, seiuigitur ab eo quod viuit, quia siccatur: humidum enim est, quod viuit. crusta igitur citius cadet, si dentur medicamenta, quæ siccant: nam sic partim expelletur à carne, quæ creabitur: partim per se recedet exiccata. Cæterum abstinere ab acris ac mordentibus oportet, & mitiora inducere, quod Hippocrates alibi quoque testatur. Vlcerata enim & fracta lenibus medicamentis nutrienda inquit, non secus atque adusta. Sub acris verendum est, ne locus ob præcedentem affectum exasperetur. Hæc ratio curandi, quam rei natura demonstrauit, ex Galeno etiam colligitur, qui Samiam vel Chiam terram ex poscâ vel aceto non ita acris dilutam inter initia adhibet: ad quem vsum probat, & ouum, vel totum vel album duntaxat lanâ exceptum atque impositum: probat item diachalciteos ex aceto liquatum, quamuis hæc confectionem, quum varias facultates habeat, non solum inter initia, sed per vniuersam curationem esse vtilem doceat: at quum pustulæ non amplius timeantur, siccandum esse ait, & sine morfu, frigore, vel calore detergendum: quo tempore eandem terram, imponi iubet, non tamè ex aceto ut antea, quum neq; repellere velit, neque calorè extinguere. His ita constitutis apparet idem fuisse Hippocratis cõsiliu, quum primo teneram ilicis radicem ex vino albo, vel aquâ incoctam tradat, quæ refrigerare potest ac repellere: dein complura medicamenta persequatur, quæ detergant ac siccant sine morfu, cuius rei quàm maximè necessariæ nos cõmonefacit, quum dixit [quod non mor-  
 det] neq;

1 det ] neque obstat, quod ex simplicibus, quæ sumuntur, nonnulla calidiora sint & mordeant: frangit enim eorum acrimoniam adipe adiunctâ. Illud verò meminisse oportet, quòd Hippocrates plures adscribit cõpositiones, cum vt vbique præsto sit quo vtamur, tum vt id eligi possit, quod cuique naturæ conueniat: nam vt eodem spectent, alia tamen vehementiora sunt, alia imbecilliora, atq; hæc teneris corporibus accommodantur, illa durioribus. Facile autem compositionis effectum intelliges, si vim simplicium attendas, quam maximâ ex parte indicauimus: neque enim omnia vbique inculcanda sunt.

10 **V**bi vlcus in dorso, siue ex ictu, siue alioquin oriatur, scillam coquere oportet, & contritam ac linteolo illitam deuincire: dein caprinam adipem & suillam recentem, spodium, oleum, ac thus inungere.

Quia dorsum siccum est, & continetur neruis plurimis, qui sensus acioris sunt, quacunque de causâ vulneretur, sicciora medicamenta exigit, & quæ dolorem non inferant: igitur, quum scilla imposita fuit, si quid exasperatum est, lenitur altero medicamento, quod siccandi etiam facultatem habet.

11 **P**edum tumores siue sponte, siue alioquin oriantur, si & ipsi & inflammatio nihil sub cataplasmate desidât, tum vbi super parte sanâ spongiam, aut lanam, aut quid aliud deuinxeris, si tumor atque inflammatio reuertatur, à venis prouenit, quæ sanguinem fundunt, vbi collisum in causâ non sit. eadem ratio est, quum id quauis aliâ parte corporis accidit.

20 Non solum vlcera, quæ aliunde proueniunt, curationem ponit, sed eorum quoque quæ à medico fiunt. Eius generis sunt, quæ in tumoris ac varicis sectione à chirurgo accipi necesse est, tum quæ fiunt in cucurbitulâ defigendâ, & in sanguinis detractione. hæc omnia in fine huius libri exequitur. Tumoris autem & varicis curatio alio nomine etiam vlcerebus inferitur, quoniam vbi hæc iuxta sint, sanescere plagam non sinunt. De huiusmodi autem affectibus supra etiam tractauit. Tumor ergo propositis medicamentis interdum non cedit, sed manus operam desiderat, quam nunc adscribit, vbi non tantum persequitur tumores, qui vlcerebus superueniunt, sed illos, qui sponte citra omnem vlcerebus occasionem nascuntur, quum iisdem præsidij tollantur.

30 Primò autem causam indicat, cur neque tumor neque inflammatio à cataplasmate remittantur, cur item redeant, quum antea decesserint. propterea quòd spongia seu lana, seu quid aliud, puta duplex aut triplex pannus super sanâ parte fuerit alligatum. Constat enim, vbi tumor ad membri extremitatem se recipiat, si quid ad superiorem partem, quæ sana est, vinciatur, repelli humores ita, vt ultra ad imum locum non confluant: præsertim vbi quod imponitur poscâ vel liquore aliquo ex reprimientibus madeat. Quòd si tumor atq; inflammatio, vbi hac viâ defecerint, reuertantur, causatur venas sanguinem fundentes: hinc enim efficitur, vt quum iam hæc destiterint, reuertâtur: quum 40 adsunt, nihil cataplasmati cedant: succi enim, qui assidue à venis eunt, rursus in eadem parte recipiuntur: adeò, vt si quid materiæ à medicamento discutiatur, alia protinus in eius locum concitetur. Requirit igitur causam, vt curâdi ratione inueniat, hanc esse credit sanguinis fluxum, nisi vbi collisum sit, quoniam, & si venæ nihil sanguinis fundant, caro vbi collisa est, tumorem atque inflammationem mouet, nisi vertatur in pus & tabescat, quemadmodum in superioribus enarrauit. Verum quia non solum pedibus, in quibus id frequentissi-



munum est: sed alijs quoque partibus potest tumor atque inflammatio eodem modo superuenire, idcirco subdit, [eadem ratio est, quum id quauis aliâ parte corporis accidit] ad eandem enim causam refertur.

» Sed mittere sanguinem oportet potissimum ex venis, vnde profluit, si cō-  
 » spiciuæ sint: alioquin scalpello tumor altè exasperandus est, ac plurimis lo-  
 » cis: id, quod agendum est, quodcunque aliud scalpello exasperetur. debet au-  
 » tem ferramentum quàm acutissimum esse, ac tenuissimum. Detracto sangui-  
 » ne per specillum comprimito, leniter tamen ne locus collidatur: tum acri ace-  
 » to perfundito, ne in partibus scalpello exasperatis, concreti sanguinis aliquid  
 » relinquantur, inijciturque medicamentum, quod cruentis vulneribus accom- 10  
 » modetur, superque lanam mollem ac benè carptâ deuinciens, vino atque oleo  
 » respergens. Sublimis autem habendus est locus, qui expertus scalpellum fuit,  
 » ac minimè deuexus: neque vlllo modo madefaciendus est. Ad hæc, in ediam  
 » imperare conuenit, & aquam potui præstare. Vinculo resoluta, si locus inflam-  
 » matione teneatur, cataplasma imponendum est ex vitice ac lini semine. sed si  
 » exulceratus sit, & fistulas contraxerit, figuram intueri debes, dein cætera, vt res  
 » postulat curare.

Quum tumori cataplasmata non proficiunt, causam adimere conatur, eam nihil aliud esse demonstrat, quàm sanguinem effusum à venis. ideò, aut ve-  
 nam secat, vnde fluit eiusmodi sanguis: aut si non appareat, tumorem ipsum 20  
 scalpello crebris locis incidit, vt sanguis educatur, qui sub cataplasmate discu-  
 ti non potuit, neque vltra tumor excitetur. Quod præceptum rationi minimè  
 consentaneum videtur: scalpello enim attingi tumor non debet, nisi suppu-  
 rauerit, quum periculum sit, ne maiori impetu materia in affectam sedè erum-  
 pat, sicque tumor augeatur, quem iam ostendit eruptione sanguinis concitari.  
 Sed hunc instantiæ facillè occurremus, si eam esse Hippocratis mentem con-  
 stituamus, vt scalpellum opportunè velit adhiberi: tunc autem opportunè ad-  
 hibetur, quum antè inutiles succi exhauriuntur, vel detracto sanguine, vel pur-  
 gato corpore per deiectionem seu vomitum, prout magis expedit. quod in su-  
 perioribus docuit, quum de erysipela loqueretur: quam sententiam compro- 30  
 bat Galenus in quarto de compositione medicamentorum generationem ad mor-  
 bos attinentiū, qui in eiusmodi tumore, antè sanguinem mittit, aut purgatio-  
 ne vititur, dein transfit ad hanc affectæ partis curationem: sic enim, quum cor-  
 pus purum sit, nullum manet periculum, ne admoto scalpello sanguis amplius  
 irrumpat. atque hoc tempore idonea deriuatio est, quam in libro de succis  
 παραχέτευσις appellat, cū vel affecta pars, vel certè quæ proxima est, aperitur, vt  
 Galenus de sententiâ Hippocratis tradidit. quemadmodum offenso oculo,  
 quum vena quæ in eius angulo, & in anginâ ea, quæ sub linguâ est, inciditur,  
 vbi ferramento attingere laborantem particulam non licet. Hæc si in memo-  
 riam redeant, patebit constâtissimè ac rectè Hippocratem iussisse, vt vena se- 40  
 cetur, quæ sanguinem fundit, atq; vbi hæc non se ostendat, incidatur tumor.  
 Constituit enim materiam, quæ iam recepta est in venis, iuxta tumorem ex-  
 haurire, ne hic vltra oriatur aut increseat: quamobrem aperire eas conuenit:  
 & vbi conspicuæ nō sint, ipsum tumorem: quoniam sic id omne euadet, quod  
 iuxta collectum erat, & cū corpus purum antea redditum fuerit, & erum-  
 pere humor desierit, nulla restabit suspicio, ne locus iterum succis confluenti-  
 bus distendatur. Præcipit autem vt ferramentum tenuissimum sit & acutissi-  
 mum



1 mum, atque altè detuittatur, id, quod crebris locis fieri voluit, vt sanguis ille  
 vniuersus, non modò ex cute, sed ex altioribus quoque partibus educatur, ne-  
 que lata plaga sit, vt postea non magno negotio sanetur. quod perpetuum  
 esse affirmat, quicquid scalpello eadem causa exasperetur, vt sanguis detraha-  
 tur. nam alioquin, licet scalpellum etiam in summam partem duntaxat de-  
 mittere: quod ipse fecit in fractura calcis, quum inflammationem timet: vbi  
 cutem quæ in calce est, vt relaxetur, incidit, pluribus lineis scalpello in su-  
 perficie ductis & non altè. Ergo quoties demendi sanguinis causâ hoc præ-  
 fidium adhibetur, altè demitti ferramentum debet: quod non modò acci-  
 10 dit in tumore nunc proposito, qui cataplasmati non cedit, sed etiam quum in-  
 ter initia adeò augetur, vt nimis inflammata partem distendat, quem Ga-  
 lenus præcepit crebris sectionibus incidi, quibus superans materia aliquâ ex  
 parte posset euadere. Potest etiam auertendi causâ pro venæ sectione con-  
 traria pars varijs locis scalpello exasperari. Hæc quum incidunt, seruandum  
 est, quod ab Hippocrate narratur, vt crebris locis atque altè ferramentum de-  
 mittatur. Sectione adhibita, eandem ferè plagæ curationem prodit, quam in-  
 fra, quum de cucurbitulâ agit, vt ibi etiam patebit: ne quid enim concreti san-  
 guinis relinquatur, locum antè specillo exprimit eâ moderatione, ne suffun-  
 datur sanguine collidaturque: deinde aceto perfundit: quod post eruptionem  
 20 sanguinis ab aliquâ parte discutere potest, si quid in ea retineatur. quamob-  
 rem quum aliquid exciditur ex ossè caluariæ instillatur super cerebri mem-  
 branâ: ad eundem vsum poscâ à Galeno illis potui datur, qui ex pulmone san-  
 guinem expuunt. perfuso aceto aliquod medicamentum imponit ex ijs, quæ  
 protinus cruentis vulneribus iniiciuntur, cuiusmodi facultates abundè, suprà  
 indicauit. Perpetuum autem est, quæcunq; pars aperiatur, prohibere, ne post-  
 quàm id humoris demptum est, quod opus fuit, alius ad eam concurrat, quod  
 facile fit, quum eò partim iam fluere cœperit, partim dolore concitetur: quum  
 nunquam vel sanguis, vel alius humor tam exhauriatur, quin in corpore etiam  
 puro materia supersit, quæ tunc ad eum locum feratur: hoc ne incidat, cauet  
 30 duplici viâ: primò lanam succidam benè carptam, ne scilicet tactu lædat, oleo  
 ac vino respersam alligat, quâ & lenitur dolor, & concurrens humor repelli-  
 tur: eadem vitur ad vlcera simul & luxata. deinde membrum ità collocat,  
 vt sursum spectet: quod enim inclinatum est ac deuexum, plurimùm humo-  
 ris fluxui patet. Vbiq; autem, quum membrum læsum est, præcipit, vt supe-  
 rius habeatur: non tamen multo, sed paulò, vt ab ipso in opere de fracturis  
 monemur, quoniam alioquin dolor, & propterea inflammatio fieret. termi-  
 num posuit Galenus, qui vbi timet eruptionem sanguinis ex aliquo mem-  
 bro, haberi eatenus sublime voluit, ne doleat. Edicit item, ne locus madescat,  
 vtpote qui iam vlcera est: vlcera autem, vt principio demonstraui, ma-  
 40 desicientibus magis læduntur. Abstinencia similiter, & aquæ potio non aliò  
 euadunt, quàm vt corpus exhaustum reddatur, neque succi in affectam sedem  
 erumpant: cataplasma verò quod ad inflammationem subijcit ex vitice &  
 semine lini, facultatem habet discutiendi, vt in superioribus narrauimus, vbi  
 medicamenta hæc accepit. Est etiam interdum, quum sub hac medicinâ pla-  
 gæ non sanescunt, sed in fistulas vertuntur: tunc autem spectanda figura est,  
 vt appareat scilicet, rectæ ne, an tortuosæ sint, & in quam partem indere me-  
 dicamentum expediat: id quæ dandum, quod idoneum esse videatur, seu glu-

tinare opus sit, seu carne implere, aut cicatricem inducere.

» **V**arix autem ubi in crure est, seu euident sit, seu carne contineatur: crus ve-  
 » rò nigrescit, desiderareque videtur sanguinis detractione exauriri, locus  
 » scalpello exasperari non debet: nam ubi id committitur, vlcera ob fluxum ex  
 » varice plerunque ampliantur: sed ipse varix multis locis pungendus est, ubi  
 » opportunum existimetur.

Eadem ratione qua proximè egit de tumore, ad varicem nunc aggreditur:  
 vterque enim, quum scalpello curetur, ad vlcus spectat: vterque item, quum su-  
 per vlcus fuerit, nisi prius decesserit, id sanari non permittit, eandemque exi-  
 git curationem, siue per se oriatur, siue ad vlcus accesserit, ac siue in crure  
 aut pede versetur, in quibus frequentius incidere solet, siue in quauis alia cor-  
 poris parte: quamobrem quæ hîc traditur medicina non modò ad varicem  
 pertinet, qui vlceri iungitur, sed ad eum quoque, qui per se est. Est autem varix  
 genus quoddam tumoris venarum, quum crasso ac nigro sanguine distentæ  
 in toros assurgunt, quod maximè accidit in cruribus, ad quæ solet eiusmodi  
 sanguis suâ grauitate descendere, ac suo pte nutu ferri, deinde in testibus, post-  
 eà in alijs partibus corporis. Occupat autem varix modò summam cutem,  
 ita vt euident sit: modò altius descendit, & sub carnem penetrat: crus verò  
 nigrum redditur, quum varix (vt diximus) à nigro sanguine oriatur, vide-  
 turque exigere, vt sanguis ille detrahatur: quod monet Hippocrates ne fiat, 20  
 eo modo, quo suprà de tumore indicauit, hoc est, ne scalpello satis altis pla-  
 gis aperiatur, quia tunc sequitur, vt propter humorem, qui ex varice fertur,  
 vlcera amplientur & magna fiant: sed pro sectione præcipit, vt pluribus locis  
 perforetur, vtcunque opus sit, quo tempore scilicet vel quâ parte opportunum  
 videatur: sic enim effuso sanguine residet vena, & varix curatur. Antea ve-  
 rò purgandum esse vniuersum corpus, aut venam secandam commune præ-  
 ceptum est: & propriè ad hâc rem scribitur à Galeno in quarto libro de com-  
 positione medicamentorum generatim ad morbos attinentium, ubi varicibus  
 aliâ ratione medetur, quâdoquidem cum his venam excidit, quod facit etiam  
 in opere de ratione curandi: diuisâ enim cute, vena quæ dilatata est, duobus 30  
 locis per hamosprehenditur, & quod medium est, id omne exciditur, cum  
 eo tamen, vt laqueus vtrique varicis extremitati iniiciatur: quod Galenus iu-  
 bet, quum timet fluxum sanguinis ex venâ grandiori: sic enim nullum peri-  
 culum restat, ne varice secto hominem perfusus sanguis exauriat. Hæc cu-  
 randi via non solùm à Galeno frequentatur, sed ab his, qui ante Galeni tem-  
 pora fuerunt, vt patet ex Cornelio Celso, qui post hanc chirurgiam imperat,  
 vt glutinantia super dentur.

» **V**icunque vena secatur sanguine detractò & habenulâ resoluta, si sanguis  
 » non supprimitur, mittatur ex contrariâ parte, atque fluit, seu brachium  
 » sit, seu crus, vt retrocedat, sicque plus minúsve temporis iacens detineatur, at- 40  
 » que ita alligetur, ea animaduersione, nequid in sectione cōcreti sanguinis su-  
 » per sit: tum duplex pannus vino madens imponatur, & super lanâ lotâ atque  
 » oleo inunctâ. Nam si vehemens fuerit sanguinis eruptio, supprimitur: quòd  
 » si sanguis in sectione cōcrescat, & ita inflammetur, suppurare solet. Est autem  
 » mittendus, quum homo liberaliter aut parcius pransus fuerit, ac biberit, quum-  
 » que leuiter fuerit calefactus, calidiore die magis quàm frigidiore.

Observationes



- 1 Obseruationes docet in sanguinis missione necessarias: in primis autem quo pacto succurrere conueniat, quum sanguinem suppressere non possumus. Solemus enim, quum tantum misimus, quantum satis esse videatur: protinus habenulam resolvere, quâ membrum tres aut quatuor digitos super locum qui secatur, alligauimus, tuncq; sanguis suppressitur, neque ultra fertur, quod plarunq; accidit: id si minus contingat, docet quibus remedijs sistatur. proximum autem est sanguinem mittere à contrariâ parte atque fluit, seu brachium sit, seu crus: retrocedit enim, quum aliâ parte prorumpens, aliâ emittitur, desinitque fluere quâ volumus, alio dato itinere, quod est reme-
- 10 dium Hippocrati vsitatum, qui, quum mensium profluuium sistit, cucurbitulam quoque ad mammas desigit. Hoc sequitur Galenus in quinto de ratione curandi, vbi non solum ad contrariam partem, sanguinis eruptionem attrahit, sed ad proximam etiam deriuat, quamuis hoc videatur cum præcepto Hippocratis pugnare, qui materiam deriuari ad latus voluit, quum fluere desijt: dum fluit, trahi ad partem contrariam. Atqui alia ratio est, quum sanguis ad aliquam partem cõcurrentes in eâ retinetur, atque inflammationem concitat: alia quum effunditur, atque extra corpus fertur: in eo casu, si ad latus detinetur, ob viciniam partis periculum est, ne affectæ sedis inflammationem augeat: in hoc quoniam extra fertur, & integrâ parte secta vena est, nullum
- 20 eiusmodi periculum impendit, licetque innocenter perfusionem sanguinis ad proximam partem euocare, neque hoc à sententia Hippocratis abhorret, qui, quum in libro de succis deriuari ad vicinam regionem voluit humores, qui iam fluere destiterunt, non potuit alios intelligere, quàm qui partem aliquam distendunt. nam qui profusi sunt, nihil aliud requirunt: sed neque etiâ quum auertimus ad contraria, eadem seruari præcepta debent, vbi materia in aliqua parte recipitur, atque vbi effunditur: de illa edixit in sexto de morbis vulgaribus, ne perseueremus in præsidijs auertentibus, sed aliquo interposito spacio eadem iteremus, quandoquidem natura non assidue expellit, quod molestum est, nisi tanta etiam copia cogatur, vt ferri amplius non pos-
- 30 sit. sicuti ergo ex interuallo succi à naturâ transferuntur, ita ex interuallo auertendi sunt. quod videmus Galenum in libris de ratione curandi perpetuò seruasse. At in sanguinis profusione, quum assidue fluat, assidue in auertentibus manendum, donec consistat, ne si cesses, homo cum sanguine exhauriatur. Sed sentio me longius lapsum, quàm exponentis partes postularent, verum traxit præceptionum consecutio: ad Hippocratem igitur reuertar, qui vbi sanguinem auertimus, iubet hominem iacere: nam si quiescat, minus periculum est, ne sanguis iterum erumpat. debet autem ita detineri modò breuius tempus, modò diutius, prout profusionis periculum leuius vel grauius impendit. Vincire autem oportet eâ obseruatione adhibitâ, ne quid concreti sanguinis
- 40 in sectione retineatur. putrescit enim in quacunque parte extra venam sit, vt ipse & alibi testatur, & hic etiam subiicit, quamuis nonnulla interponat, si sanguis inquit in sectione concreseat, sicque inflammetur, suppurare solet. Interponit autem superimponendum pannum duplicem, ex vino madentem, & lanam oleo inunctam, sub quo asserit sanguinis cursum prohiberi: vinum quidem, si nigrum austerum sumatur, quale accipi solet ab Hippocrate, com-



modè eum vsum præstabit:lanam verò puto eâ de causâ inunctam superin-  
ijci, vt locum protegat, & molliùs insidat. Præcipit secundo in sanguinis de-  
tractione, vt pranso homini mittatur, & qui biberit. quod videtur Galeni  
præceptis, & vsui medicorum pugnare, qui ieiuno sanguinem detrahunt,  
ne si homo satur sit, venæ, dum exinaniantur, crudum alimentum attra-  
hant. Verùm (vt equidem sentio) intelligere ità Hippocratem debemus, vt  
non protinus secundum cibum & potionem mitti sanguinem iubeat, sed  
eo interposito spacio, vt iam modicus ille cibus, seu potio ingesta penè con-  
cocta sit, quo fiet, vt quùm venæ attrahent à ventriculo succum, ille iam  
penè confectus sit: sicque duplex periculum vitabitur, alterum ne crudo ali-  
mento impleantur, alterum ne tam citò sequatur animi defectio, quæ sequi  
consequitur, quùm à venis inanis ventriculus fugitur: eâ enim actione mor-  
detur ac læditur, & animus continuò deficit. Sed roget quis, quid Galenus  
manè intermissâ horâ post somnum venam secat, neque hominem antea ci-  
bo reficit aut potionem, quod similiter à nostri seculi medicis fieri consue-  
uit? Profecto nihil venit in mentem, quo commodiùs dissolui quæstio pos-  
sit, quàm illud, quòd longè diuersa erat victus ratio tempore Hippocratis  
ab eâ, quâ homines & tempore Galeni, & postea vsi sunt: tunc siquidem  
magis exercebantur, & parciores erant ac sobrij magis, quo fiebat, vt quùm  
pridie, sicuti consueuerant, cœnati parciùs essent, manè ventriculum ex toto  
inane haberent: præsertim, quùm calor naturalis ob exercitationem po-  
tentior fieret, possètque nedum parciolem cœnam, liberalem etiam confi-  
cere. Veretur igitur Hippocrates, ne, si sanguis ieiuno mittatur, venis fu-  
gentibus, quùm nihil in ventriculo contineatur, animi defectio superue-  
niat, quæ non sinat tantum sanguinis detrahi, quantum res postulat: id au-  
tem non fuit timendum Galeno, qui (vt sexcenties testatur) eo tempore  
vixit, quo & homines iam desidîa ac segnitie pro exercitatione uteban-  
tur: pro abstinentia, ingluvie atque ebrietate: neque enim quidquam sibi  
temperabant, quod nunc fieri etiam videmus. Nullum enim ferè tempus  
est, quùm in ventriculo non contineatur aliquid saltem pituitæ, quando-  
quidem ita imbecillus est, vt non possit perfectè concoquere: præcipuè,  
quùm immodicum sit quod deuoratur: atque hâc de causâ debet ieiuno  
nunc secari vena, quùm alia sit ratio victus. Neque in hoc tantum rece-  
dendum est ab Hippocratis sententiâ, sed in alijs etiam nonnullis, vt quùm  
ad fracturam calcis dari veratrum inter initia iubet, quod Galenus ait suo  
tempore non licuisse, quùm crudiores succi maximè redundarent. Ter-  
tium adscribit præceptum, vt leuiter calefacto homine, & die calidiore ma-  
gis quàm frigidiore sanguis mittatur: interdum enim aperta vena non ità  
continuò fluit, quod frigidior sit & crassior: quocirca antè modicè calefa-  
ciendum est corpus, præsertim vbi sanguinem frigidum esse, & crassum  
conijcimus. tunc enim (vt prodidit in quarto de ratione victus in morbis  
acutis) ad fomenta confugiendum: Galenus verò ante fomenta frictionem  
adhibet: sic enim sanguis, qui consistit & immobilis est, ita liquidus reddi-  
tur, vt detrahi possit: pertractari autem corpus voluit eatenus, vt sanguis ear,  
neque deterri medicum, si interdum non sequatur, vt in attonitis: nam si  
& fomenta

1 & fomenta, & frictiones diu admoueamus satis detractum iri certum est. præsertim, si, quemadmodum præcipit, calidiori die venam secemus, quod quidem intelligendum est, vbi expectare liceat. Nam alioquin, si res acuta sit, & vrgeat, periculum est, ne, si differre sanguinis missionem ad calidiorē diē volumus, homo interim morbi grauitate decedat, in quo casu protinus ad venæ sectionem veniēmus, neque hoc Hippocratis præceptum obseruabimus, nisi, vbi sine periculo possit id præsidium differri, & calidior dies expectari.

10 **Q**uū admota cucurbitula est, si vbi remouetur, sanguis effunditur, vel copiosè etiam, aut tenuis humor euadit, citò, antequàm impleatur, rursus defigenda est, & quod superest extrahendum: alioquin, quū sanguis concretus in locis relinquitur scalpello exasperatis, vlceribus postea inflammationem adiungit: omnia verò hæc aceto perfundere oportet, deinde cauere, ne madefiant, neve homo in partem iaceat, quam scalpello attigeris. Sed aliquod ex his medicamentis superimponendum est, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur. Quòd si vel ad genu, vel infra cucurbitula admouetur, id fiat, quū homo stat, si stare potest.

Quæ nunc subiicit præcepta ad cucurbitulas attinent, neque ab re (vt supra dictum est) eiusmodi locum, & eum, qui de venæ sectione est, in hunc 20 librum contulit, quando in vnoquoque præsidio, scalpelli operâ vtendum est, & vulnus inferendum, ita vt quū vtrâque viâ sanguis detrahitur, restet vlcusculum, cuius curationem iure in libro de vulneribus adscribit: præterquàm quòd aliquot ex affectibus supra enarratis hæc remedia expeditissima sunt. rectè itaque hîc tradidit, quâ ratione debeant adhiberi. Cucurbitula igitur, si concisa antè scalpello cutis est, eandem ferè animaduersionem exigit, quam non multo antè indicauit, quū de tumore egit, quem iussit scalpello exasperari. eodē spectat, cucurbitulam incisâ cute defigere, & scalpello exasperare. Adde quòd quū admouetur cucurbitula, de qua loquitur, cutis scalpello exasperatur, & rursus, quū hoc fit, ferè 30 necessaria cucurbitula est, quæ sanguinem extrahat, qui spontè non satis effunditur. Summa autem totius curationis propè in eo consistit, vt caueamus, ne sanguinis aliquid in ipsa sectione concre scat, qui & augere plagam possit, & inflammationem afferre: iterum igitur cucurbitulam defigit, vt id omne, siue sanguinis, siue tenuis humoris, quod plaga continetur, eximatur, ad quem vsum antè detractō sanguine incisum tumorem leniter specillo comprimebat. Aceto autem tam hîc quàm ibi sectionem perfundit: vtroque item madefacientia expellit, & medicamentis vtitur, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, vt violatam partem ab inflammatione tueatur, ob quam causam supra imperauit, vt sublimis haberetur, & minime 40 deuexa: nunc ob eandem cauēt, ne homo iaceat in eam conuersus. Sed quorū postremò imperat, vt quū ad genu, vel infra cucurbitula accommodatur, homo stet, & in recto habitu detineatur? an eo, quia cucurbitula magis & minori cum molestia tunc exhauriat partem, ad quam datur: quàm si homo alio modo figuretur, quū sic in suo statu naturali cutis maneat, quæ alioquin nimis extenditur, aut relaxatur, ita vt vel nihil ferè per cucurbitulam euocetur, vel dolor intolerabilis afferatur? Adijcit [si

stare potest,] quoniàm interdum vel propter corporis imbecillitatem, vel  
 propter cruris affectum detineri in eo statu non potest. quod quùm  
 accidit, eligendus ille habitus est, quem sustinere valeat: nam vt  
 quimus(aiunt)quando vt volumus, non licet.

FINIS LIBRI DE VLCERIBVS  
 HIPPOCRATIS CVM EX-  
 POSITIONE VIDIL



# Hippocrates de fistulis Vido Vi-

## DIO FLORENTINO INTERPRETE, CVM

### EIVSDEM VIDII COMMENTARIO.

10 **Q**uiuntur fistulae partim ex colliſo, vel ex phymate, partim remigatione, vel equitâdo, quum ſanguis ad nates iuxta anum cogitur. putreſcens enim coſuſque ex eſt, quæ mollia ſunt, dum phyma aperiatur, & uſque ad imum ani corrumpat: quâdoquidẽ anus naturaliter madet, & caro quæ voratur, mollis eſt. quod ubi accidit, oritur fiſtula, & ſaniem fundit: inde etiam deiectio, ſpiritus, & foetor nõ mediocris euadit. ex colliſo autem naſcitur, cum ſub ictu, caſu, vulnere, equitâdo, aut remigatione pars aliqua prope anum coliditur. cogitur enim ſanguis, & putreſcens ſuppurat: ex ſuppuratione verò id ſequitur, quod de phymate proſiſtum eſt.

Siue hic liber cõprehendatur ſub inſcriptione [de vlceribus] ſiue propriam inuenerit [de fiſtulis] fueritq; ab auctore ſeiunctus, nihil intereſt, modò ſciamus fuiſſe ab Hippocrate cõpoſitum: quod præter alia multa teſtimonio Pauli Æginetæ conuincitur, qui, quum recenſet ſectiõnem fiſtulæ per linum, quàm hic habemus, Hippocrati eam tribuit. Mitto Cornelium Celſum, qui, vt alia cõplura ex chirurgia Hippocratis tranſtulit: ita ex hoc libro fiſtulæ curationem ferè vniuerſam. Eſt autem fiſtulæ nomen vlceri alto, anguſto, calloſo: quod (vt cenſet Galenus) tranſlatum eſt à fiſtulis, quibus muſici vtuntur. Egit autem de huiusmodi ſinibus in libro quoque de vlceribus, quum alligari eos voluit ſciſcia, quæ à ſanâ parte orſa uſq; ad os vlceris circuitet. Sed propriè nunc de illis tractat, qui iuxta anum ſunt: quorum curatio aliquâ ex parte alijs etiam aptatur. In fine quædam addit de ano procidente, atque inflammato: quæ mala ſolent, ubi fiſtula ſit, ſuperuenire. Igitur proſiſtis verbis fiſtularum cauſam exequitur: tota autem ſpectat ad ſanguinem putrẽ: ſeu putreſcat, quum abſcedit  
30 phyma, quod eſt genus tuberculi: ſeu quum caro colliditur, perruptisq; venulis ſuffunditur ſanguine, quẽ alibi dixit, quum extra venas eſt, neceſſario corrumpi. Eiuſmodi ergo ſanguis, nõ ſecus, quàm qui in phymate ſubſiſtit, rodẽdo ſinuat, ac fiſtulam efficit, quẽ cæteroquin naſci poteſt, quum vlcus, quod altum & anguſtum eſt, non benè curatur: occalleſcit enim, & in fiſtulam cõuertitur: id, quum medetis culpâ fiat, ab Hippocrate omittitur. Quæ ponitur autem cauſa, omnis (vt diximus) refertur ad ſanguinem putreſcentem: diſtribuitur tamen in phyma & colliſum. Inter cauſas collidentes, ictum recenſuit, caſum, & vulnus: quâquàm ictui & caſus & vulnus quaſi partes generi ſubijciuntur: ea tamen appoſuit, vt eſſent ictus exempla. Collidit autem ictus, ſeu homo  
40 cadat, ſiue graui ac reuſo telo feriat, ſiue aliquid ſuper ipſum incidat: ſicut clarè in libro de vulneribus capitis indicauit. Quod verò ait de remigantibus, & equitantibus, primo ſeiunctum quiddam ab alijs cauſis videtur: poſteà tamen aperte in cœtu collidentium reponitur. quandoquidem partes, quæ ano proximè ſunt, eâ exercitatione atteruntur, & quod molles ſint, facilè ſinuatur atque eroduntur: ad quam rem plurimum conducit humor, quo anus naturaliter redundat: quum exitum præbeat ijs, quæ ſuperant ex cibo: idcirco quæ iuxta oritur fiſtula, penetrare ſolet uſq; ad imum recti inteſtini: quod ubi eue-

nit, deiectione per fistulā redditur, tum fœtor ac spiritus. Quod nos anum inter-  
pretatur ipse modo ἰδῆται nominat, modò ἀρχὴν: vtrunque autem latine eo  
vocabulo exprimitur.

» Ante omnia igitur, quum nasci senties eiusmodi aliquod phyma, priusquā  
» suppuratio ad anum pertineat, celerrimè crudum secabis. At si orta iam  
» fistula tibi cōmittatur, resupinato homine & cruribus diuaticatis recētem allij  
» stilum eatenus indes, vt occurrat quod renitatur, eoque fistulæ altitudinē me-  
» tieris. Tum feselis radix diligenter contrita quatrīdium in aquā iaceat, cuius  
» aque adiecto melle ieiuno ternos cyathos potui præstato, vermes interim pur-  
» gans: decedit enim homo, vbi sine curatione relinquatur. 10

Prouidet primū, ne fistula oriatur: hāc fieri dixit ex phymate, quum sup-  
purans vsque ad anum perdit: quod, ne accidat, cauet phymate prius secto,  
dum crudum est, nec maturitatem expectat. leuius enim ducit id malum, quod  
ex sectione crudi phymatis affertur, quā fistulam, quæ vitari expectata ma-  
turityte nō potest. præterea nihil accidet ex eā sectione, quod grauius sit, quā  
inflammatio, quæ, si corpus, vt conuenit, purū sit, antequā ad scalpellum ve-  
niatur, vel nulla vel leuis admodū superuenit, & nullo negotio depellitur: fi-  
stula verò diutius trahitur, nec sine magno tormento atque ingenti molestiā  
aufertur. vbi orta iam est, in primis explorādum est, quā altè penetret. Igitur  
supino homine cruribus reductis stilū allij recentē in fistulam demittit, quan- 20  
tū potest, id est, dum inueniat, quod resistat, sicq; altitudinē metitur. vtiliter  
autem pro specillo allij stilū indit, qui quum flectatur, & mollis sit, citra dolo-  
rem fistulæ flexus persequitur: neq; periculū est, ne perrumpatur, quum non sit  
asparagi modo fragilis. Mulsam verò, in quā feselis radicem macerauerit, bibi  
eā de causā iussit, vt materiam à posteriori parte ad priorem, hoc est, ab ano ad  
vesicam deriuat: ea enim vis est propositæ potionis. Opportunè autem tunc  
deriuat, quum iam fistula orta est, neque humor vltra fertur: quod antè, dum  
phyma incretueret, minimè cōuenisset: quum alibi præceperit, vt humorū im-  
petus, quā longissimè inde quo confluit, attrahatur, neq; vilo modo ad pro-  
ximam partem deriuetur, nisi quum subsedit, & non ampliùs irrumpit. Porro 30  
ἀσκαρίδας nos latine vermes reddidimus, sunt autem lumbrici minuti, qui ver-  
santur in imo recti intestini, & idcirco facillè oriuntur, quum eum locū fistula  
occupauit, quæ materiā putrē suppeditet, ex quā eiusmodi bestia fiāt. Hi ergo  
vermes, si negligantur, neq; vt res exigit, purgentur, quum materiæ vitiū intē-  
dant, hominē cōficiūt. Galenus, quum eiusmodi vermes in putri vlcere se ostē-  
dunt, mixturā inungit ex pari pondere polij ac cerussæ pice liquida exceptis.

» Ost hāc linteum bislinū intinctū in succo thymalli magni, respersumq;  
» paris flore vsto & contrito, in collirij modū ad fistulæ longitudinem impli-  
» catur, per extremum verò tum lintei, tum stili trajicitur linum, & eo instrumē- 40  
» to, quo dilatantur atque aperiuntur, quæ recondita sunt, & latent, vt in cōspe-  
» ctum veniant: quid ex ano perrosum sit, consideratur, eoq; stilus demittitur:  
» cumq; apparet ad anū penetrasse, prehenditur, trahiturq;, dum linteum sub-  
» eat, & ab imo & à summo equetur: quo intro compulso cornea glans in anum  
» inditur illita cretā detergēte, atq; ibi finitur: quum desidendi cupiditas fuerit  
» eiicitur, & rursus immittitur vsq; quintū diem, sexto subtrahitur, & linteū ex  
» carne euellitur. Tum glans plena aluminis contriti, in anū conijcitur, contine-  
» turq;, donec alumen madeat. Anus autē, dū opus esse videatur, myrrā illinitur.  
Explorauit

- 1 Explorauit altitudinem fistulæ demisso alij stilo, nunc remedium ingreditur, quo illa detrahatur. eo autem euadit, vt detergat fistulâ, & callum absumat, vt sinus vel glutinari possit, vel impleri carne, & aliorum vlcera modo conualescere. Immittit igitur linteum intortum in speciem collinij, hoc est, figuræ teretis, & alterâ parte tenuius, alterâ plenius: quod linteum in succo tithymalli intinguendum est, & flore æris vsto respergendum, vt callum exedat atque adurat. tithymalli enim succus fistularum callos adimit: grandem verò tithymallum accipit, quem puto eum esse, qui charassia quoque nuncupatur. Flos æris valenter quidem detergit, sed vstione adeò frangitur, vt tithymalli acrimoniam remittat: quanquam per se sine tithymallo, non multò post detur ad fistulæ callum detrahendum. Æquare autē debet hoc linteum longitudinem fistulæ, vt totam attingat. sumitur bislinum, quod molle est, & facile in quamuis formam implicatur, & succum combibit, in quem demittitur. vbi hoc non sit, in vicem alio vtetur, quod maximè in rem esse videatur. Ergo eiusmodi linteum implicitum, & intinctum in succo tithymalli, respersumque flore æris vsto in fistulam inditur per stilum alij, qui linum ducat, quod ad linteum alligatum sit, ita, vt linteum sequatur, quum linum attrahitur. veretur autem, ne rectum intestinum, ad quod fistula pertinet, sub hac medicinâ inflammetur: quod periculum pro-
- 20 pulsat demissâ corneâ glande illitâ cretâ detergente, quæ, quum repellat, non sinir inflammationem excitari: sed cretam, quam nos interpretamur detergentem, Hippocrates vocauit *σμηκτιδα*, fortasse Selinusiâ vel Chiam accipiens, quâ vtuntur, qui lauantur, quia *σμήχει* (vt inquit Dioscorides) hoc est, detergit, vnde *σμηκτις* cognominatur. Cauet igitur per glandem cretâ illitam, ne sub exedentibus medicamentis inflammatio ad proximas partes concitetur: quod etiam in libro de vlcerebus animaduerti iubet pannum aceto madentem superimponens. Tamdiu autem continendam intus eam glandem ait, quamdiu linteo callus exeditur: abundè autem esse putat vsque ad quintum aut sextum diem, licet infrâ terminum posuerit septimum.
- 30 Quo factò alumen in anum demittit, vt, si quid ob inflammationem influit, reprimatur & siccet, glutineturque, quod exulceratum est. Post alumen myrram admouet, quâ non utebatur antè, quod præter siccitatem calefacere etiam possit: hætenus autem debemus in eâ perseuerare, dum vlcus abundè siccum esse arbitremur.

” **A**lia curatio. linum crudum quàm tenuissimum quincuplex ad palmi  
 ” longitudinem sic tortum, vt vnitas facta sit, equinâ setâ obuolendum  
 ” est: cuius caput in extremitatem specilli stannei perforatam coniiciendum,  
 ” idque specillum in fistulam demittendum. eodem autem momento sinistra  
 ” manus index digirus in anum indatur, & specillum, quum occurrit, educat  
 40 extremâ parte inclinatum: cum specillo item extrahatur lini caput, quod in  
 ” id coniectum erat, & cum altero capite bis aut ter vinciat: quod verò de-  
 ” pendet ex lino intortum ad nodum alligetur. Post hæc præcipito homini,  
 ” vt seipsum secet. Reliqua curatio. Quatenus linum exesâ fistulâ relaxatur, hæ-  
 ” tænis cotidie coarctari atque intorqueri debet. Sed si linum putrescat, ante-  
 ” quàm fistulam exederit, alterum simile ad setam alligetur, traiectumq; vin-  
 ” ciatur: seta enim idcirco lino adiungitur, quia non putrescit.



Prior curatio tantum detrahit callum, ut sinus, vel glutinari, vel im-  
 pleri possit: hæc non modò id præstat, sed cutem, quæ super fistulam est,  
 etiam incidit: quod satius est, ubi fieri tutò possit, quum magis medi-  
 camentum admittant, & facilius glutinentur, quæ hac ratione incidun-  
 tur, quàm quæ indito linteo tantum à callo vindicantur. Secandi rationem  
 adeò expressit, ut nihil desiderare luminis videatur. Excribitur autem à  
 Cornelio Celsò in suâ chirurgiâ, ubi præter hæc imperat, ut id linum bis  
 terve die, saluo nodo ducatur, sic ut subeat fistulam pars, quæ superior fu-  
 it: sed curationem duobus modis recenset, altero, quum linum laxum te-  
 netur, & res diuturnior est: alterum, quum adstringitur, & homo celerius  
 ab eâ molestiâ explicatur: celeritati adijci ait, sicut dolori, si id linum me-  
 dicamento aliquo ex callum exedentibus illinatur. vtrâ curatione vtendum  
 sit à Celsò præteritur: docemur autem à Galeno in eiusmodi casibus re-  
 quirendum esse ab ægrotante, malit ne tardiùs ac sine magnâ molestiâ sa-  
 nari, an celerius & cum maiori tormento. Fieri etiam potest, ut ad scal-  
 pellum eò loci veniendum sit: quando autem, & quo pacto id agendum sit,  
 Celsus eodem loco indicavit: idem aperuit Paulus Ægineta, qui hanc  
 Hippocratis curationem per linum ad eos pertinere ait, qui scalpellum per-  
 timescunt.

» **S**ECUNDÂ fistulâ incidere mollem spongiam oportet, & quàm tenuissimam 20  
 » imponere, deinde florem aris vsti per specillum copiosè in fistulam  
 » conijcere. sinistra autem manus digito indice spongiam melle tinctam me-  
 » diam intro compellere, adiectâque alterâ spongiâ idem vinculum dare, at-  
 » que ubi venâ in ano sanguinem fundunt: postridie resoluendum est, & a-  
 » quâ calidâ abluendum, tentandûque sinistra manus digito per spongiam  
 » fistulam purgare, rursumque iniecto aris flore alligandum, idque septem  
 » dies faciendum: ferè enim intra hoc tempus fistulæ tunica consumitur. post  
 » hæc, dum sanescat, eodem modo vinciendum. sic enim fistula per spongiam  
 » coacta atque aperta, neque rursus committi potest, neque ab vnâ parte cu-  
 » ratur: ab alterâ iterum in fistulam vertitur, sed sanescit vniuersa. In curatio- 30  
 » ne item multâ aquâ calidâ souendum, & inediâ pugnandum.

Proposito lino mordetur paulatim, atque inciditur id cutis, quod supra fi-  
 stulâ est, quo execto adimere callû oportet, & detergere humore, qui redun-  
 dat, quum callus consumitur, quod, ut fieri possit, seruari aperta debet, & da-  
 ri aditus medicamentis, ne oris glutinatis fistula reuertatur. Quamobrem  
 spongiam demittit: quam mollè accipit, ne tactu lædat: incidit, ut inde fru-  
 ctum tenueumat, quod fistulæ conueniat: melle inungit, ut detergendi vim  
 habeat: non solum autem spongiam adhibet, sed flore aris vsto per specil-  
 lum copiosè fistulam respergit, quo supra etiam cum implicito linteo uteba-  
 tur: habet autem flos aris facultatē exedendi callum. Ceterum, quum vinciē- 40  
 di rationem eandem accommodari ait, atque, ubi venę, quæ in ano sunt, san-  
 guinem fundunt, fortasse eam intelligit, quam tradit in sequētibus ad anum  
 procidentem, duabus autem fascijs continetur, altera cingitur super ilia, alte-  
 ra priori mediæ affuitur, & per dorsum rectâ ad anum attrahitur, atque inde  
 ad zonam iuxta umbilicū porrecta religatur: eodē pertinet Heliodori vin-  
 culum, quod inscribitur [Assuta iunctura ad anum] legitur autem in libro de  
 fascijs

1 fascijs: eundem vsum habet, id, quod Celsus tradidit ad ani condyloma, vbi ait vinculum ei loco linteolum esse, aut panniculum quadratum, qui ad duo capita duas ansas, ab altero totidem fascias habet, cunque subiectus est, ansis ad ventrem datis, à posteriori parte in eas adductæ fasciæ coniunguntur, atque, vbi arctatæ sunt, dexteriori sinistrâ, sinisteriori dextrâ procedit, circumdatæque circa aluum nouissimè nodo inter se deligantur. Quicquid horum detur, vtile est. Postero die resoluit, & aquâ calidâ locum perfundit: quæ non modò saniem abluat, sed dolorem lenit, si quem medicamenti acrimonia excitauerit. humorem per spongiam siccatur, rursusque eundem 10 aris florem indit: hoc facit, dum callosa fistulæ tunica exedatur: quod serè septem diebus fieri ait. In prioribus autem terminum statuit quintum; aut sextum diem: sed, præter florem aris, tithymalli succo, qui vehemens est, implicitum linteum inunxerat. Timet autem, ne, si sectæ oræ coeant, sinus iterum occallescat, & fistula reuertatur. ideoque spongiâ apertam plagam seruat, vt tota simul sanescat. euitat autem inflammationis periculum, quod ob situm & naturam loci instat non mediocre, tum aquâ calidâ soluens, quæ dolorem lenit, tum abstinentiâ pugnans, ne pleniori victu succorum copia augeatur. abstinere autem dixit λιμνηκτόν, quod verbum mutatur in quarto de ratione victus in morbis acutis, vbi Galenus eo significari 20 ait exquisitam abstinentiam adhibere.

20 **A**T si fistula non ita perferat, vt peruia sit, specillo antea demisso incidenda est, quatenus penetrat, ac flos aris inspergendus, & vsque quintum diem relinquendus: dein aquâ calidâ fouendum, & cataplasma superdandum, quod polentam habeat ex aquâ subactam, & betæ folia superalliganda. At vbi flos aris ceciderit, & fistulæ vlcus purum fuerit, eadem curatio, quæ prius, admoveatur. Quòd si per locum scalpello vti non liceat, & fistula altè infederit, flore aris, myrrâ, & litro ex vinâ dilutis eluatur. Plumbi item aliquid ori fistulæ accommodetur, ne coalescat. Abluere autem fistulam expedit per pinnam, quæ ad vesicâ alligetur, vt per hanc liquore 30 pulso eluatur: sed non sanescit, nisi secetur.

Ex fistulis ani aliæ vsque ad anum recti intestini penetrant, de quibus hætenus egit, aliæ proximè ad eius tunicam accedunt, quæ nondum tamen perforata est, sed integra manet: harum curationem nunc persequitur. Primò autem præcipit, vt demisso specillo incidatur, quatenus penetrat, quod ipse dixit. εως ἄν διέλθῃ, ambiguè profectò, ita, vt duæ differentes sententiæ accipi possint: si alteram sequamur ad vltimum specillum secunda tunica est, sic, vt tantum fistula peruia fiat, dein curetur per ea, quæ callū detrahunt, hoc est, per florem aris, siue cum implicito linteo indatur, siue post linum, quo (vt suprâ ostensum fuit) totam fistulam secat. Altera sententia est, vt fistula non 40 tantum peruia fiat, sed tota ab ore ad fundum secetur, quatenus specillum penetrat, atque intrò fertur: quod voluit in libro de vlcerebus, quàm tractauit de sinu, qui peruius non esset: cui subscripsit etiam Paulus Aegineta. Quanquàm vtraque intelligentia vera est, mihi tamen hæc magis probatur: quòd post sectionem nihil lini intorti aut lintei impliciti meminerit, quæ tamen necessaria ad curationem essent, nisi totam fistulam secaret: sed simpliciter voluerit exedentia adhiberi, quasi credat patere aditum,



per quem hæc dari ad fistulam possint, utpote iam exectam. Adde quòd re-  
 media subiicit ad inflammationem coercendam, quam par est ex ampliori  
 sectione concitari, at non æquè, si fistula non exciditur, sed tantum in fun-  
 do aperitur. Nec est, quòd in secando scalpellum timeat, quandò necessa-  
 riò eodem utitur, ut fistulam per viam reddat. Post sectionem conijcere in-  
 trò conuenit, quod callum detrahat: respergit autem flore aris, in quo ma-  
 net usque quintum diem, antea verò non tantum hunc terminum consti-  
 tuit, sed sextum vel septimum: quum definiri tempus ex toto non pos-  
 sit: ferè autem inter quintum & septimum diem exeso callo resoluitur me-  
 dicamentum, quod inhærebat. Interim, quum propter sectionem, & medi- 10  
 camenti acrimoniam periculum inflammationis instet, lenientibus ac rela-  
 xantibus utitur: antè quidem aqua calidâ souebat, nunc, quum ob sectio-  
 nem periculum grauius circumsit, non contentus solâ perfusione aquæ ca-  
 lidæ, betæ folia adiungit & cataplasma, quod fieri voluit ex polentâ & aquâ.  
 In libro autem de vulneribus capitis, quum scalpelli opera necessaria fuit, ca-  
 taplasma similiter ex polentâ superiniecit, sed pro aqua sumpsit acetum, quo-  
 niâ ob loci siccitatem sicciora præsidia requirebantur. folia betæ siccant  
 & discutiunt, quæ ad vlcera etiam & luxata ab Hippocrate superdantur.  
 Quum absumpto callo plaga pura est, eandem curationem probat, quæ  
 prius admota est: intelligit autem vel alumen & myrram, quo præsidio fi- 20  
 stulam curauit callo per implicitum linamentum exeso: glutinare enim ac  
 siccare possunt: vel eam obseruationem, quam proximè tradidit, quum se-  
 ctâ per linum fistulâ, spongiam immisit, ut oras diductas seruaret, quo pla-  
 ga ab omni parte sanaretur: abstinentiam ibidem imperauit, & aquæ cali-  
 dæ perfusionem: atque hoc mihi magis arridet, quandoquidem, quum hic  
 fistulam scalpello aperiat, idem voluisse videtur, quod suprâ, quum lino eam  
 secuit. Illud autem monet, quod interdum vti scalpello non licet, id euenit,  
 vbi, vel altius penetrat, ita, ut multum sit, quod incidi debeat, vel ad partes  
 pertinet, quæ scalpello haud tuto attinguntur, ut quum inter intestinum  
 versatur & ceruicem vesicæ, quæ, vbi scalpello violatur, fistula redditur 30  
 penè insanabilis. Ergo, vbi confugere ad scalpellum non liceat, exedendus  
 callus est, per litrum, aris florem, myrram, quæ ex vrinâ diluantur: hunc  
 liquorem infundi voluit per pinnâ ad vesicam alligatam. Galenus pro pin-  
 nâ corneam fistulam alligat, quum dilutum aliquod emplastrum in sinum  
 iniicit. nunc similiter pro clystere ad aluum sacculo utimur ex corio, cui fi-  
 stula annectitur. licet etiam per oricularium clysterem eluere, verum, vbi  
 crassior humor infundendus est, aptior vesica est, quam Hippocrates pro-  
 posuit. Quod postremò adiecit non sanari fistulam, nisi secetur, in his in-  
 telligendum est, quæ altius penetrant, in quas infundi eum liquorem iussit,  
 eas monet, ne putes ex toto sanitatem recipere: aliæ verò ad quas pertinere 40  
 medicamentum potest, quæ uero altiores non sunt, curari citra sectionem que-  
 unt: quod ipse ostendit, quum eam curationem narrauit, quam per linteam  
 implicitum molitur.

¶ Quid si anus inflammetur, dolor & febris accidat, atque homo crebrò de-  
 sidat, sed nihil deiciat, videatur anus ex inflammatione decidere, & in-  
 terdum vrinæ difficultas sequatur: hoc mali accidit cum pituita ex corpo-  
 re ad



re ad anum transfunditur. Remedio sunt calida, hæc enim adhibita pituita-  
tam extenuare ac liquare possunt, efficeréque, vt quod acre est, & falsum, tabe-  
scat, ità, vt neque æstus, neque mordentium sensus aliquis in intestino relin-  
quatur.

Diximus inter initia libri de vlceribus hoc opus ex eorū numero esse, quæ  
Hippocrates nondum perfecta reliquit atque absoluta: ille verò, qui exscrip-  
sit, talem nobis tradidit, qualem accepit, ità, vt iure dici de hoc possit, quod  
Galenus ait de quarto libro de ratione victus in morbis acutis, scilicet, eius-  
modi commentarios memoriæ causâ scriptos esse, non, vt edantur, sed, vt tem-  
pore ex his postea conficiatur liber, qui passim diuidi, & peruulgari possit.  
Hippocrates igitur, quum de ani fistulis tractasset, qui locus ad vlcera perti-  
nebat, nunc ani inflammationem adiecit, quæ cum fistulis nullam habet so-  
cietatem: sed verisimile est, quum ani mentionem fecisset, succurrisse aliud ma-  
lum eiusdem partis, idque, & si nihil ad fistulas spectaret, tamen reminiscendi  
causâ in hunc locū contulisse. Inflammatur itaque interdū anus, id est, imum  
recti intestini, sequiturque dolor, ac febris, quæ communiter superuenire in-  
flammationi solent: sequitur item crebra desidendi cupiditas, sed nihil de-  
ijcitur: quoniam materia, quæ inflammationem excitat, crassa est & glutino-  
sa, ità, vt non faciliè expellatur, quamuis natura id tentet, tentat autem sæpè ob  
acrimoniam humoris. Alibi autem hoc malum vocatur ab Hippocrate *τὸν πυλῶν*,  
quod intestinum tendatur ab humore, qui in eo receptus est: ille autem  
est (quantum ex propositis verbis colligitur) pituita falsa acris glutinosa &  
crassa, sic, vt etiam quum natura maximè conatur, educi non possit. Anus in-  
quit procidere videtur *ὅτι τὸ πύλῶν φλέγματος*, hoc est, ob pituitam, quæ huius mor-  
bi causa est: nos tamen vertimus [ex inflammatione] nam *φλέγμα* (quemad-  
modum ostendimus in libro de vlceribus) ab Hippocrate, non solum pro pi-  
tuita, sed pro inflammatione etiam accipitur, quod in hoc loco maximè pro-  
babile est, quandoquidè pituita in eà sede inflammationem excitat, ob quam  
sequitur, vt anus prolabatur. nam in libro de fracturis, quum eos reprehendit,  
qui hinc atque hinc fasciam obuoluunt, plagam verò solutam relinquunt, ex-  
citari inde inflammationem ait, & labra vlcis in exteriorem partem recur-  
uari: quam rem Galenus multò clariùs in secundo de officinâ medici indica-  
uit, fasciæ vsum explanans, quæ hiantia inter se committit: vbi causam cur-  
hient, inflammationem assignat. Igitur quod euenit vlcis labris ob in-  
flammationem, idem ano accidere credibile est: sed siue pituitam, siue in-  
flammationem dicas, res eodè reedit, quandò hæc ab illa proficiscitur. Por-  
rò inflammationem nunc mihi intelligito non propriè: ea enim fit à sanguine,  
sed calidum tumorem, latius siquidem patet inflammationis nomē: fit autem  
inflammatio, de quâ hic loquimur, à pituita falsa, sic, vt tumor sit calidus. Huic  
malo accedit *σπαραγγισμὸς*, id est, vrinæ difficultas: sic enim latinè redditur id  
vocabulum à Cornelio Celsò, quum vrina crebrò & paulatim destillat. Ga-  
lenus causam ponit eius vitij, tum vrinæ acrimoniam, tum imbecillitatem  
retentricis potentiæ vesicæ, quæ subinde cogitur expellere, neque ferre potest  
magnam vrinæ copiam coire: adijcit aliam causam, quum ipsa vesica benè  
valet, sed afficitur aliundè & comprimitur, vt nunc ob inflammationem re-  
cti intestini, quod naturaliter cum eà ità coniungitur, vt ipsam sustineat: at-

que hoc est, quod in illis sententijs, quæ aphorismi vocantur, dixit recto intestino aut vtero inflammato, urinæ difficultatem superuenire. nunc itaque ano inflammato propter consortium, urinæ difficultas subsequitur. Ratio autem curandi, quam Hippocrates docet, in summouendâ causâ consistit, ea est (vt diximus) pituita salsa crassior, atque ita inhærescens, vt vix auferri possit: hanc extenuare priùs oportet ac liquare, deinde educere. Danda ergo sunt calefacientia, sub quibus non solum quod crassum & glutinosum est liquabitur, sed tabescet etiam, quod falsum est, neque vllus remanebit in intestino morsus: iniicienda insuper, quæ purgare pituitam possint ac detergere, & dolori, qui non mediocris subest, occurrere: cuncta hæc perficiuntur medicamen- 10  
tis, quæ proximè subiecit.

» **C** Ratio igitur sic adhibenda est. homo in aquâ calidâ desidet, grana  
» gnidia sexaginta conterantur dilutâque ex vini dodrante atque olei di-  
» midio tepida per clysterem infundantur: hæc autem & pituitam & deie-  
» ctionem educunt. Quo tempore in aquâ non desidet, ona in vino nigro tepe-  
» facta ad anum admoueantur, & calidum aliquid subijciatur, seu vesica cali-  
» dâ aquâ repleta, seu cataplasma, quod habeat lini semen tostum contritum,  
» atque in tenuissimum puluerem redactum, & farinæ tantundem, quæ vino ni-  
» gro odorato atque oleo excepta, quàm calidissima imponantur, vel cum hor- 20  
» deo misceantur, aut cum alumine Ægyptio contrito, singatûrque glans ob-  
» longa: hanc postquàm igne tepefeceris, illiueris, foueris, digitis aptato, atque  
» omnino tepidam in anum demittito: exteriores partes cerato inungito, & ca-  
» taplasma imponito ex alijs decoctis in vino nigro diluto: quo subtracto de-  
» bet homo in aquâ calidâ desidere. Post hæc solani succus, adeps asnerina &  
» suilla, chryfocolla, resina, cera alba simul liqueatur, & inter se mixta inungan-  
» tur. Dum inflammatio manet, perseuerandum in cataplasmate ex alijs cali-  
» dis. sub quibus præsidijs, si dolor cessauerit, satis est: si adhuc manet, potionem  
»umat ex papauere albo, vel aliquo alio, quod pituitâ purget, &, dum inflam-  
» matio est, leuioribus cibis vtatur.

Præsidia hæc (quemadmodum iam diximus) eo euadunt, vt pituitâ, quam 30  
morbi causam ponit, extenuet, detergant ac purgent, & præterea dolorem at-  
que intentionem leuent. Quùm homo in aquâ calidâ desidet, extenuatur pi-  
tuita, tabescitque id falsum, quod in ea continetur. Infundit in anum coccum  
gnidum, quod (vt ipse ait) pituitam purgat, & deiectionem: habet etiam vim  
adurendi, qua (Galenus auctore) differt à cnico, quod similiter pituitam pur-  
gat: frangit autem adurendi vim adiecto oleo & aquâ. abundè enim est, si a-  
deò calefaciat, vt pituitam liquare possit, quæ iam extenuata est per aquam  
calidam. Accipit autem grana gnidia sexaginta, non quo hic numerus perpetuus sit, sed quo eum indicet, qui plerunque satis est. Admiscet vini dodrantē,  
& olei dimidium. Rectè autem nos dodrantem vertimus, quod ipse cotylam 40  
vocaluit: pendet enim hæc nouem uncias, quod à Galeno sæpius ostenditur.  
Quo tempore homo in aquâ calidâ non desidet, edicit, ne desistamus à fomētis,  
sed ona adhibeamus seruefacta ex vino nigro odorato: hæc leniēdi vim habēt  
& calefaciendi, cum tactu calida imponantur, & intestinum firmādi ob vini  
facultatem, sic, vt postea valentius pituitam expellat: eodem vino vtitur Ga-  
lenus ad intestina per plagam abdominis prolapsa atque inflata, quod calefa-  
cere ait,



- 1 cere ait, & intestinum firmare. Quo autem pacto adinueri oua debeant, aperuit nobis Cornelius Celsus, quâ de ani rimis. inquit enim. Columbina quoque; oua incoquenda sunt, & vbi induruerunt, purganda, deinde alterum iacere in aquâ bene calidâ debet, altero foueri locus, sic, vt inuicem vtroque aliquis vtatur. Hippocrates nunc pro aquâ vinum accipit, eo spectans, vt intestinum confirmet. Non contentus autem oua adinueri, vt diutius eorum calor maneat, subiicit vesicâ aquâ calidâ repletam, vel cataplasma ex lini semine & farinâ, quamuis hoc non solum oui calorem diutius seruet, sed molliedi quoque vim habeat, & roborandi propter vinum, ex quo diluuntur. Post cataplasmatibus & somenti vsum, glandem in anum demittit, quam conficit ex proximo cataplasinate adiecto hordeo vel alumine: hac autem relaxatum intestinum coërcet confirmatque, ita, vt anus procidere amplius nequeat. Extrinsecus ceratum inungit, quod inflammationem ac dolorem lenit: cataplasma imponit ex alijs decoctis in vino nigro diluto. Allium per se calefaciendi, & discutiendi vim habet: sed si in eiusmodi vino decoquatur, firmare quoque intestinum poterit. eo subtrahendo præcipit, vt homo rursus in aquâ calidâ desadat, quæ pituitam liquet atque abluat, ne possit ob acrimoniam lædere. Mixture, quam subdit ex succo solani & chrysocollâ multiplicem vsum præstat discutiendi, leniendi, atque inflammationem repellendi. remittitur autem chrysocollæ
- 20 acrimonia à solani facultate, ita, vt medicamentum moderatū reddatur, quod affectam partem non mordeat. Neque mirum est, si quâmdiu inflammatio manet, perseverari in cataplasmate ex alijs calidis voluerit, quum discutere (vt diximus) falsam pituitam possint, quæ causa inflammationis est. Si per hæc parum proficitur, confugit ad potionem alicuius medicamenti, quod pituitam educat, proponitque album papauer, quod & Herculeum nominatur, & aphrodes, quod totum spumans sit: cuius semen pituitam purgat, in vicem cuius licet vti agarico, aut alio medicamento eiusdem proprietatis. Rectè autem differt purgationem, neque id eâ causâ tantum, quod à principio leuioribus vt conueniat: sed quod purgatio inter initia inflammationis (vt ipse docuit
- 30 in quarto de ratione victus in morbis acutis) maximè perniciofa sit, quippe quæ nihil ab inflammata parte detrahat, & quæ integra sunt, liquet, ac vires conuellat. iure igitur ante remedia imposuit, quæ pituitam extenuât, ac si minus educunt, certè talem reddunt, vt possit cathartici potione detrahi. Hæc autem multò post initia inflammationis sumi voluit. Victus tenuis quorsum imperetur, dum inflammatio manet, in aperto est: timet enim ne copia succorum sub pleniori victu contracta inflammationem augeat.
- 40 **H**inc vrinæ difficultas subsequitur. ob anum vesica incalefcit, & pituita ad ipsam transmittitur, quæ vrinæ difficultatem affert. hæc autem plerunque vnâ cum morbo finitur, quod si parum succedat, ad ea medicamenta veniendum est, quæ ad vrinæ difficultatem pertinent.

Vrinæ difficultatis, quam inflammato ano superuenire dixit, nunc causam exponit, quæ non alia est, quàm quod vesica recti intestini morbo afficitur, ea enim est coniunctio harum partium, vt non modò calor ab vnâ ad alteram transferatur, sed materia quoque, veluti in proposito casu pituita, quæ, cum calore ab ano ad vesicam transmittitur, & quia crassa est in itinere, vrinæ se opponit, neque hanc reddi liberè finit, quod malum etiam incidere ait in altero genere febris ardentis, quod à falsâ pituitâ similiter proficiscitur. Ergo sicuti



quum vesicam inflammatio exercet, deiectio supprimitur, quod ipse in tertio libro prognosticorum narravit, ita inflammato ano vrina difficulter redditur, quum vesica (vt dictum est) afficiatur. Cessat autem hic affectus plarumque simul cum morbo, à quo prouenit, hoc est, cum recti intestini inflammatione: quod tamen perpetuum non est. solèt enim interdum affectus, qui ob confortum partem aliquam detinèt, ità eam processu temporis occupare, vt in illius morbum vertantur, & iam finito morbo alterius loci, vnde orti sunt, etiam remaneant, ac propriam curationem desiderèt. Quamobrem, si iam liberato intestino, vrinæ difficultas perseueret, ad ea confugere oportet, quæ huius mali remedia sint. si vesica calefacta est aut refrigerata, cōtraria præsidia conueniūt: si humoribus crassis atque acris repleta, illos extenuare atque exhaurire decet. In septimo autē libro sententiarum, qui aphorismi vocātur, ad hunc morbum, potionem vini & sanguinis detractionem scripsit. vinum quidem refrigeratā vesicā idoneum est, venæ sectio, quum eadem ob succorum copiam atque acrimoniam inflammatur. Est etiam interdum, quum vrina acris ipsa sibi difficultatem faciat, quod aliarum partium vitio accidit, quas sanare oportet, sed nunc aliud agitur.

» Quid si anus procidat, per mollem spongiam repellendus est, & cochleā  
 » illinendus, tum manibus alligatis homo paululum temporis suspēden-  
 » dus & concutiendus est. Sed si amplius procidit, & intus manet, ilia cingan- 29  
 » tur fasciā, quæ ex zonā à posteriori parte dependeat: intestino intorsus com-  
 » pulso spōgia superdetur expressa ex aquā calidā, in quā decocta fuerit loti sco-  
 » bes, & eādē aquā anus perfundatur: tum ea fascia inter crura porrigatur, &  
 » ad vmbilicum religetur. Vbi deiiciendi cupiditas sit, super asseribus, quā-  
 » maximè angustis desidat: si puer sit, scēminæ pedibus insidat ad genua ad-  
 » hærens. inter desidendum crura habeantur extenta: minimum enim hoc pa-  
 » cto anus delabitur.

Anus & ob pituitam, & ob inflammationem vsque adeò interdum lēditur, vt non modò procidere videatur (quod suprà posuerat) sed etiam procidat ac delabatur. quod quum accidit, imperat, vt cochleā illitus per mollem spōgiam 30 reprimatur. Cochlea quidem, siue tota sumatur, siue mucus duntaxat, tantam siccandi vim habet, vt (Galeno auctore) glutinosum atque altè insidētē humorem discutiat, & quod maximum est, sine morfu suum effectum præstat, quod in medicamentis requirit, quæ ad anum siccandum adhibentur. Suspendi verò hominem iubet manibus alligatis, & ità concuti, vt intestinum ex ea succussione in suam sedem reuertatur. Cæterum, quum suspenditur, ità collocandum esse, vt pedes sursum spectent, & si ab Hippocrate prætereat, ex se tamen manifestum est: nam si aliter suspendatur, pedibus videlicet deorsum conuersis, tantum aberit, vt anus intrò reuertatur, vt magis etiam procidat. Eiusmodi rationem suspendendi tradidit ad reponendū femur in interiorem 40 partem prolapsam, quam eorum esse ait, qui videri volunt egregium aliquid præstitisse. ibi autem alligat manus ad latera, & deinde hominem suspendit capite deorsum spectante. At vbi euenit, vt amplius intestini excidat, quamuis reponatur, & in naturali statu maneat, veretur tamen, ne iterū delabatur, & ob id vinculum admouet, de quo suprà etiā tractauimus: assuitur enim fasciæ medię alterius fasciæ caput, ità, vt ambę simul, T. literam referāt: dein prior fascia cingitur, capitāq; in priorem partem adducta, iuxta vmbilicum nodo inter se vinciuntur:

1 vinciuntur: altera verò à dorso demittitur, & inter femora porrigitur, atque ad priorē iuxta vmbilicū deuincitur, quā fasciā anus continetur ne procidat: præsertim quū inter anum & fasciā spongia detur madefacta ex aquā calidā, in quā inferbuerit loti scobes. habet enim siccādi vim & adstringēdi modicē, itā, vt possit procidentē anum coërcere. quamobrē nō solum ex ea madefit spongia, quæ vnā cum vinculo inijcitur, sed antē anus ipse. Cauendum autem, vt quū maximē, ne anus procidat, vbi homo defidit: tunc enim ob deiiciendi cupiditatem nititur, & cum deiectione sæpē intestinum expellit. quod malum euitabitur, si homo tunc super asseribus angustissimis confidat, vt sic vtrinq̃

10 anus introrsum compellatur, neq; prolabi possit, quemadmodum in sedili latē perforato ac patente, vbi nullā re coërcetur. si puer sit, pro asseribus vtendum pedibus mulieris, quibus insadat, itā, vt dorso & ceruice, eius genibus inhæreat. Ob eandem causam præcipit, vt in deiiciendo crura habeantur extenta, quo habitu anus magis adstringitur, qui contrā, si curuetur, relaxatur, quod similiter euenit, si nimīū inter se diducantur, hoc Hippocrates silentio non præterijt, quū paulò infrā iubeat femora inter se deuinciri.

» Quid si anus madeat, & saniem fundat, subluendus est vini fece combusta, & aquā cum myrto incoctā: siccandūque adiantum est & contritum ac cribro excullum inspergendum. Si sanguis profluat, iisdem subluendus est, tum inspergenda chalcitis iuncta cum pari portione scobis contritæ,

20 » cupressi, vel cedri, vel pinus, vel terebinthi: & exteriores partes crassiori cerato inungendæ.

Sæpē euenit, vt ob inflammationem anus madeat, ac saniem fundat, & interdum etiam sanguinem, quū venarum ora falso humore aperiātur, cuius mali nūc remedium proponit. Ergo quū anus humidus est & saniem emittit, nihil aliud requirit, quā siccantia & detergentia: vtitur ergo fece vini vstā, & aquā, in quā decocta myrtus fuerit. Fex quidem vini vehementer calefacit, itā, vt vrere etiam possit: quamobrem si per se adhibeatur, ano aliena est, qui citra omnem acrimoniam siccantia exigit: sed frāgit eius vim Hippocrates aquam

30 adijciens, in quā myrtus inferbuerit, quæ siccandi etiam atque adstringendi facultatē habet. tutò igitur admoueri hoc pacto vini fex potest, præsertim quo tempore id ani, quod prouolutum est, humidum est & sordidū: pars enim quæ sordibus atq; humore tegitur, non ita offenditur acribus. Anus igitur vbi periculum sit, ne putrescat, valentius detergentia exigit & siccantia. Adianti verò puluis quem inspergit, sine morfu siccatur. Si anus sanguinem fundat, chalcitide vtitur, quæ adstringendi vim habet: & si validior sit, quā vt ano conueniat, inspergi tamen debet, vt fluentem sanguinem supprimat, præsertim admixta cum scobe adstringente quam mōstrauit: sic enim innocenter adhibetur. Ceratum verò eādem causā extrinsecus inungitur, vt inflammatio coë-

40 ceatur, quæ solet sub eā curatione prouenire: crassum verò sumit, vt diutius inhæreat, ne si liquidum sit citiūs dissoluatur. redditur autem crassius, vbi plus ceræ accipit vel emplastri. fit enim creatum, quū eiusmodi aliquid in oleo liquatur: vbi magis diluitur, liquidū efficitur, quali vtitur Hippocrates ad fracturas, vt à fascijs combibatur. Adijcitur interdum cerato pix arida, efficiturque ceratum, quod (vt Galenus ait) πικρὸν κρηττὸν nominatur, atque hoc fortasse nunc intelligit Hippocrates. quidquid est, hūc constat crassiori cerato inflammationem externarum partium cohiberi.



» **Q**Uum anus procidit, & nequit suo loco cōsidere, laserpitium quàm opti- 1  
 » mum ac densissimum in minutas partes concisum imposito, & medica-  
 » mentum ad nares dato, quod sternutamentum moueat, atq; hominē concuti-  
 » to, vel aquâ calidâ abluens, in quâ malicorium incoctum fuerit, aut alumen ex  
 » vino albo conterito, & anum perfundito: dein pannum superimposito, & fe-  
 » mora in tertium diem inter se deuincito: imperansque in ediam vinum dulce  
 » potui præstato. quòd si ne sic quidem aluus respōdeat, rubrica cum melle cru-  
 » do mixta inungenda est.

Quâ viâ reponere anum prolapsum oporteat, satis in prioribus indicauit:  
 nunc, quia interdum quum reponitur, non manet, sed iterum procidit, alia re. 10  
 media adijcit efficaciora, cuiusmodi laserpitium est, quod pituitâ & materiam  
 inflammationis discutere atque exiccare potest. Quorsum verò sternutamen-  
 tum excitet, incertū est, quum quatiat corpus, & succussu magis procidat anus  
 & expellatur, non secus, quàm quæ vtero continentur, quæ sternutamento ex-  
 citato Hippocrates expelli voluit. An eo nunc vile est, vt id intestinum, quod  
 procidit, magis delabatur, vt melius purgari & foueri medicamentis possit, at-  
 que ita repositum in sua sede contineri? Medicamēta autem, quæ mouere ster-  
 nutamentum possint, Galenus complura nobis tradidit, vt piper album, album  
 item veratrum, succū cucumeris agrestis, struthium. Post hæc perfundit Hip-  
 pocrates atque abluit anum humore admodū siccāte atque adstringente, dein- 20  
 de per pannū efficit, vt introrsum repellatur, neque amplius procidat. alligan-  
 dum verò esse per vinculum clarè in superioribus demonstratum fuit. Iubet au-  
 tem femora inter se deuinciri, quod antè omiserat. Imperat abstinentiā, ne hu-  
 morum copia redundet, & ad anum concurrat: indulget autem ægrotanti in  
 potione vini dulcis, quod partim nutrit, partim soluit aluum, quæ, si ne sic qui-  
 dem liquatur, mel crudum inungit, quod acrius est, & deiectionem educit. mi-  
 scet rubricam, quæ siccando atque adstringendo plurimum ad rem pertinet;  
 neque patitur anum cum deiectione procidere.

» **S**anus procidat & sanguinem fundat, cortex radices ari ex aquâ inferueat,  
 » dein contritus cum farina iungatur, & cataplasma fiat, quod calidum im- 30  
 » ponatur. Aliud, Brioniæ albæ (quam nonnulli *ψιλλόριον* vocant) radices quàm  
 » tenerrimæ conciduntur, & in vino mero nigro austero incoctæ contunduntur,  
 » & tepefactæ illinuntur. Miscetur etiam farina, ex vino albo atque oleo subacta  
 » ac tepida. Aliud, Cicutæ semen contunditur, interim vinum album instilla-  
 » tur, & tepefactum imponitur.

Egit paulò suprà de ano sanguinem fundēte, nunc ad eundem subijcit alia  
 præsidia, quæ mitiora sunt, quòd morbi conditio asperior sit, quàm quæ ante  
 proposita est. quandoquidem extra sanguinis fluxum vrget inflammatio non  
 mediocris, ob quam anus prolabitur, atque idcirco nō modò sanguinem sup-  
 primit, sed simul inflammationem lenit, exiccat, ac detergit. Farina quidē mi- 40  
 xta cum detergentibus atque exiccantibus, quum proprietatem habeat, quam  
 Galenus emplasticam nūcupat, non solū sanguinem sistit, sed inflammatio-  
 nis impetum ac dolorem leuat. Arum & brionia alba præstanter siccāt & de-  
 tergunt: quòd si ex his conficiatur cataplasma, quod farinam itidem accipiat,  
 varium effectum præstare, ac maxime idoneum esse necesse est. Cicutæ semen  
 similiter & sanguinem sistit, & inflammationem repellit. Iubet autē, vt hæc  
 tepida imponantur, veritus ne, si frigida dentur, quod inflammatio & sangui-  
 nis



## DE FISTVLIS.

59

1 nis profluuium exigunt, materia inflammationis, quæ crassa est, magis spissatur, reddatque morbum difficiliorem.

» **V**bi inflammatio sit, radix hederæ in vino inferueat, ac benè cōtrita inungatur cum farinâ ex vino albo quàm optimo subacta, & adiecto pingui aliquo illinatur. Aliud, Mandragoræ radix potissimum viridis vel certè arida: si viridis sit, abluatur, concidaturque, & ex vino diluto incocta iniiciatur: si arida, conteratur, & similiter detur. Aliud. imponitur cucumeris maturi pars interior diligenter contusa.

» Nunc pugnat tantum contra inflammationem ani absque sanguinis fluxu: sed quàm hæc remedia refrigerent repellantq;, magis inter initia accommodantur, quàm vbi res iam tempus habet, & detergentia ac siccantia desiderantur.

Cucumis maturus præter refrigerandi facultatem, aliquid etiam detergit.

» **Q**uod si dolor sine inflāmatione sit, litrum rubrū, alumen, & salem comburens ac diligenter conterens pari pondere inter se misceto, & cum pice quàm optimâ iungito, linteóque excipiens imposito atque alligato. Aliud, capparis folia contrita in sacculum conijcito ac superdeligato, quínque vrere videbuntur, summoueto & iterum imposito. si folia capparis non sint, radices cortex contritus, & ex vino temperatus eodem pacto vinciatur, quod valet etiam ad dolorem splenis.

20 » Quanquàm non sit inflammatio in ano, potest tamen dolere, quòd à materiâ pituitosa atque acri distentus mordeatur: proximè autè & pituitam causatur & bilem. hoc quùm accidit, acriora adhibet medicamenta, quòd non timeat inflammationis feruorem, quamobrem non lenientibus pugnat, sed his, quæ doloris causam tollunt. hæc autè valentem detergendi ac siccandi facultatem habent. qualia adhibentur à Galeno, vbi tormina infestent, & vires robustæ sint. ea siquidè est propria sanatio, cùm morbi causa summouetur. Quæ igitur primo ab Hippocrate traduntur, siccare valenter possunt, & pituitam liquare atque absumere. Capparis quidem folia & cortex detergunt, adstringunt aliquantulum atq; etiam incidunt, ac si nascuntur in regione calidâ, possunt etiam vrere, quod ipse cauet summouēs, vbi vrere videantur, atq; iterum imponens: cortex autem validior est, quàm folia. Valet item capparis ad lienis dolorem, siue extrinsecus imponatur (quod hîc agit) siue deuoretur, aut in portione sumatur. solent enim lienis affectus à crasso ac glutinoso humore proficisci, quem capparis incidit, discutit, atque extenuat, ità, vt (Galeno auctore) aptetur leni, vt quiduis aliud.

» **I**nter hæc cataplasmata, quæ refrigerant, fluxum prohibent: quæ calefaciunt & molliunt, digerendo idonea sunt: quæ proprietatè habent ad se trahendi, siccant atque extenuant. oritur autem hic morbus, quùm bilis & pituita eam sedem occupant. Vbi anus inflāmetur, inungatur mixturâ, quæ refinam, 30 oleum, ceram, plumbi crementum atque adipem accipiat, quæ calefacta liquentur atque illinantur.

» Quod inquit [inter hæc cataplasmata] non tantum ad ea refertur, quæ proximè, sed communiter ad ea, quæ hætenus ad anum habita sunt, ex quorū viribus effectum recenset, quod illis consentaneum est, quæ à Galeno in primis libris de simplicium medicamentorū facultate proponuntur. si quis autem intelligere velit, quæ nam ea sint, quæ repellere ait, tum digerere, aut extenuare, legat, quæ antè declarata sunt, quùm vniuscuiusq; vires sigillatim exposuimus.

Atqui vitium hoc, quod suprà fieri demonstraui à pituitâ falsâ, nunc nasci ait à bile & pituitâ simul. quoniam idem sequitur, siue pituita cum bile iungatur, siue putrescens falsa fiat: incenditur enim, quum propositum ani morbum infert. Quod in fine adiicit ad inflammationem ani, accipere debemus, quum dolor accedat: nam alioquin, si citra dolorem sit, per ea sanatur, quæ in prioribus tradidit, quum cataplasmata ex hederâ & ex farinâ superinduxit. Ergo, si inflammatio sit cum dolore, grauiori scilicet, quum nūquàm dolore penitus vacet, hæc mixtura vtiliter inungitur. mollit enim ac leuat inflammationem sine morfu: quod Galenus seruari voluit, quantum fieri potest, vbi pars aliqua doleat simul & inflammetur: iubet enim in septimo de compositione medicamentorum generatim ad morbos attinentium, vt mitiora dentur, siquidē quæ valida sunt, inflammationis feruorem intendunt, quomobrem incipiendum ait à modicè calidis & valdè humidis: dein paulatim transeundum ad ea, quæ crassiora sunt & sicciora: postremò relaxantibus ac mollientibus pugnandū. Proposita igitur mixtura maximè ad rem facit, scilicet ad inflammationē cum dolore præsertim in ano, ad quem aptantur mitiora præsidia, & quæ nullū inferant mordentium sensum. Accipit hæc compositio plumbi recrementū, quod sine vlllo morfu siccandi vim habet, & quod expeditissimū est, cum alijs liquatur, quare ex omnibus fit medicamentum maximè idoneum. Galenus ad hūc vsum emplastrum inijcit diachalciteos ex rosa vel alio liquatum.

FINIS LIBRI DE FISTVLIS  
HIPPOCRATIS CVM EX-  
POSITIONE VIDII.

# Hippocrates de vulneribus capitis

VIDO VIDIO FLORENTINO INTERPRETE,  
CVM EIVSDEM VIDII COMMENTARIO.



10 Composuit Hippocrates librum vnum de articulis, alterū de fracturis, vbi latē indicauit, quæcunq; ad ossa, tum fracta, tum prolapsa pertinerent, illis exceptis, quæ capiti accidunt: hæc, quia vinciendi rationem, & totam ferē curationem diuersam exigunt, separatim in hunc librum contulit: quem inscripsit *περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τραυμάτων*. nos vertimus de vulneribus capitis. *τράυμα* enim, siue *τράυμα* (vt sæpe Galenus testatur) vulnus significat: quod in capite, vel in sola carne est & cute, vel vsque ad os penetrat, hoc autem interdum læditur, interdum inuiolatum seruatur, si in sola carne est & cute, ad librum Hippocratis de vlceribus pertinet, si vsque ad os penetrat, tractatur in hoc opere. Nec est quodd dubites, sit ne germanum Hippocratis, quando in eo traditur, quod in alijs libris, qui de articulis & de fracturis sunt, restabat scribendum, & tam sententiæ, q̃ stilius ab Hippocrate ipso non abhorrent. Quam  
20 rem comprobat etiā Galenus, qui in sexto de ratione curādi doctrinā hanc, & eam, quæ est in libro de fracturis, perfectam fuisse ab Hippocrate testatur, & huius operis explanationem, quā pollicetur, se fecisse autumat, eiusq; meminit pluribus locis, qui à nobis adducētur, vbicunq; aptari ad exponendā mentem Hippocratis videbūtur. Voluimus autem non solum interpretis officio fungi è græco in latinum vertentes, sed commentaria quoque de nostro adijcere, vt multa aperiamus, quæ obscurē ab Hippocrate traduntur: & si qua desint aliunde à Galeno & idoneis auctoribus petamus. quod minimè opus esset, si extaret, quam Galenus exarauit, explanatio: nunc quoniā tanto hominū detrimento nulla extat, satius duximus has nostras annotationes (quæcunq; illæ  
30 fuerint) edere, quā pati, vt, quæ nos multis vigilijs multoque labore animaduertimus, ab altero & labore & vigilijs itidem comparētur. Spero equidē non ingratis fore, præsertim cum curationem, quam scribit Hippocrates ad vulnera capitis, sigillatim cū ea conseramus, quæ à nostri seculi chirurgis frequentatur: quæ dii boni quantum distat? id quanquā explanationis fines excedit, operæ precium visum est, ne tantā nostrā perniciē perpetuo versari in ijsdem erroribus cogamur, qua in re Galenum ipsum sequimur, qui, quamuis explanationis legem ferat, interdum tamen ipsam transgreditur. Sed iam iam Hippocratem audiamus.

40 **H**ominum capita nihil sunt inter se similia. Capitis naturam proponit, antequā eius vitia & curationem doceat, quod in alijs quoque corporis partibus facere consuevit, qui, quū de manu, pede, cubito, genu, tractat, prius eorum naturam exequitur, deinde ad affectus & curationem transit. ignotā enim naturā partis, qui fieri potest, vt vel vitiū, vel curandi ratio intelligatur? Quare perspicuum est nonnulla, quæ in quodā exemplari ante proposita verba à principio leguntur, aduentitia esse, & nullo modo Hippocratis. alioquin prius traderet præcepta ad curāda, & dignoscēda vulnera capitis, deinde eius naturam indicaret, quod maximè absurdum



est, præcipuè cum eadè magnâ ex parte in sequentibus scribantur. adde quod <sup>1</sup>  
 illa propositis minimè connectuntur. Atque idcirco eam nos probauimus le-  
 ctionem, quam & ratio cõfirmat, & exemplaria vetustissima habent, vt Hip-  
 pocrates ita ordiatur [hominum capita nihil sunt inter se similia.]

Varietatem capitũ in hominibus maximâ esse indicat Aristoteles in primo  
 de historiâ animalũ. Hanc autè intelligũt omnes, quũ passim ea rotũda cõ-  
 spiciant, oblonga à priori, vel à posteriori parte, vel vtrinq; prominẽtia, & plus  
 & minũs, adeò, vt difficile sit homines similis capitis reperire. sicq; accipienda  
 est sentẽtia Hippocratis, vt capita hominum nihil sint inter se similia, hoc est,  
 vt valdè inter se distent, quod planum erit, si ad brutorũ capita comparentur, <sup>10</sup>  
 quæ ferè consimilia intuemur. Neque credendũ est Hippocratem voluisse ni-  
 hil prorsus simile in hominũ capitibus inueniri, sed, quemadmodũ in illis sen-  
 tentijs, quas aphorismos vocauit, quæ plærũq; accidunt, quasi perpetua scri-  
 bit, ita nunc, quæ valdè solent inter se discrepare, nihil habere similitudinis ait.  
 Datur itaque caput, figurâ & modo verè medium, quod pilam ceream vtrinq;  
 compressam refert, atque hic habitus capitis optimus est, qui ab eo recedit, vi-  
 tiosus: recedit autè casu aliquo, quemadmodũ illis, quos dixit in libro de aère  
 loco & aquâ capite oblongo esse, quod statim natis cõprimeretur: recedit item  
 vitio potentia corpora nostra componentis, tum materia, quæ modò superat,  
 modò deficit, modò minũs idonea est. pergit autem à dissimilitudine figuræ <sup>20</sup>  
 ad futuras, quæ plærũque pro huius varietate mutantur: plurimũ verò cõ-  
 ferunt, ad cognoscenda & curanda vulnera capitis.

**N**Ec futura caluaria omnibus eodem loco.  
 Sutararum caluaria, nec certus est numerus, nec certa sedes, quã rem  
 Hippocrates proximè indicat earum persequẽs varietatẽ. videmus interdum,  
 sed rarò, caput solidũ sine futuris. non quo non ibi sint suturæ, quia esse necesse  
 est, vt & cerebri vapores, & illi, qui in toto corpore sursum ferũtur, exitum ha-  
 beant, transireq; possint tam ligamẽta, quibus membrana, quæ sub cute calua-  
 riam tegit, & ea, quæ sub caluaria cerebrũ complectitur, inter se connectuntur,  
 quàm venæ, per quas alimentũ subministratur, ad hæc, vt membrana, quæ su- <sup>30</sup>  
 per caluariam est, producat: sed, quo sint adeò compressæ, vt caput solidum  
 prorsus appareat. Contrà nonnunquàm suturæ complures sunt, atque ita ma-  
 nifestæ, vt caluaria ossa dehiscere magis, quàm cõmitti inter se videatur, aliæ  
 his interiectæ sunt, & tanquàm mediæ, quæ duntaxat rectè se habent, neq; ca-  
 put ita obnoxium reddunt aut morbis, qui ab interioribus causis oriũtur, sicut  
 priores, aut exterioribus noxis, sicut posteriores. Similiter tamen se habent su-  
 turæ in viris, atque in fœminis: nullũ enim discrimen, aut oculis ipsis videmus,  
 aut ab Hippocrate vel Galeno notatũ legimus. quãquàm Aristoteles in primo  
 de natura animalũ futuram fœminę vnã in orbem ponit: viri autem tres si-  
 mul coeunt, cui non subscribimus, sed sensum magis sequimur, quem quũ <sup>40</sup>  
 ipse docuerit rationi anteponendum, quanto magis auctoritati præferemus?  
 Ergo quod ad suturarum numerum & positionem pertinet, vbi caput optimi  
 habitus sit, vt (quẽadmodũ diximus) à priori & à posteriori parte promineat,  
 tres habet futuras, vt Hippocrates etiã mōstrabit, quarũ vna procedit à priori  
 parte transuersa, quã coronæ collocabatur: altera in occipitio similiter trāsuer-  
 sa ad figuram græcę literæ .Λ. tertia per mediũ caput in longitudinem fertur,  
 & ad vtranque trāsuerfam terminatur. quo fit, vt tres simul. Λ. literam referant.  
 nonnunquàm

## DE VVLNERIBVS CAP.

63

nonnunquam etiam futura, quæ in longitudinem tendit, non terminatur ad eam, quæ tranſuerſa à priori parte progreditur, ſed ulterius porrecta inter ſupercilia deſinit. Præter has ternas ſunt etiam aliæ capitis futuræ, vt in malis & in illis offibus, quæ à lapidis ſimilitudine *Λιθοειδῆς* nuncupantur (hæ modo dici debeant futuræ) quarum non meminit Hippocrates, de tantum enim illis loquitur, quæ caluariâ continentur, Quod ſi caput vtrinque non promineat, ſed vel alterutra, vel vtraque prominentia deſit, quo pacto ſeruetur, & ſedes & numerus futurarum, nunc explanat, inquit igitur.

10 **S**ed qui in priori capitis parte prominentiam habet (eſt autem prominētia ſid offis, quod præter aliud rotundū extat) huic futuræ caluariæ. T. literam repræſentat, quum breuior linea ſita ſit ſuper prominētiâ tranſuerſa, altera per mediam caluariam perpetua in longitudinem ad ceruices procedat. Cui prominet pars capitis poſterior, futuræ contrariâ ratione, atque in priori conſpiciuntur: nam breuior linea tranſuerſa ſuper prominentiam fertur: longior per mediam caluariam ad frontem perpetua. At ſi caput vtrinque: & à priori & à poſteriori parte promineat, futuræ. H. literæ ſimilitudinem habent, & ex lineis longiores tranſuerſæ ſuper vtranque prominentiam progrediuntur, breuior per mediam caluariam in longitudinem ducta ad vtranque longiorē lineam terminatur. Caput, quod neutrâ parte prominet, futuras habet ad imaginem 20 literæ. X. alterâ linea tranſuerſa ad tempus tendente, per mediam caluariam in longitudinem alterâ.

Propoſita verba clariora ſunt, quàm vt enodationē requirant, illud tantum adiſciam, non mirum eſſe, ſi, vbi vna prominentia deſit, futuræ mutantur: hæ ſiquidem & alijs de cauſis factæ ſunt, & eâ potiſſimum, vt vapores exitum habeant: quamobrem, vbi capitis atq; idcirco cerebri modus & figura mutetur, neceſſe eſt, numerus quoque futurarum, & ſedes moueatur. vapores enim, qui à cerebro excitantur, pro amplitudine eius atque exiguitate, proq; ſitu in hac parte magis quàm in illâ, & pluribus, & paucioribus futuris egent, & alio atq; alio loco collocatis: hiſq; interdum non ferræ, ſed vnguïs vel cunei ſpeciē v30 riè referentibus. Hic autem eſt vnus ex locis, qui cogunt nos ſateri librum hunc eſſe, quem Hippocrates compoſuit de vulneribus capitis, cum proxima verba nono libro de vſu partium à Galeno omnia laudentur, vbi præter quatuor capitis figuras, quas Hippocrates narrauit, indicat quintam poſſe animo cōcipi, ſed re vera non inueniri, vt ſcilicet vtrinque à temporibus promineat.

**P**orro caluaria media duplex eſt, oſſaq; eius, & à ſummâ parte, qua carne contegitur, & ab imâ, quâ cerebri membranâ contegit, duriffima ſunt maxime deſa & leuia, ſed quum à ſummâ & ab imâ diſcedis, ex duriffimis & maxime denſis, minus denſa, mollia magis, & caua inuenies vſque ad interiorem partem, qua inter ſe connectuntur: hæc autem maxime caua eſt, molliſſima & 40 ſpongiæ ſimilis.

A futuris caluariæ ad offis naturam tranſit: & primò mollitudinem, & duritiem, deinde craſſitudinem & tenuitatem exequitur, vt inde prognostica ſigna & morbum colligat. os igitur medium duplex eſſe demōſtrat, ſic, vt tam ſumma pars, quæ membranâ proximè cingitur, deinde verò carne: q̄ ima, quæ craſſiorem cerebri membranâ complectitur, duriffima ſit maxime denſa & leuis: interior verò, caua, mollis, & ſpongiæ ſimilis, quod neceſſe fuit propter vapores cerebri tenuiores, qui, quâuis per futuras cum craſſioribus digerantur,



non tamen adeo, quin opus fuerit in totâ caluariâ alijs foraminibus, non rectis  
 sicut in cribro (quod nonnulli affirmarunt) sed, quemadmodû in spongia tor-  
 tuosis, ne sine vllâ morâ aër protinus ad cerebrum aspiraret. Ceterum leuê esse  
 summâ partē & imam oportuit, ne si foraminibus aspera & inæqualis fuisset,  
 membranâ exasperasset. Caluaria ergo media duplex est, neque aliter esse po-  
 tuit: nam crassa & densa caput nimium oneraret, densa ac tenuis breuitate iti-  
 neris, per quod telû transeundum esset, fracturâ periclitaretur. Reliquum ergo  
 fuit, vt crassa esset, & minimè densa, ac propterea duplex, vt ab interioribus  
 partibus rara spongiam referret, tum propter locû, quem facit cerebri expira-  
 tionibus, tum, ne pòdere ipso læderet, ac ne fracturæ obnoxia esset, ab exterioribus  
 densa. Addit Hippocrates [leuis] quam rem exprimit vocabulo *ἰμοχρῶν*,  
 quod apud ipsum leuitatem significat, & æqualitatē corporis, non similitudi-  
 nem coloris, vt quibusdam placuit *χροῖς* nomine deceptis, id vel ex eo cōpro-  
 batur, quod apud eundē Hippocratem in libro de fracturis legitur, vbi eos re-  
 prehendit, qui brachium pronum alligabant: mouebantur autē eo, quòd bra-  
 chio ita figurato, partes æqualitatē seruarent, quam ibi *ἰμοχρῶν* nominat. *χροῖς*  
 enim non tantum colorem, sed corpus etiam significat, quemadmodû & *χρῶς*,  
 à quo deducitur, vt apertè colligitur ex Theocriti pharmaceutria, quum ait.

*Αἱ αἰ ἔργας ἀναρῶ, τί μιν μέλαρ ἐν χροῖς ᾄμα,  
 ἔμφος ὡς λιμνῆς ἀπαρ ἐν βορέλλᾳ πύτωνας?*

» **Q**uin & vniuersa caluaria à summo & ab imo, parte exiguâ admodû ex-  
 » ceptâ, spongiam representat, plenâque est carunculae similis, madentisq;  
 » quæuē, si digitis teratur, in sanguinē vertitur. Discurrunt etiam in ossē venulæ  
 » tenues sanguinis plenæ. Quod igitur ad duritiem mollitudinem & cavitatem  
 » attinet, caluaria sic habet.

Caluaria non solum media, quam duplicem posuit, summâ & imâ parte  
 exceptâ, rara est, & spongiæ similis: sed vniuersa etiam, quanquàm id magis  
 perspicuum est in medio. Igitur caluariæ os, præter tenuissimam partem à  
 summo, hoc est, ab exteriori parte, & ab imo, hoc est, versus cerebrum instar  
 spongiæ totum cauis & foraminibus distinguitur: causam suprà narrauimus. 30  
 continentur autē huiusmodi cauis humidæ carunculae spongiæ similes, molles  
 nimirum & raræ, quæ digitis attritæ resoluuntur in sanguinē: præstant autem  
 id, quod ceteris ossibus medulla, nempe alimentum: ossa enim quæ medullâ ca-  
 rent, rara sunt & plena foraminum, quibus materia quædam includitur, me-  
 dullæ nō dissimilis, vnde ali possint. Hic quidem est præcipuus caruncularum  
 vsus: cui addere id possumus, quod sicut architecti fornices inanibus testis re-  
 ferriunt, ne pondere ipso ruant, sic natura carunculis raris ac mollibus caua os-  
 sium compleuit, vt citra oneris violentiam plena sint. Materiam verò carūcu-  
 lis impertiunt venæ illæ tenues, quas ait in ossē discurrere. Hactenus de molli-  
 tie cavitatis & duritie ossis.

» **Q**uod ad crassitudinem & tenuitatē, ex vniuerso caluariæ ossē id tenuissi-  
 » mum est, & infirmissimum, quod inter frontem & verticem est, idemq;  
 » paucissimâ & tenuissimâ carne contegitur. hac itē parte plurimū cerebri sub-  
 » est. Quamobrem vbi vulnus ac telum æquale sit, vel etiam minus, ictus similis  
 » aut leuior, os hac parte magis colliditur, finditur ac desidit, in quo casu res ma-  
 » gis ad interitū præcipitat, maiori negotio curatur, & vitatur mors, quàm cūm  
 » id incidit qualibet aliâ capitis parte. Ex pari item vulnere, pari ictu, vbi alio-  
 » quin



- 1 " quin plaga lethalis fit, homo celerius moritur, cū hāc parte caluariæ percussus  
 " est, q̄ cū aliā quauis, quoniā cerebrū inter frontem & verticem celerrimē ac  
 " maximē sentit id malū, quod accepit os & caro: tegitur enim hāc parte osse te-  
 " nuissimo, carne itē paucā, plurimūq; cerebri inter frōtem & verticē cōtinetur.

Natura, quē nihil agit frustra, quāuē Hippocrates iustissimā appellauit, os, qđ in vertice, & quod inter hūc & frontē est, nō immeritō tenuissimū fecit, atque infirmissimū: hęc enim inter alias partes ictibus minimē est opportuna, atque idcirco muniri nō debuit crasso & robusto osse, qđ frustra oneri fuisset. Quāuis autē Hippocrates inter frontē & verticē esse istiusmodi os dixerit, nihilominus in vertice etiā tale reperitur, qđ nō tātū à Galeno didicimus, sed ipsis quoque oculis intuemur. Tantū id, quod subdit [hāc itē parte plurimū cerebri subest] refertur ad eā regionē dūtaxat, quæ est inter frontē & verticē. At cum partis natura, vbi cognita est, nō modō curationē indicet, sed multū quoq; ad noxę cognitionē, atq; ad prognosticationē cōferat, Hippocrates ex tenuitate atq; infirmitate ossis inter frōtem & verticē, atq; ex eo, qđ ibi plurimū cerebri subest, cuius momenti, plaga sit eius loci demonstrat, quę res etiā ad exprimendam partis naturā cōducit. inquit ergo, à simili plagā, telo, ictu, aut etiā leuiori os hāc parte collidi, findi magis & desidere, tum malum perniciosius esse, atque ægius curationē admittere, & vbi vulnus alioquin lethale sit, hominē celerius decedere, q̄ vbi aliā quauis percutiatur. causa, quāobrem hoc accidit, & per se nota est, & ab ipso declaratur. Quod autē ait [os hāc parte magis colliditur, finditur & desidit] fortasse obscurū videbitur, cū nō itā cōstet, quæ vitia his vocabulis significantur: cumq; nōnulla alia vitiorū genera sub ictu ossibus incidāt, quæ hic omittit. Nos in sequentibus cū quinque modos exponemus, quibus Hippocrates voluit os caluarię violari, quid hęc sibi velint aperiemus. nūc tantū indicasse sufficiat ex modis, quibus percussā caluaria lēditur, ternis, quos nūc proposuit. magis patere os, quod à priori parte est, minus qđ à posteriori. Sed os verticis, quia tenuissimū est, facilius finditur & colliditur, siquidē eiusmodi ictus sub graui telo incidit: hoc autē magis lēdit, qđ tenue, q̄ qđ crassū est. Restāt alij duo ictus, his quę ossa magis pateāt, in sequentibus apparebit.

20 " **E**X ceteris os temporū infirmissimū est, q̄ maxilla in tēpore quāum caluariā cōmittatur, & sursum ac deorsum moueatur articuli modo, quod iuxta sit iter, per quod facultas audiēdi est, quod vena caua & valida per tēpus intēdat.

Inter caluarię ossa infirmissimū ponit id, qđ est inter frōtē & verticē, quod tenuissimū quoq; esse iā narrauit: inter alia deinde id, qđ est in tēporibus. Nos antē cuiusmodi sit hoc os explanabimus, deinde sentētiā Hippocratis aggrediemur. A posteriori parte capitis ad eā futurā, quę gręcā. λ. literā refert, terminatur quoddā os durissimū, ac lapidi simile, qđ duos exigit p̄cessus, alterū stilo, alterū extremā māmille nō dissimile, iuxta quos sitū est foramē auris: idem os, cū versus priorē partē intendit, tertiū processum exigit, qui cū genæ ossē iunctus iugale os p̄ducit: cū vero ad superiora porrigitur, in tēpore cū superiori capitis osse cōmittitur, itā, vt vtrunq; tenuetur ad modū squamę, & inferiori superiori insidat. Hoc itaq; os variū est, in tēporibus autē infirmissimū, nō solum si ad alias sui partes, sed etiā si, illo excepto, quod inter frōtē & verticem est, ad cetera caluariæ ossa cōparetur. Hippocrates huius rei tria causatur, cōmissuram cum motu maxillæ, foramen auris, & grandiolem venam, quæ per tēpus fertur: hęc vnā cum ossis infirmitatē ipsum quoq; locū infirmissimum

reddunt. Maxilla quidē, quū in cauo eius ossis altero processu, insinuatur, efficit, ut os ob cauū illud imbecillius sit, & locus propter musculos, quibus continetur periculosius lædatur, ac propterea debilius sit. Ob auris verò foramen os ictui minùs resistit, q̃ si solidum esset: præterquàm quod nervus, per quē audiēdi facultas nobis datur, quū iuxta sit, huic loco maius periculū affert, ubi vulneretur, ac propterea illum reddit infirmiorē. Quod pertinet ad venā, quæ per tēpus fertur, scire licet præter alias, quæ à maximā illā venā cauā diducūt ad collum quatuor oriri, quas *σφαγίτιδας* nuncupāt, duæ per interiora procedūt, totidē per exteriora, utrāq; capitis & colli partes nutriunt, sed illæ altiores, hæ verò summas, & per tēpora quoq; feruntur, atque ibi grādiore sunt. Hippo- 10 crates cauas venas intelligit grādes, quæ sunt etiā validiores: nam & vena illa, quæ oritur à gibbā iocinoris parte, quod sit omniū maxima (auctore Galeno) dicta est caua: illius etiā venę, quæ per tēpus intendit, particula propē maxillæ cōmissuram intrō ad cerebrū fertur. Cum venā item arteria nō dissimilis magnitudinis per tēpus procedit: venas enim & arterias ferē ubiq; iunctas videmus, & apud veteres sub nomine venę arteria etiā cōprehēditur. Vena ergo & ppter consortiū cū cerebro, & propter suā magnitudinē efficit, ut locus nō sine magno periculo violeatur: atq; idcirco imbecillior sit, qđ infra etiā demonstrat, quā de plagā à medico incidēda: cauet enim, ne regio, quæ iuxta tēpus est, incidatur ob venā, quæ per eā partē porrigitur, subditq; periculū esse, ne si vna 20 pars secetur, altera nervorū distēctione prehēdatur, qđ suo loco explanabimus.

» **E**X vniuersā caluariā id, qđ post aures & verticē est, robustius est, & carne cōtinetur copiosiore atq; altiore, q̃ omne id, quod à priori parte est. Quocirca » ubi vulnera ac tela paria similiaq; oīa sint, vel etiā maiora, atq; homo equaliter, » vel etiā grauius pcutiatur, hæc parte caluariæ minùs finditur & colliditur: ac si » alioquin ex vulnere homini intereūdū sit, noxā ī posteriori parte existēte diutius » trahitur, cū os ob crassitudinē diuturniori tpe pus cōtrahat, & inferiūs ad cerebrū transfundat. Præterea hæc parte minùs cerebri subest: & plarūq; ex ijs, qui » posteriori caluariæ parte vulnerātur, plures mortē euadūt, q̃ ex ijs, qui ī priori.

Proposito osse tenuissimo nimirū inter frontē & verticē, atq; in tēporibus, 30 restabat & id, qđ à priori, & id, quod à posteriori parte est, hæc inter se collata mirā nūc breuitate cōplectitur, simul & eorū firmitatē, & utrū firmitus sit demonstrās. inquit ergo os, quod post aures & verticē est, hoc est, in occipitio, valentius esse, q̃ omne id, quod à priori parte: hoc autē ipsis oculis patet: nā quod post aures est, lapidi similis videtur, q̃ ossi: quod post verticē, similiter crassū & dēsum est: quod in frōte, si, cum osse tēporū cōferatur, & cum eo, quod sitū est inter frontē & verticē, firmū est crassum ac dēsum, si cum eo, quod secundū aures & verticē, tenue atq; infirmū. Meritō igitur inquit posteriorem partem collidi minùs & findi (nam de alijs, quæ præter fissā & collisā, sub ictu caluariæ accidūt, paulō post tractabit) quàm priorem, atque ex plagā posterioris partis, 40 ubi alioquin mortifera sit, hominem tardiùs decedere: cuius rei causā ponit crassitudinem ossis, quod pus diuturniori tēpore cōtrahit, & ad cerebrū transfundit. osse quidem purulēto subiectā membranā ac cerebrum ipsum affici, & ægrū consumi nemo dubitat: quā ratione autē os purulentū reddatur, abundē in sequentibus ab Hippocrate exponitur, quū præcipit, ut rectē carnem curemus, ne os fusa inde sanie corrumpatur: neque enim ita dēsum est, quin suis foraminibus faniem admittat, quæ tēpore ipsum efficit purulētum, idē docuit in libro



1 in libro de fracturis, vbi deligandi rationē tradens inquit [si minū rectē alligemus; periculū est, ne os corrumpatur, sanie à carne ad ipsū expressā] & nō multō pōst [si fractura vtrinq̃ vinciatur, sanies ad ossā feretur, eaq̃ abscedēt, quā minime abscessura fuissent.] Iam verō os, quod crassū est, & dēsum longiori tēpore purulētum fit, quū non itā facīlē vitietur sanie defluente. Quod postremō scribit plures mortē euadere ex ijs, qui posteriori parte capitis vulnerantur, euidentissimū est: quia minū cerebri occipitio subest, nō enim prominet aq̃uē atq̃ in fronte, id item, quod subest, ob crassitudinē ossis non aq̃uē sub ictu violatur, neque itā periculōsē lāditur atque in fronte. Quacūque autē parte cerebrum vulneretur, si telum altē infederit (teste Hippocrate) res lethalis est. ex ijs, quibus telum summā cerebri partem duntaxat attigerat, Galenus aliquot vidit conualuisse, quāuis & iuuenem quoque scribat Smyrnæ in Ioniā sanatū, cui telum vsq̃ue ad alterū ex anterioribus cerebri vētriculis penetrauerat: subdit tamen, si vterq̃ vētricus vulneratus fuisset, ne paruo quidē tēpore seruari hominē potuisset: sed hęc rarissima sunt. Cerebri igitur vulnus lethale est, cumq̃; magis hoc incidat in priori parte, q̃ in posteriori, nō immeritō ait plures mori ex ijs, qui priori parte capitis vulnerātur, q̃ ex ijs, qui in posteriori.

» **H**yme autem offensus diutius viuit, quā astate, vbi alioquin ex vulnere, quacūque parte capitis fuerit, interiturus sit.

20 Voluit Hippocrates corpora nostra calore innato sustineri, ab eoq̃; naturales omnes actiones prouenire, & morbos exolui, cum pus moueat, molliat, extenuet, dolorē tollat, neruorū rigori & distēctioni medeatur: fracturis deniq̃; & vlceribus remedio sit, eūdēque hyeme potentiorē esse, q̃ astate: causam nos docuit Aristoteles, quū tradit calorem in vnū coactum augeri: cogi autem, quū refugiat ambiēs frigus. Quāobrem nihil mirū, si vbi vulnus mortiferū sit, æger diutius viuat hyeme, q̃ astate. Constat enim naturalē calorem, quū soluere morbum nō valet, certā vitæ spacium porrigere, magisque, vbi magis abundet & potētor sit, quod hyeme fieri ostendimus. Cur autem in libro de vlceribus plērisque dicat magis prodesse calidam tempestatem, q̃ hyemē, nisi

30 in capite sint & ventre, tunc enodauiimus, quū eum locum explanauimus.

» **V**T autem os sub telo acuto ac leui incidatur duntaxat, neque findatur, neque collidatur, neque desidat, in priori ac posteriori parte capitis similiter accidit: at mors non aq̃uē inde sequitur, neque etiam si sequatur.

Diximus caluariā pluribus modis vulnerari, atq̃; horū nōnullis magis patere priorem partē, q̃ posteriorem: magis enim finditur, colliditur & desidat: nōnullis similiter vtrāq̃; exponi, quod in eo euenit, quē proximis verbis demonstrat: sub telo enim acuto & leui aq̃uē inciditur posterior pars ac prior, si de ossē inciso tantū loquamur, quod non findatur, non collidatur, non desidat. Videtur autē hic locus aliquātū obscurus, sed aliquid luminis afferemus, vbi

40 hos modos sigillatim exponemus. Quod subdit [At mors non aq̃uē inde sequitur, neque etiā si sequatur] duo notat, & eiusmodi casum non similiter perniciosum esse in posteriori parte, vt in priori: neque pariter mortē afferre, vbi ad interitū præcipitat, hoc est, non eodē tēpore, sed maturius decedere, quibus anterior caluariæ pars incisa est, vt suprà quoq̃; demonstrauit, cum de eā loqueretur, tardiū quibus posterior. Causa in aperto est, cum priori parti plus cerebri subsit, & id, quod subest, noxā magis ac celerius sentiat, os autē, quod in posteriori parte est (vt antea dixit) diuturniori tēpore pus cōtrahat, & ad cerebrū



trāsfundat. Adiecit hæc, vt ex naturâ loci nō modò indicium vulneris & curan-  
di rationem colligat, sed prognosticationem quoque, atque hæc ipsa ad inue-  
stigandâ naturam partis etiâ cōducit, quo nomine ab Hippocrate hîc traditur.

» **S**utura, quæ nudato osse in plagâ conspicitur, quacunque parte capitis vul-  
» neratâ telum futuræ insederit, ad resistendum & ictui & telo infirmissima  
» est, vt, quum maximè, vbi regio inter frontem & verticem, quâ caput infirmis-  
» simum est, percussâ fuerit ad futuras, quas telum attigerit.

Quum capitis naturâ proponeret, vt inde eius affectu cognito possemus &  
opem asserre, & quod futurum esset prædicere, de futuris primò tractauit, postea  
ostendit ex partibus ossis, quænam periculosius lædantur: nunc ad futuras re- 10  
uertitur, similiter periculum ostendens: ait enim eum locum, qui futuris cōtinetur  
valde imbecillum esse, ad resistendum tam ictui, q̃m telo: addit autè maximè infir-  
mas esse eas futuras, quæ sunt inter frōtem & verticem, quam partem infirmis-  
simam posuit. quod clarius est, quàm vt disputationem postulet: nam quis du-  
bitet, si futura per se infirma est, infirmum item os, quod inter frontem & ver-  
ticem, vbi hæc in vnum concurrant, locum infirmissimum fore. quamobrem  
infrâ, quum agit de sectione ossis, cauet, ne ibi secetur, vbi futura est.

» **V**ulneratur autem caluariæ os tot modis, suntque vniuscuiusque modi vul-  
» neris, species fracturæ plures.

Hactenus caluariæ naturâ, quod ad futuras pertinet, atq; ossis habitum & fir- 20  
mitatem præfatus, ad eius iam affectus aggredditur, affectus inquam sub ictu inci-  
dentes (nanq; hos duntaxat operis inscriptio pollicetur) quorum varios esse mo-  
dos scribit, & singulos diuidi in species plures. modos hic intelligere debemus  
quasi genera seu differentias ipsorum affectuum: sic enim vocabulū *ῥῆμας*, id est,  
modus à Galeno exponitur in libro de officinâ medici, vbi hunc Hippocratis  
locum adducit. inquit igitur Hippocrates caluariæ os tot modis vulnerari, quot  
proximè subiicit. Sed, quum res per se difficilis sit, & locus admodum corruptus,  
atq; obscurus, ne laboremus simul in re ipsâ aperiendâ, & in verbis Hippocra-  
tis enodandis, satius arbitramur aliquantisper ab Hippocratis oratione digre-  
di modos singulos enarrantes, deinde ad eam reuerti.

Caluaria (sicut infrâ ex Hippocrate colligitur) pro teli ictus atq; ossis varietate 30  
variè frangitur: Galenus tam in libro de morborum causis, q̃m in sexto de ratione  
curandi eius rei tria tantum genera proposuit, vbi videlicet, caluaria colliditur,  
finditur, vel ita inciditur, vt in osse appareat, qua telum insederit. Nonnulli plura  
alia adseripserunt, quæ ad illa tria quasi partes ad genera, aut quasi cōposita ad  
simplicia referuntur. Primū ergo fracturæ genus apud Galenū est, vbi os colli-  
ditur, quod plerumque accidit tenerâ ætate sub telo graui ac retuso. Teli autem  
nomine nunc intelligi volo, non modò id, quo alter alterum vulnerat, sed quod  
super hominem incidit, vel super quod ipse cadit. atq; hoc genus propriè dici  
fractura non deberet: nō enim frangitur os, sed potius deprimitur, sub fractura 40  
tamen cōprehenditur, quatenus aliquo modo continuū soluitur, quod malū in  
osse fractura nūcupatur: quare infrâ quoque ab Hippocrate collisum os ad fra-  
ctum, quasi species ad genus refertur. Alterum fracturæ genus ponitur à Gale-  
no, quum os finditur, idq; similiter graui telo ac retuso accidit, & ferè vbi ætas  
induruit. hæc autè duo mala collisum, scilicet & fissum, non ita sunt in poste-  
riori parte ob crassitudinē ossis, vt ab Hippocrate docemur. at roget quis quo-  
nā pacto hoc genus simplex sit, cureturq; à Galeno in sexto de ratione curandi  
fissum

## DE VV'LNERIBVS CAP.

69

- 1 fissum simpliciter, quod minimè collisum sit: quum Hippocrates nō posse findi os velit, nisi collidatur. Huic dubitationi optimè occurremus, si (quēadmodū Paulus Aegineta scribit) os & leuiter & grauiter collidi intelligamus: graui enim ac retuso telo itā vehementer os interdū colliditur, vt quasi plumbeū vas deprimatur: interdum ita leuiter, vt paruipendi res debeat, & nullius momēti existimari. Ergo, vbi os finditur, necesse est collidatur, quum idem telū collidat simul & findat, sed ita leuiter interdū colliditur, vt quasi collisum nō sit, ad rimam vniuersa curatio dirigatur. Galenus cuius cōsiliū & ad perficiēda, quæ ab Hippocrate tradūtur, & ad curationē intendit, hoc appellat simpliciter fissum, quod fissum simul & collisum dicitur ab Hippocrate, qui non curationē, sed rationē vulnerū capitis exquisitè persequitur. aliud os, quod grauiter collisum est, nō solum vt fissum à Galeno curatur, sed vt fissum simul & collisum. quin & Hippocrates, quum ait [quo telo os finditur, eodē etiam colliditur] addit [plus minúsve] nō enim semper eodem pacto, sed nunc ampliūs, nūc minūs colliditur. Tertiū fracturæ genus tradit Galenus, cū os inciditur, sic, vt in eo teli vestigiū relinquatur, hoc leui telo fit atque acuto, quod interdū summam partem, interdū altē os diuidit, nonnunquā itā vt testā resoluat: perinde ac si ascia ligni fragmētū abscindatur, præsertim, si ictus à latere fuerit. vocatur autē à iunioribus ἀποσπασµός. siquidem σπένταρος græcè asciam significat. hæc de
- 20 simplicibus fracturis. Restat vt cuncta alia, quæ à varijs auctoribus traduntur, iisdem comprehendi demonstremus aut constare. Nonnunquā fractū os desinit, sic, vt cerebri membranā vrgeat, qui fracturæ modus ex duplici genere cōponitur, ex colliso & vel ex fisso, vel ex inciso: duo enim exigit, alterum, vt os deprimatur: alterū, vt ab alio, quod naturaliter habet, separetur: alioquin subiectam membranā haud premeret. Telū itaq; graue sit oportet, vt deorsum os subigat, neq; interest, acutū ne sit, an retusū: acuto inciditur os, & ab alio separatur, sic, vt deorsū ferri possit: retuso finditur, sic, vt ab alio similiter abscedat, ac si incideretur. Patet igitur hunc fracturæ modū duplici genere cōstare, cū os collidatur, & simul, seu findatur, seu incidatur. Iam verò os, quod fractū desinit, modò membranā vrget, modò in plura fragmēta perrūpitur, quæ membranæ, pariter inhaerent, hoc ἐκπλοσµα illud ἐκρίσµα græci nominarunt. Euenit etiā interdū, vt os, quod fractū deorsum cōpellitur, simul cū telo sursum reuertatur attollatūq;: quod malū (Galeno auctore καµάρισις vocatur: καµάρι enim (vt ipse octauo de vsu partiū indicat) cauā orbis partem significat: quomodo cūq; hoc accidit, ex duobus (vt retuli) fracturæ generibus cōponitur. Superest alius fracturæ modus, qui ex rimarū genere est, quum plaga in vnā parte cōspicitur, sed alterā fissa est, in quā nullum plagæ vestigium apparet, huiusmodi fractura græcè ἀπὸ χηµα, siue ἀποσπασµα nominatur. Hæc sunt fracturæ genera, quæ vel animo cōcipimus, vel scripta inuenimus. singula autē (vt ostēdimus) ad tria illa
- 40 simplicia referūtur. Nūc quod ad Hippocratē attinet, scire cōuenit præter trēs modos simplices ex nūc propositis binos alios hic adscripsisse, aded, vt quinq; in vniuersum recēseat, fissum: collisum: tertiū, cū os deorsum subsidit: quartum, cū inciditur, seu telū summā partem violet, seu altē penetret, ac siue os incidatur tātūm, siue incidatur, & vel findatur collidatūque, vel solummodò collidatur: quintum, quum finditur aliā parte, quā vbi plaga se ostendit. His quinque modis complectitur omnes differentias, quas suprà narrauimus: nāque ex duabus, quas videri potuit omisisse, vna cum fractū os attollitur, sub eo



modo comprehenditur, quum fractum desedit: quoniam quod attollitur (vt diximus) ante necesse est desedisse: altera, vbi ita inciditur, vt excidatur, & fragmentum inde recedat, spectat ad eum modum, quem quarto loco narrauit. Abundè itaque singulos fracturæ modos exposuit, neque contentus tribus illis simplicibus, vt perfectè rationem vulnere capitis indicaret, compositos etiam addidit: quod non fecit Galenus, cuius fuisse propositum diximus, non vulnere deferretur persequi, sed, quod in Hippocrate desiderabatur adijcere, & ad curationem intendere: ad id autem abundè fuit ternos simplices modos narrasse. Addit vnicuique modo species complures, quas ab ipso audiemus. inquit igitur.

» **F**inditur os vulnere: vbi autem findatur, necesse est collidi id, quod iuxta rimam est, siquidem quo telo os finditur, eodè plus minusve etià colliditur, idque dum finditur. Hic est vnus modus. Species autè rimarum variè sunt, nonnullæ enim tenuiores sunt, nonnullæ tenuissimæ ita, vt minimè conspicuæ sint, nec ab ictu protinus, nec quibus diebus afferre opem liceret, idque hominè ad interitum præcipitat. Contrà aliæ crassiores & latiores, aliæ latissimæ: quædam longiores, quædam breuiiores: quædam rectiores, quædam rectissimæ, aliæ magis aut minus flexuosæ: nonnullæ in summo, nonnullæ altius descendunt, nonnullæ per totum os vsque ad imum penetrant.

Primum fracturæ modum, rimam videlicet, his verbis persequitur. docet autè findi os non posse, nisi collidatur: telum enim, quod findit, etiam collidit: hoc autem (vt supra indicauius) graue sit & retulsum oportet: quod ipse quoque in sequentibus declarabit, vbi præcipiet requiri ab homine, quo pacto percussus fuerit, vt inde noxæ genus intelligatur. hoc tamè non vt perpetuum, sed, vt quod plerumque euenit, accipiendum est: quoniam (vt subdit) si plaga ad futuras sit, qui locus est imbecillior, quum os inciditur: potest etià findi, quauis id telo acuto fiat: atque hoc est, quod supra diximus caluariam non solum ob ictum ac teli, sed ossis etiam varietatè variè lædi. Rimarum species varias subiicit: quod spectat ad tenuitatè, & si tenues sint omnes, non tamè ita, vt nullum sit inter eas discrimen: quoniam nonnullæ crassiores sunt & latiores, nonnullæ latissimæ, quantum videlicet, rimæ ratio patitur, quæ perpetuò tenuitatè postulat, nonnullæ contrà adeò tenues sunt, vt neque ab ictu protinus, nec quo tempore curari possent se ostendat, quæ res hominè interimit. Quod Paulus etià testatur, qui rimam tenuissimam dictam à capillo *τριχιδίου*, quum lateat, ac propterea non attendatur, prodidit hominem occidere. hunc autem Hippocratis locum in græco codice admodum corruptum ex eodem Paulo restituius. reliquæ species rimarum in aperto sunt.

» **C**ollidi etiam os potest, quauis in suo statu seruetur, & colliso rima non accedat: hic secundus. collisi verò species sunt plures: nam plus minusve colliditur, & altius ac totum os, vel in summo magis & non totum, & plus, minusve etiam quod ad longitudinem & latitudinem pertinet: sed nulla conspectu cognoscitur qualis sit & quanta: neque enim, vbi quid collisum est, ab ictu protinus, quod collisum est, & malum ipsum oculis patet: sicut etià osse fisso nonnullæ ex rimis, quæ longius tendunt.

Alterum modum dicit collisum, sub quo naturaliter os habet, & non finditur: solummodò enim colliditur. Species collisi plures sunt, quæ à principio latent: neque enim apparet forma & quantitas ipsius noxæ, nisi tempore, quum os nigrescit. adijcit in fine [sicut etiam fisso osse nonnullæ ex rimis, quæ longius tendunt] vbi eas rimas significat, non quæ præ tenuitate non apparerent, sed, quæ



1 quæ vel vltra plagam longius feruntur, quas Galenus vsque ad finem totas persequendas scalpro noluit, vel alterâ parte sunt, non quâ plaga illata est, & sub quinto modo in sequentibus comprehenduntur.

» **D**esidit os à suo statu in interiorem partem recedens, in quo casu etiam finditur, alioquin minimè desideret: abruptum enim fractumq; ab alio osse, quod in naturali statu seruatur, in interiorem partem secedit: sicque necesse est quod desidit etiâ findatur. Tertius hic modus, Desidentis ossis species sunt variae: nam & plus & minus ossis desidit: tum vel altius, vel in summo magis.

» Hunc fracturæ modum supra abundè explanauimus, quæ à telo graui, quod interdum acutum, interdum retusum erat, fieri clarè diximus: colligitur autem hanc fuisse mentem Hippocratis ex sequentibus, vbi telorum genera exequitur: sub telo enim graui, ac retuso voluit os desidere, idèq; sub acuto fieri constat, ex eo, quod subdit de modo fracturæ, quum os inciditur, ita, vt telum per totum penetret: in quo casu inquit, si incisum os deorsum compelleretur, esset alius modus, ille scilicet, sub quo os desidit, quasi non differat, nisi q; in hoc os deorsum compellitur, in illo statim seruat naturalem, sed in vtroq; os inciditur, à telo nimirum acuto, quod in eo modo graue, in hoc leue est: id, quod clarius infra ostendit. quum ait [os quod siue fissum siue incisum desidit]. Species huiusmodi sunt pro osse, quod deorsum magis vel minus compellitur.

20 **A**d sedè teli, quæ inciso osse apparet, potest rima etiâ adijci, atque, vbi rima sit, plus minusve os necesse est collidatur: quum quâ parte rima inciso ossi adijcitur, eadem collisum ei, quod incisum & fissum est. Quartus hic modus. Potest & collidi os, quod inciditur, quamuis nulla colliso, incisoq; rima superueniat. fit autem sedes teli in osse: vocatur sedes, vbi osse in suo statu manente videre licet, quâ parte telum infederit. vniuscuiusq; modi species sunt complures: nam quod ad fissum & collisum pertinet, siue vtraq; sedi adijciantur, siue collisum duntaxat, varias esse vtriusque species iam diximus. Sedes autem per se longior est, & breuior, recta magis vel in orbem: suntque huiusmodi multæ aliae species pro teli figurâ: nam & altè magis aut minus descendit, & angustior est, aut latior, aut latissima. Aut præciditur os, hæc autè noxa cuiuscunque longitudinis ac latitudinis fuerit, ad sedem refertur: modò alia ossa, quæ sic incisa sunt, naturaliter maneant, nec quod incisa sint à suo statu in interiorem partem compellantur: sic enim sedes non amplius efficit, sed os desideret.

» Sue vnū, siue tres nunc scribat fracturæ modos, res ita habet. Inciditur os, ita, vt teli vestigium remaneat, quod fracturæ genus appellatur ab Hippocrate *ἔδρα*, id est, sedes, quum (vt ipse inquit) appareat in osse, quâ telum infederit: fit autem (vt dictum est) ab acuto telo, quod & ipse in sequentibus, & Galenus in commentario in librū de fracturis memoriæ prodidit, quum sub telo acuto incidi os dixit, atque id malum ab Hippocrate in libro de vulneribus capitis nominari *ἔδρα*, id est, sedem. Requirit autem sedes, vt incisum os nullo modo ad cerebri membranam inclinetur: nam tunc os desideret, qui est alius fracturæ modus supra expositus. hic autè de quo nunc agitur in tres diuidi commodè potest: quoniam sedes interdum alijs modis iungitur, interdum sola est: iungitur alijs modis, quum os, præterquam q; inciditur, etiam finditur, in quo casu necessariò colliditur: antea enim monstrauit, vbiq; rima sit, ibi os etiâ collidi, atque hic erit vnus modus. interdum quoque sine vllâ rimâ incisum os colliditur, qui est alter modus. Fiūt autem hæc varietas, pro teli discrimine, quod

non modò acutū est & incidit, sed etiā graue, itā, vt collidat, & osse duro rimā 1  
 afferat, præfertim, quū ictus vehemens fuerit. At vbi sedes per se erit: tertium  
 modum efficiet, siue pars ossis tantū violetur, siue os præcidatur, itā, vt telum  
 per totum penetret. quod vitium Hippocrates διακοπήν appellat. quo vocabulo  
 vitur, quū vulnus altè descendens significat, vt in libro quoq; de vlceribus  
 ostendimus. Possunt ergo hi tres ad vnum, nempe ad sedem referri, possunt &  
 quasi tres sint numerari. Verba Hippocratis variè leguntur, nos hanc lectionē,  
 quā proposuimus, magis probamus, vt omnes hi sub sede, quæ est quartus fra-  
 cturæ modus, comprehendantur. Postremus, qui adhuc restat, quintus est: nam  
 siue sedes iuncta alijs modis sit, siue sola, ac seu penetret, seu in summo sit, tamen 10  
 sedes est, atq; vnus omnino fracturæ modus. Nonnulla autem ex antiquis ex-  
 emplaribus in fine modi postremi, qui proximè sequitur, habēt [atque hic est  
 septimus modus] eadē exemplaria, quū Hippocrates dixit [potest etiā collidi  
 os, quod inciditur, quamuis nulla colliso incisoq; rima superueniat] habet [atq;  
 hic est quintus modus] si cui magis hæc lectio placeat, poterit hunc quartum  
 modum sedem videlicet, in tres diuidere. quemadmodū monstrauius. atque  
 hac via ille, qui subiicitur, septimus erit. Species eorum claræ sunt: nam fissi &  
 collisi suprā positæ sunt: sedis autem per se, siue telum per totum os penetret,  
 siue per partem, species variæ sunt, pro teli figurâ: tum prout plaga fuerit  
 longa, lata atque alta. 20

„ **F** Rangitur caluaria sub vulnere aliâ parte, quàm vbi plaga est, atque os nu-  
 „ datum, quintus hic modus, quod infortuniū vbi accidit, nihil est, quod iu-  
 „ uare possis, quoniam, vbi hoc malum sit, nullâ viâ deprehendere licet, homo ne  
 „ id patiat, aut quâ parte caluariæ.

Hic est postremus fracturæ modus, quū plaga in vnâ parte est, alterâ os  
 finditur. Soranus, cuius scripta de vulneribus capitis adhuc extât, voluit, quē-  
 admodum in vitro itā in osse capitis, ictu vnus partis, nō solū alteram findi,  
 sed contrariam. quam sententiā reprehendit Paulus Ægineta, neq; enim cre-  
 dibile existimat percussâ vnâ parte eam findi, quæ contraria est: neq; similem  
 iudicat caluariam vitro, quū hæc plena, id inane sit. censet autem euenire, vt 30  
 caput pluribus partibus percutiatur, sed in vnâ plaga se ostendat, in contraria  
 nullū plagæ vestigiū relinquatur, in quâ deinde abscessu orto atq; inciso, rima  
 in cōspectum venit. Nos (quicquid nostrates medici dixerint) Paulo Ægine-  
 tæ potiùs subscribimus, quū eidem Galenum ipsum fauentē videamus. Vo-  
 luit enim in nono de vsu partium caluariam non solidam, ac sine futuris factâ,  
 ne percussâ vnâ parte, magna ossis portio violaretur, quod eueniret, si solida  
 esset: efficiunt ergo futuræ, vt ictus, quū vnâ partē lædit, alteram, quæ vltra  
 futuram est, non offendat, sed noxa terminetur ad ipsam futurâ. Quare si ma-  
 lum, quod ab ipso affertur, vltra futurâ non pertinet, multò minù contrariam  
 partem vexabit. Hippocrates autē non loquitur de contraria parte, sed de alia 40  
 ac diuersa, quæ vt findatur, non rarò euenit ijs, qui in capite vulnerantur: telo  
 enim plaga fit, & os nudatur: non longè autem à plagâ modò in hac, modò in  
 illam partem os frangitur: quod etiam in assere accidit, qui, si malleolo feria-  
 tur, non finditur, qua malleolus attingit, sed iuxtâ: atque hoc agit Cornelius  
 Celsus, cum inquit fieri posse, vt aliâ parte ictus fuerit, alterâ os fiderit. Quod  
 autem ait nullâ viâ deprehendi posse, an homo id patiat, aut qua parte, ma-  
 nifestum est, quâdoquidem ea regio tecta est, neque nudari debet, quū nul-  
 lum



1 lum sit indicium, quod, vbi rima sit, denūciat, nisi procedente tempore, quū superiecta cutis intumescit, ac vbi nō nudetur, nullā ratione dignosci hoc malum potest, nec quam partem occupet. Fit etiam interdum, licet rarō, vt ex superiori loco cadētibus aliquid in cerebro, vel in eius membranā rumpatur, teste Galeno in secundo de compositione medicamentorum ad singulas particulas attinentium, quamuis cute integra & ossē, vt docuit Celsus. hic casus ab Hippocrate omittitur, quoniam eos solum persequitur, in quibus os nudatum est, vt infrā patebit.

» IN his fracturæ modis ad sectionem veniendum est, quū os colliditur, siue  
» res lateat, siue in aperto sit, atq; vbi finditur, seu rima oculis subiiciatur, seu  
» minùs appareat. Præterea, quū os inciditur sic, vt teli vestigium in eo relin-  
10 quatur, & simul vel finditur, & colliditur, vel sine vllā rimā colliditur, in hoc  
» fracturæ modo ad sectionem confugiendum: id autem os, quod à suo statu re-  
» cedens desidit, rarō secandum est, & quæ maximè desidunt, & maximè per-  
» rupta sunt, minimè sectionē requirunt. Ad hæc, neque sedes teli, vbi os nō fin-  
» datur & collidatur, secari debet: neque id os etiam, quod præciditur, si incisio  
» magna fuerit & lata, nanque hæc & sedes idem est.

A fracturæ modis, quos sigillatim enarrauit, ad curationem transit, atq; ad  
eam primò, quæ manu adhibetur, nempe ad sectionem ossis, indicans quibus  
20 modis ea cōueniat, quibus aliena sit. quod vt viā cum ratione intelligatur, an-  
tequam verba Hippocratis exponamus, secandi causam demonstrabimus. In  
curatione fracti ossis cauendum est in primis, ne & in ossē, & in partibus, quæ  
vel ipsum tegunt, vel eodē teguntur, sanies colligatur: hæc enim ibi subsistens,  
quod maligna sit, cūcta corrūperet. Quocirca Hippocrates ad fracta membra  
iuncturam illam ex binis fascijs adhibuit: eo cōsilio, vt quicquid in vitiosa se-  
de collectum esset, expelleret, simulq; prohiberet, ne quid aliundè concurrens  
causa inflammatio esset. id, si in capite fieri posset, nihil antiquius. at quoniam  
per capitis habitum fascijs à vitiatā sede transfundere saniem ad alias, & aliū-  
dè cōcurrentē reprimere nō licet, præterquam in fronte (vt ipse infrā demon-  
30 strabit) secari os voluit, vt patefactā membranā, exitus detur materiæ, quæ in  
eā recepta est. quod si ad membranā nihil cōflueret, ipsam aperire (Galeno au-  
ctore) superuacuum esset. Sed in compluribus fracturæ modis sanies ad mem-  
branam caluariæ subiectā concurrat: facile enim deorsum fertur. Ergo, vt spa-  
cium sit ad extrahendam saniem, excogitata est sectio ossis. quare modi fractu-  
ræ, qui tales sunt, vt cerebri mēbranam per se patefactam exhibeāt, sectionem  
non requirunt: ea tantum fractura secari debet, vbi sanies, in membrana cere-  
bri collecta, exitum non habet. Rectè igitur Hippocrates, quū os colliditur  
aut finditur, siue in aperto vitium sit, siue lateat, secari os iussit, quū in his ca-  
sibus non sit, quā sanies excedat: neque enim aperta est membrana. Quod si  
40 caluaria incidatur (quem fracturæ modum sedem vocauit) & præter sedem,  
vel collidatur tantum, vel collidatur simul & findatur, æquè etiam secāda est:  
quamuis enim sedes, vbi telum per totū os penetrauit, saniei exitum præbeat,  
non tamen vniuersa, quū sub alijs partibus, quæ fissæ sunt & collisæ, sanies  
coëat, quæ nisi membranā patefactā extrahi non potest. quare tunc quoque ad  
sectionem veniendum. Os verò quod fractum desidit, sectionem rarō postulat,  
præsertim, quū maximè perripitur, maximeq; desidit: satis enim spacij ha-  
bet ad saniem educendam, & per se, & quū citra sectionē eiusmodi os ad id



factâ forcipe demitur. nã & demi alioquin deberet, si cerebri membranâ pun- 1  
 geret: aut certè attolli, si eandem comprimeret: etiam si nulla sanies esset. Sæpè  
 autem ita perrûpitur, vt possit sine vlla sectione euelli, aut ab ipsâ naturâ eijci,  
 quemadmodû Hippocrates infra demonstrabit, quum subijciat ossa, quæ mar-  
 gis abrupta sunt, minùs periculosa esse. Hoc igitur sibi voluit, quum inquit,  
 [quod desidit rarò secandum est]. Per se autè sedes sectione non postulat, non  
 quo semper os hiet, quantû ad extrahendâ saniem oporteret, quum interdum,  
 per totû os non penetrat: sed quo, vel nihil ad membranâ confluat, quod veri-  
 simile est, cum leui ictu telû similiter leue summâ caluariæ partem incidit, vel,  
 si confluit (vt probabile est) quum telû maiori impetu altè per os totum descē- 10  
 dit, exitum habeat, potissimû si sedes, amplior ac latior fuerit. quam sententiã  
 comprobant verba Hippocratis, qui os incisum sic, vt telum non penetrat, ait  
 sectione non egere, quandoquidem nihil in membranâ receptum est: id etiam  
 euenit, vbi rima est, quæ vsq; ad membranam non penetrat: tunc enim (vt in-  
 fra patebit) à sectione desistimus, quum rima finitur: quia, quum os totum non  
 finditur, probabile est saniem super cerebri membranam nõ colligi. id autem,  
 quod ita inciditur, vt telû per totû penetrat, si sedes magna fuerit, & lata, æquè  
 voluit secandû non esse. adiecit autem [magna & lata] quoniam, si non haret,  
 quantum satis esset ad saniem effundendâ, amplianda esset. censet enim sub eo  
 ictu, quo totum os inciditur, omnino saniem ad membranâ ferri, quæ dilatata 20  
 sede necesse est, educatur. Igitur, vt rem summatim colligamus Hippocrates ex  
 quinque modis fracture, quos proposuit, quintum omittit, quum nec sectione,  
 nec alio remedio curetur, vt pote, qui lateat: ex alijs in primo & secundo, scilicet,  
 vbi os fissum & collisum est, secari debet: tertius, quum fractum os desidit, ra-  
 rò sectionem exigit. superest quartus, quum os inciditur, in quo adhibenda di-  
 stinctio est: nam, si incidatur, & simul findatur & collidatur, vel collidatur tã-  
 tum, tunc æquè sectionem postulat: si solummodò incidatur, vel totum incidi-  
 tur, vel summa pars, in hoc casu, quum nulla sanies in mēbranâ colligatur, se-  
 ctio superuacua est, in illo si satis hiat omittenda, alioquin secandum. Hinc pa-  
 tet quanto in errore versentur, plarique ex nostri sæculi chirurgicis, qui, vbi os 30  
 incisum est, nullâ distinctione adhibita ad sectionem veniunt, frustra q; ægros  
 cruciant, & in periculo vitæ constituunt. perpetuè autem sectio, vbi necessaria  
 non sit, vitanda est, vt plus in osse propugnaculi cerebrû habeat, q̃ habiturum  
 fuit eo exciso. At non solum decipiuntur, quum os secant, quod secandum non  
 est, sed, quum ex eo, quod eijciendum est, maiorem modum auferunt, quàm ne-  
 cesse sit, & eo magis apertam cerebri membranam periculose relinquunt, osten-  
 tantque ampliora fragmenta complura, quæ à caluariâ detraxerunt: eoque sibi  
 plus præstitisse videntur, quo plus ossis substulerunt. Quantû verò demendum  
 sit, Hippocrates non tradidit, sed ex Galeno & Cornelio Celso colligitur. quã  
 rem optimè intelligemus, si causam, cur detrahatur, animaduertamus. Hippo- 40  
 crates (vt videmus) non aliã de causâ os secat, nisi vt detur exitus cerebri mem-  
 branam lædentibus. Sed (sicut diximus) detrahendum etiam os est, quauis non  
 fecetur, vbi membranâ comprimit aut pungit, vel, vbi fragmētum aliquod ita  
 ab osse integro diductum est, vt solidari amplius non possit, id clarius est, q̃ vt  
 ab Hippocrate exponi debeat, qui breuitati maximè studet. Huiusmodi igitur  
 ossa, neque ferram, neque terebrâ postulant, sed tantum aut forcipe prehē-  
 sa, aut scalpro circumrasa, vel præcisa euelluntur. ergo, vbi secatur os, vt humor,  
 qui

1 qui cerebri membranam diftringit, educatur, quàm minimum ex eo detrahendum est. exempli gratiâ: vbi fissum est, hætenus demendum est, vt rima hiet quantum curationi satis est. Celsus, vbi rimæ ora alteri insedit, satis putat id, quod eminet, plano scalpro excidere, si oræ inter se cõprimuntur, à latere rimæ, interposito digiti spacio terebra foramen facit, ab eoq; scalprum duabus lineis ad rimam agit, ad similitudinem. C. literæ, sic, vt vertex eius à foramine, basis ad rimam sit: ac, si rima longius patet, ab altero foramine rursus similẽ sinum facit, vbi verò fractum os firmum sit, terebrâ in orbem perforat, & septa, quæ inter foramina sunt scalpris excidit, quo pacto satis exitû præbet intus lædentibus. Os autem, quod vehementer est perruptum, Galenus totum auferri iussit, vbi rima longius pertineat, eam demi vsque ad finem noluit, cum cæteris  
 10 rectæ adhibitis nulla, inde sequutura sit noxa. callo enim crescente solidatur. id item os, quod deorsum insedit (Celfo auctore) si circumpositæ caluariæ ex aliquâ parte inhæreat, totum auferri non debet, sed lunatus sinus faciendus est, & id, quod cerebri membranam premit, laminâ attollendum, ac si quid spinosum est, præcidendum.

„ Spectare autem in primis conuenit, quâ parte capitis homo vulneratus sit, „ Num imbecilliori, & capillos iuxta vulnus intueri, nanque vbi telo incisus fuerint, & in ipsâ plagâ cõtineantur, verisimile est os nudatũ esse, quod, quum  
 20 euenit, asserendum est violatum fuisse à telo. Hæc animaduertenda sunt dicendaque, priusquàm manus homini iniiciatur.

Inordinate videtur de vulneribus capitis tractare, quum proximè loquutus fuerit de curatione, quæ manu adhibetur, nunc transeat ad indicia, quibus offensæ innotescunt, dein ad curationem reuertatur. Primò enim debuit fracturarum indicia tradere, postea earum curationẽ exequi. Verum non idem ordo necessarius est in exercendo, atq; in docendo: dum medemur, non licet ad curationẽ aggredi, antequàm malum suis indicijs innotescat, dum docemus, nihil prohibet, quin primò de curatione agamus, postea de signis. satis enim est naturam partis, & eius vitia ante curationem scribere. notæ, quæ malũ significat, possunt ante curationẽ, possunt & à curatione demonstrari. ordo, vbi  
 30 necessarius est, optimè ab Hippocrate seruator, alioquin negligitur. Hoc ipsum fecit etiã in opere de articulis, vbi antè ostendit, quâ ratione prolapsus humerus reponatur, dein notas, quæ prolapsum esse illũ denunciant. Hoc itaque loco, quum ordo necessarius nõ sit, persequutus varios fracturæ modos, quorum alijs sectio conuenit, alijs inimica est, vt res clarior esset, proximè subiicit, qui sectionem postulent, qui ab illâ abhorreant. nunc ad signa aggreditur, vbi cõsideranda est coniunctio [autem] quum ait [spectare autem in primis cõuenit.] Quasi dicat, Verum antequàm ad sectionem venias, spectare conuenit, & quæ sequuntur. interpositis signis reliquam curationem adscribit, vbi illud etiam  
 40 animaduertendum est, quod, quanquàm in alijs affectibus curatio seorsum à signis exponitur, in hoc casu adeò inter se implicatur, vt seiungi signa, & tradi sine curatione non possint. In sequentibus enim, vt fracturæ speciẽ deprehendat, plagam dilatat, scalpro os radit, atramentum inducit, nigritiem detrahit, quæ omnia ad curationẽ pertinent, quamuis morbi quoque genus & modum significent. His ostensis in curationem duntaxat incumbit. Ergo ex notis, quibus malum deprehenditur, nonnullas spectari voluit, antequàm manus homini iniiciatur, nonnullas postquã iniecta est. antè, præcipit, vt quâ parte caput vul-



neratum sit, capillos intueamur: nanq; vbi vulnus sit capitis parte imbecilliori, 1  
& capilli à telo incisi in ipsâ plagâ cõtineantur, verisimile est os nudatum esse, atque, vbi nudatum sit, fuisse à telo violatum. id enim telum, quod capillos incidit, incidit etiam membranam, quæ sub cute caluariâ completitur: idẽmque ob partis infirmitatem os lædit. Hęc, quũ oculis pateat, intelligi possunt, antequam manus homini iniiciatur. monet autem, vt non modò intelligatur, sed etiam predicantur. hoc autẽ fieri voluit, antequam ipsum hominẽ attingamus, quia non solũ egrotantibus consulit, sed medico etiam, cuius voluit auctoritatem maximã esse apud ægotates. Quocirca in opere de articulis, siqui morbi graues appareant, re vera sint leues, imperat medico, vt hos libenter curãdos 10  
suscipiat, contra eos fugiat, qui grauissimi sunt, & si nullius momenti habeantur. iubet item, vt in tempore summum periculum, quod impendet, denũciat. Quin & in prognosticis ea etiam, quæ præterita essent, iussit à medico prædicari, idq; non languentis, sed sui ipsius causã. quod tandẽ non aliò spectat, quàm vt æger medico magis fidem habens, magis obsequatur, atque inde secundam valetudinem recipiat. Huius gloriæ videtur auidior fuisse Galenus, quũ tam mira Glauconi, & Siculo illi medico prædiceret. Iubet igitur hoc loco Hippocrates, vt medicus ea de vulnere capitis prædicat, quo magis admiratione dignus sit, & propẽ diuinus videatur.

„ **P**ostquam iniecta est, danda opera est, vt an os nudatum sit, apertẽ intelli- 20  
„ gamus, & an in conspectum veniat nudatum: specillo enim considerandum  
„ est, vbi oculis ipsis non pateat. Quod si nudatum os inueniatur à telo violatũ,  
„ primo malum, quod in osse est, videre oportet, dignoscerẽque quantum sit, &  
„ quam operam exigat. Requirendum præterea de homine, qualiter vulneratus  
„ fuerit, & quo modo.

Id, quod prius dignosci ac prædici iussit, nunc, vbi manus iniecta est, apertẽ intelligendum censet, scilicet, nunquid os patefactum sit, & discussã carne nudum appareat, siue ipsis oculis, siue, vbi id non liceat, specillo nudatum esse significetur. At quũ eiusmodi os sub telo interdum læsum, interdum inuolutum appareat, de eo, quod violatum non appareat, proximẽ tractabit: nunc 30  
de eo, quod læsum se ostendit, inquit, videndum dignoscendũque quantum mali sit, & quam operam requirat, verbi causa, num terebra necessaria sit, num sine hac mederi liceat. At vulneratur interdum sola cutis, osse neque nudato, neque læso: interdum etiam integrã cute os frangitur itã, vt minimẽ nudetur, sed tactu valde perruptũ sentiatur, quod euenit, vbi desidit, vel attollitur: alioquin, si findatur, aut collidatur, solũ coniecturã percipitur. Quid ergo Hippocrates adiicit, si nudatum os videatur à telo violatum, videndum esse quid mali sit, & quam operam requirat: nõnne, & vbi nudatum non est, idẽ faciendum? Equidem arbitror, si cutis non collidatur, sed tantũ incidatur, vbi os nõ patefiat, neque etiam perrumpi, quod infrã ex ipso Hippocrate colligitur, 40  
quũ inquit [sub telis, quæ à latere feriunt, os minus finditur, colliditur, ac defidit: quibusdam enim vulneribus itã illatis, ne nudatur quidem] videtur enim velle incisã cute os, quod finditur etiam nudari: nam, si leuior sit ictus, qualis à latere est, ait, non modò non findi, sed ne nudari quidem: quasi dicat, si finderetur, nudaretur, sed non nudatur, atque idcirco nõ finditur. Huiusmodi ergo vulnera, quũ non differant ab alijs, quæ in reliquo corpore sunt, non tractantur in hoc libro, sed in eo, qui de vlceribus est: hic autem Hippocrates tantũ



- tum de illis agit, vbi os nudatum est, quemadmodum in sequentibus demonstrabimus. Verum vbi integrâ cute caluaria perfringatur, nonne incidenda est, vt malû appareat, & si opus videatur secari os possit, & dari exitus cerebri membranarum lædentibus? Hippocrates infra, quum dilatandam esse plagam ait, vt ossis vitium appareat, adijcit [nudato osse] quo videtur innuere, vbi nec os nudatum sit, nec vulnerata cutis incidendum non esse. Iacobus Perusinus Romæ celeberrimus, atque optimus nostri sæculi chirurgus mihi refert se longo vsu obseruasse magis seruari eos, qui citra scalpelli operam partim leniētibus, partim siccantibus curantur, quam, quibus cutis iuciditur, & os aperitur. At dum
- 10 requiro quo pacto sanies à membranâ cerebri detrahatur, nisi os patefiat, & ipsa membrana, dumque in isto nudati ossis exemplū afferēs, quod, quum fissum vel collisum est, necessariò secari debet, vt humor euadat, qui in membranâ cerebri collectus est, neq; ibi subsistens putrescat, & cerebrū afficiat. Lōgè (inquit ille) hi casus inter se distant, quum os apertum est, si absq; sectione dimittatur, humor, qui super membranâ cerebri receptus est, à calore, quum expirat, discuti non potest: quocirca putrescens hominē consumit, neque tutū est citra sectionem ossis experiri emplastra, quæ, cum caluariæ causâ componantur cephalica dicuntur, quâuis & hæc docētur à Cornelio Celso, & nunc à nonnullis chirurgis adhibeantur, sed ea medendi ratio fallacissima est. Vbi integrâ cute os
- 20 perripitur, calor non expirat, & per se digerere sanies potest, & ossa solidare, quod in membrorum fracturis apertè videmus: fragmenta enim, quum nudata non sunt, solidantur: vbi patefacta sunt, nequeūt ampliùs cum alio osse glutinari, atque idcirco euelli debent. naturalis enim calor in nobis omnia efficit. nūquid oblitus es illius iuuenis, qui tribus abhinc annis in abdomine vulnus accepit, ita, vt telum à priori parte ad posteriorem in altero ilium penetraret, vulnusq; peruiū esset. is quum minùs rectè curatus fuisset, & plagâ iam vetustâ, atque oris obcalescentibus deiectionem alui per plagam magnâ ex parte redderet, nos amobis accersisuit, quumq; vereremur, ne (quod ratio dictabat) si plagam aperiremus, & vlcerati intestini oras, quas verisimile erat iam callum
- 30 contraxisse, scalpro exasperaremus, vt vnâ postea glutinarētur, hominē ad interitum præcipitarem, satiùs iudicauimus plagam exasperare, vt cruor inde effunderetur, tum carnē producētibus ipsam nutrire, & postremò cicatricem inducere, atque ita naturæ intestinum apertum dimittere. res autem adeò rectè processit, vt ille præter omniū opinionem ex toto liberaretur, & nunc benè valeat: nonne vides quantam vim habeat naturalis calor, siue ipsa natura? hæc enim (teste Hippocrate) morbos exoluit, & ad omnia sufficit, quæ animali necessaria sunt, hæc item, quum valida fuerit, semper viam inuenit materiæ, quâuis crassâ sit, debeâtque per angusta foramina penetrare. nonne fracto osse & callo glutinato per integram cutem sanguis euadit ita vt lintea inficiat? quid
- 40 ergo mirum est, si integrâ cute natura, quum potentior sit, humorem in membranâ cerebri collectum discutiat? hæc ille. quibus mihi persuasit eam omnino esse mentem Hippocratis, vt quum os nudatum nō est, quamuis fractū, neque aperiatur, neque secetur, & si hoc Celsi & Pauli præceptis aduersetur. At si perrupto capite, neque os nudatum sit, neque fractura intelligatur, sed superueniant febris & mala indicia, quæ infra indicabit, id mihi seruandum videtur, quod ab ipso præcipitur, vt os scilicet, protinus secetur, & à membranâ detrahatur, etiam si nudatum non sit. Quod postremò addit [Requirēdum præ-

tereà de homine, qualiter vulneratus fuerit, & quomodo] græcus codex habet. 1  
*ὅπως καὶ τίνα τῶν ποσῶν*. quæ nos vertimus qualiter & quomodo: videntur autē idem  
 sibi velle vtraque verba, adeò, vt abundè sit alterum duntaxat adscribere. illud  
 tamen non prætermitemus, quod infrà, vbi de ijs tractat, quæ ab ægrotatē re-  
 quiruntur, duo præcipuè indicat, ictum & telum, pro quorum varietate variè  
 os læditur: possumus ergo alterum verbū ad telum referre, alterum ad ictum.  
 Quod igitur ad Hippocratis sententiam attinet, non solum sensu inuestigari  
 voluit mali modum, & quam operam requirat, sed ratione etiā intelligi, ex ijs,  
 quæ æger respōdet de telo atque ictu, vt infrà demōstrabimus. Tradidit enim  
 in libro de officinā medici, præceptum illud, quod ad omnium morborum co- 10  
 gnitionem spectat: nēpè vt intueamur sani, ne simile sit, an dissimile id, quod  
 tractamus, atque vt hanc rem ex maximis, facillimis, & quibuscunque quomo-  
 docunque cognitis colligamus. Primò itaque considerari voluit indicia fra-  
 cturæ subiecta sensui, quæ maxima sunt & cognitu facillima, deinde ea, quæ  
 æger respondet, quæ minùs efficacia sunt & cognitu difficiliora, & mente non  
 sensu comprehenduntur: huiusmodi sunt, quæ Galenus *κατὰ τὴν αἰσθησίνην* vocat, id  
 est, ex naturā rei collecta atque indicata, quum alia sensibus exponantur, nec  
 ratione indigeant.

” Sed, si manifestum non est, violatū nec ne os sit, multò adhuc magis inter-  
 ” Srogandū est nudato osse, qualiter vulneratus fuit, & quo modò. nam quod 20  
 ” ad ossa pertinet, quæ collisa esse solent, & fissa, non tamen apparere, ex ijs, quæ  
 ” homo responderet, primò eniti debemus ad cognoscendū, teneatur ne os aliquā  
 ” tali noxā, deinde rem citra specillum ratione & operā explorare. specillo enim  
 ” non deprehenditur, vllam ne os talem senserit noxam, violatūque sit, an in-  
 ” uiolatum seruetur: sed id mali, vbi os vel itā inciditur, vt teli vestigiū retineat,  
 ” vel à suo statu recedens desidit, aut vehementer rumpitur, quæ si quis intuea-  
 ” tur, ipsis quoque oculis comprehendet.

Vbi os, quod nudatum est, sensu violatum percipitur, interrogari offensum  
 præcepit, vt ex his, quæ responderet, offensæ modus & curatio intelligeretur.  
 At, quum nudatum os inuiolatum conspicitur, multò magis requirédum cen- 30  
 set, qualiter homo percussus fuerit, & quomodo. quum non solum mali modus  
 & curatio, sed (quod difficilior est) ipsum quoque malū inde intelligi debeat:  
 hoc enim, si minus sensui exponatur, conijciendū est, ex ijs, quæ homo refert  
 de teli genere & grauitate ictus, & ex ijs, quæ superueniūt: nam exempli gra-  
 tiā, sub retuso telo, atque ictu graui, findi os aut collidi credibile est, si homo  
 concidit, si sine sensu quasi dormiens iacet, si oculi obcæcātur, æquè verifimi-  
 le sit os læsum esse. Duo autem sunt inter genera fracturæ, quæ possunt sensui  
 nō apparere: quum os finditur aut colliditur, quia, quum inciditur, sic, vt in eo  
 teli vestigium relinquatur, aut, quum fractum desidit à naturali statu recedens  
 (vt ipse inquit) oculis deprehenditur, eo casu excepto, quum os ad futuram in- 40  
 ciditur: vbi non satis constat, teli ne sedes an futura sit, quod cōspicitur, vt ipse  
 infrà explanabit. Ergo, vbi nudatum os læsum non apparet, primò danda ope-  
 ra est ex ijs, quæ æger respondet, vt intelligamus, num collisum, fissūve os  
 sit: dein ratione atque operā citra specillum rem exploremus. Causam verò,  
 quamobrem hic specilli vsū reiiciat, ipse euidenter ostendit. At, quo pacto  
 ratione exploranda res est, postquā collecta est, ex ijs, quæ homo responderet?  
 nōnne & hæc ad rationem pertinent, quum sensui non subiiciātur, sed ratioci-  
 nantibus

1 nantibus nobis offis noxam denunciēt? Dicendum est, vel Hippocratem noluisse comprehendere sub ijs, quæ ægrotans respondet, illa, quæ superueniūt, sed solū requiri de homine iussisse, cuiusmodi ictu percussus fuerit, & quo telo, atque inde colligi violatū ne os sit, deinde ratione ex his, quæ superueniunt, rem explorari. Idem cōfirmat Galenus in quarto de ratione curandi, cum causas euidentes indicare morbum ait, vbi nec sensu nec ratione deprehendatur: quasi aliud sit per rationem inquirere morbū, aliud per causas euidentes, quāuis quæ æger respondet, ad rationem referantur: Hippocrati tamen placuit ita loqui. cum (vt Galenus testatur) interdum exquisitam orationis formam con-

10 temnat. optimè autem dubitationem tollet, qui affirmabit Hippocratem im-

perasse: non vt ex ijs, quæ homo respōdet, intelligamus læsum ne os sit, sed, vt, quū id scire volumus: primò interrogemus hominem, & ex ijs, quæ respōdet, dein ratione noxā astinemus: sicque, quū ait [ratione] nihil noui intell-

gemus præter ea, quæ æger respondet de telo ictū & ijs, quæ superueniunt. Quid sibi velit, quū ait [opere] infra demonstrat, vbi scalpro & nigro medicamento imposito deprehendi offis noxam conscribit. Hinc autē patet causas euidentes atque externas, quanquā nihil de curatione indicant: id tamen efficere, vt malum ipsum innotescat.

20 **F** Inditur autē os rimis & latentibus & conspiciuis, colliditurque, sic, vt collisum non appareat. & à suo statu recedens desidit, vbi alter alterum de-

„ dustriā vulneret, magis quā vbi inuitus: cūque à superiori loco telū, vel ia-

„ ciat, vel manu tenens percutiat (vtrunlibet eueniat) magis quā, quū ab æ-

„ quali: magis item, quū robustus imbecilliorē vulnerat. Inter eos, quibus in

„ decidendo vulnerantur, quæ iuxta os sunt, & etiam os ipsum, quicunque à loco

„ maximè sublimi super durissimum quidpiam, & valde hebes cadit, periclitat-

„ tur, ne sibi os findatur, collidatur, aut à suo statu recedens desidat. ei verò, qui

„ à loco æquali super quidpiā mollius decidit, os eiusmodi noxas, vel nullo mo-

„ do, vel certè minùs sentit. E telis autē, quæ super caput cadentia vulnerant, quæ

„ iuxta os sunt, atq; etiam os ipsum, quod à loco maximè sublimi & minimè æ-

„ quali incidit, quòdque grauissimum, hebes admodum, & durissimum est, hoc

30 findere os & collidere potest. at minimè, quod ab æquali loco, minimè quod

„ leue, minimè item, quod acutum & molle. Præcipuè autem periclitatur os, ne

„ his modis lædatur, quū ita vulneratur, vt è regione ad lineam telo occurrat,

„ siue hoc manu teneatur, siue iaciatur, siue quid super os incidat, siue homo ip-

„ se cadens vulneretur, seu quomodocunque percutiatur, osse è regione ad lineā

„ telo ipsi occurrente. Sub telis verò, quæ à latere feriunt, os minus finditur, col-

„ liditur, ac desidit. quamuis nudetur: quibusdam enim vulneribus ita illatis, ne

„ nudatur quidem.

Quū os & findi & collidi possit, ita, vt malum non appareat, cūque id intelligi dixerit ex ijs, quæ homo respondet, iamiam persequitur, quo pacto

40 hæc latentem offis offensam denuncient. Ea quæ æger respondet, seniotis ijs, quæ superueniunt, vel ad ictū referuntur, vel ad telum: hæc autem pro suā varietate variè os lædunt, sicut & cæteras partes, quæ vel secantur, vel colliduntur, vel abrumpuntur. Secant (Galeno auctore in quinto de ratione curandi) tela, quæ acuta sunt: collidunt, quæ grauia duraque: abrumpunt omnia, quū vehemens ictus fuerit: idem facit casus ab alto, vel graue quidpiam durūque incidens. omnia hæc ab Hippocrate accepta sunt, & ab osse ad alias partes trās-



lata. Proposita igitur oratio vniuersa ad ictum pertinet, & ad ea, quæ vulnerat  
 alterutro modo, scilicet, siue super caput incidentia, siue quod homo super ipsa  
 cadat, quæ nunc propriè non comprehendit nomine telis: tela enim videtur vo-  
 care, quibus alter alterum vulnerat, quæ proximè exponet. Indicat igitur cu-  
 iusmodi ictu findatur os & collidatur, sic, vt malum non appareat. at, quum  
 idem ictus possit & findere os & collidere, sic, vt malum in aperto sit, & præ-  
 terea ita perrumpere, vt à suo statu recedens desidat, non modò tractat de la-  
 rentibus noxis, quarum gratiâ de ictu loquitur, sed de alijs, quæ sub eodem ictu  
 consueverunt euenire. Ictum igitur triplicem proponit, quum alter alterum vul-  
 nerat, quum homo ipse cadit, quum aliquid super caput incidit. Commune est  
 omnium os findere, collidere, & ita perrumpere, vt desidat, quum ictus, à loco  
 sublimi fuerit, siue ille, qui vulnus infert, siue homo, qui decedit, siue id, quod  
 super caput cadit superiori loco maneat, magis quàm cū aequali, atque ite cum  
 os eregione ad lineam telo occurrat, seu illi, quo quis ab altero vulneretur, seu  
 illi, quod super caput cadit, seu illi super quod homo cadit, magis quàm cū à  
 latere. Propriè autem, quum alter alterum vulnerat, siue relum manu teneat, si-  
 ue iaciat, os finditur, colliditur & desidat: si de industriâ, magis quàm si im-  
 prudenter, vulnus inferat: ac si robustus infirmiozem, magis quàm si infirmus  
 validiorem percutiat. Proprium item eius ictus, quum homo cadit, est collide-  
 re os & findere, atque ita perrumpere, vt desidat, quum super durissimū quid-  
 piam & hebes cadit: nam vbi super rem mollem decedit, vel nullo modo hæc  
 sentit, vel certè quàm minimum. At si ictus ex eo genere fuerit, quum quid su-  
 per caput cadit, propriè, quod grauissimum durissimūque est, & admodum  
 hebes, maximè solet eiusmodi noxas afferre: minimè autem, quod leue, acutū,  
 & molle. Quanquàm, quod super caput cadit, videtur habere eandem condi-  
 tionem, atque id, super quod homo decedit, scilicet, vt sit hebes & durum: ad-  
 iicit tamen grauissimum in eo, quod super caput incidit. atque hæc possunt re-  
 ferri ad telum, quamuis (vt diximus) non dicatur telū, nisi quo alter ab altero  
 vulneratur. Addit in fine [siue quomodocunque vulneretur] quasi præter tria  
 genera ictus aliud reperiatur, quod tamen difficile est mente cōcipere, nisi for-  
 te si dicas, vbi homo cadit ab alio impulsus, aliud esse genus, quàm, quum per  
 se cadit. quod tamen (vt opinor) secus habet: idem enim videtur genus ictus,  
 siue homo per se cadat, siue ab altero cogatur: quocirca illud potius sentiendū  
 videtur, quod Hippocrates hoc adiecerit, vt omnem tollat difficultatē ac du-  
 bitationem eorum, qui velint alia esse ictus genera. Tale quid videmus in libro  
 de officinā medici, vbi de sensibus & mente loquutus subiicit [Quæ item o-  
 mnibus, quibus cognoscimus intelligi possunt] quasi alia præter has poten-  
 tiæ sint, quibus cognoscimus, quum tamen nullæ sint.

» **E**X telis autem id potissimum os findit rimis & latentibus & cōspicuis, col-  
 » lidit, & ita perrumpit, vt desidat, quod teres est, orbiculatum, planum, re-  
 » tusum, graue, & durum: idem quoque carnem collidit, maturat & lacerat. vul-  
 » nera præterea sub huiusmodi telis à lateribus, & in orbem caua fiunt, purulen-  
 » ta magis, atque humida, & longiori tempore purgantur. Necesse enim est col-  
 » lisam carnem detritamque in pus versam tabescere. tela verò oblōga ad mul-  
 » tam partem tenuia, acuta & leuia, carnem ita incidunt, & os similiter, vt per  
 » totum penetrent, magis quàm collidant. telum autem sic incidens in ossē relinquit  
 » sedem, eiusmodi autē noxa & sedes idem est. Verum hæc tela non admodum  
 os collidunt,

1. » os collidunt, aut findunt, aut ità perrumpunt, vt à suo statu recedens de-  
» fidat.

Quæcunque ad idtum pertinent, latè indicauit, restabat telum, quo, scilicet, alter alterum vulnerat, de quo nunc agit. Ponit autem duo genera teli: vnum, quod collidit, findit, & ità os perrumpit, vt defidat: alterum, quod incidit: sunt autem vniuscuiusque generis species complures, quas, vt viâ cum ratione colligamus, scire conuenit duo potissimum in telis ab Hippocrate considerari, pondus & figuram: nam durities, quam tribuit priori generi telorum, est communis etiam alterius: nequit enim incidere, quod molle est.

10 Quod igitur ad pondus spectat, telum aliud graue est, aliud leue: quod graue est, sub priori genere est, quod leue, sub altero. At figura, eius, scilicet partis, quâ ferit, vel insignis latitudinis est, vel nullam ferè latitudinem habet. id telum, quod latum est, ad genus prius positum refertur, reliquum ad alterum. Porro, quod latum est, vel teres est, vel orbiculatum, vel planum: ferè enim ad hæc tria pertinent alia omnia: hæc autem qualiacunque sint, retusa esse necesse est. Quod insigni latitudine caret, oblongum est, vt, quod cæsim ferit, vel ad multam partem tenue, vt quod punctim: hæc autem siue ob aciem, siue ob mucronem necessariò sunt acuta. Acuto telo carnem & os incidi, retuso collidi sensui apparet, quam rem Hippocrates, non solum

20 hic, sed in opere de vlcibus apertè demonstrauit. Vt summatim igitur rem omnem habeamus, telum graue ac retusum, siue orbiculatum, siue teres, siue planum, collidit os, findit, & ità perrumpit, vt defidat: oblongum, vel ad multam partem tenue incidit, & hoc acutum est ac leue. nam quod graue est, non modò incidere solet, sed etiam collidere. atque hoc pacto licet ex teli specie, cuiusmodi fractura sit, inuestigare, quod fuit Hippocratis propositum. Mutatur autem vocabulum ἀγρίσμου, quod nos [planum] vertimus: ἀγρί enim (vt Galenus docuit) idem sibi videtur, quod ἀπὸ ἀγρί: ἀπὸ ἀγρί autem integre significat, vt patet ex libro de articulis, quâ de naso, & ex eo præcepto Hippocratis, vbi ait, [Quæ iudicantur, & iudicata sunt integre,] & quæ sequuntur.

30 verbum enim integre vel perfectè, ab Hippocrate dicitur ἀπὸ ἀγρί. Porro ei, quod integrum est, & perfectum, nihil deficit, tale est planum telum, quum æqualiter procedat, nec quidquam habeat, quod cæteras partes superet, quibus aliquid deesse videatur: vel, si magis placet, dicemus ἀγρίον græcè significare æquale, sicque eadem erit sententia, vt, scilicet, telum ἀγρίσμου sit, quod æqualitatem habet, quod spiculis caret, quod tandem planum est: nam σίμου, quod os significat, eatenus ad telum quatenus ad plagam refertur, cum quale telum sit, tale oporteat esse os plagæ: telum æquale, æquale item plagæ os efficit. Quod autem voluit, sub quo telo os violatur, carnem quoque vulnerari manifestum est, quum telum primò carni occurrat, deinde ossi: quare

40 in libro quoque de fracturis tradidit, non admodum os frangi, nisi caro quoque vulneretur. Eius verò, quod subdit [à telis, quæ carnem lacerant, collidunt, & maturant, necesse est vulnera fieri caua, purulenta atque humida, & diuturniori tempore purgari,] ipsemet rationem subiicit, quum inquit, necesse est collisam laceratamque carnem in pus versam tabescere: nam, vbi caro, quæ ad plagam est, in pus verti debeat ac tabescere, vlcera primò caua erunt, vel in orbem, vel à lateribus, pro specie teli, quod carnem à lateribus, vel in orbem deriuat, quâ absumptâ vlcus cauum redditur, eadem de causâ



etiam purulenta fient & humida, quum caro in pus conuertatur, quod humidum vlcus efficit: adde, quod ea, quæ superant ex sanguine, qui verti in carnem debet, vlcus humidum similiter & sordidum reddunt, eadẽque diuturniori tempore purgantur, quum non prius ex toto pura se ostendant, quàm caro collisa penitus tabescat, quod tempore accidit. hoc autem latius tractauit in opere de vlceribus, vbi ostendit, quæ vulnera protinus glutinari possint: quæ pus mouentibus egeant, quibus annumerat, quæ carnem collisam detritamque habent: huiusmodi enim caro, præterquam, quod ita affecta est, vt restitui non possit: sanguinem etiam continet, è venis sussum, quum sub ictu, venulæ, quæ per ipsam discurrunt, abrumpantur: sanguis autem, qui extra venas est, corrumpitur, simulque caro, quæ continetur, necesse est corrumpatur. quod tamen sine vulnere collisum est, medicamentis restituitur, quum calor in vnum magis coactus potentior sit, & medicamenta efficiendi socia habeat, vt in sequentibus patebit. Cætera in hac oratione clara sunt. id tantum animaduertere oportet, quod postremò posuit de teli genere, quod incidit, inquit igitur [sub eiusmodi telis non admodum collidi os, aut findi] non tamen negat id euenire posse, quandoquidem euenit (vt ipse infra demonstrabit) ait enim de plagâ ad futuras factâ, ob loci infirmitatem interdum euenire: vt, quum inciditur os, etiam findatur. Sed rarè incidit, quod sibi voluit, quum ait [non admodum].

20  
 „ Omnia vero hæc, præter id, quod in osse oculis comprehenditur, requirenda sunt: grauioris enim, vel leuioris plagæ indicia sunt: ad hæc si offensus  
 „ sine sensu, quasi dormiens iacuerit, si oculi obcæcati fuerint, si vertigo ipsum  
 „ occupauerit, si conciderit.

Cum in osse nudato nullum apparet malum, interrogari hominẽ iussit cuiusmodi telo atque ictu vulneratus fuerit, vt inde intelligerentur fracturæ illæ, quæ, quamuis lateant, interdum os tenent. Hæc igitur omnia, scilicet, quæ spectant ad ictum ac telum, grauioris plagæ, vel leuioris notæ sunt, quibus subiicit ea, quæ vulnerato homini superueniunt: solet enim sine sensu quasi dormiens iacere, vertigine prehendi, concidere, solent oculi obcæcari. Hæc vbi non 30  
 sint, leuius malum indicant: vbi sint, grauioris noxæ faciunt opinionem: quæ fuit mens Hippocratis, quum inquit [ad hæc si offensus sine sensu quasi dormiens iacuerit, & quæ sequuntur]. Inter hæc indicia, quæ superuenire ait, grauissimum est, quum homo sine sensu quasi dormiens iacuerit, quod ipse dicit *καρποβή*: nobis enim placuit sequi interpretationẽ Cornelij Celsi, quæ Galeni sententijs maximè cõsentanea est: in primo enim libro prædictionum, quum exponit *καρπος* vocabulum vsurpatum ab Hippocrate, nihil aliud significare ait, quàm inexpugnabilem dormiendi necessitatem. Alibi item sæpius scribit, quum *καρπος* est, nec moueri hominem, nec sentire, non secus atque vbi dormit. Eiusmodi stuporem Hippocrates alio loco etiã multis indicijs annumerauit: est enim manifestum indicium cerebri violati. Reliqua indicia, quum oculi obcæcantur, quum vertigo hominem occupat, quum concidit, ad inordinatum motum humorum in cerebro tanquam ad causam referuntur: vnum tamen leuius est, alterum grauius. Primò enim est *σκότος*, hoc est, obcæcantur oculi (vt inquit Celsus) tenebris suffusi: deinde sequitur vertigo, postea homo concidit, quum res intenditur. Sed hic vomitum præterijt, quem posuit in illis sententijs, quos aphorismos vocauit: nam vomitus biliosus super hæc indicia, vel cerebri, vel  
 eius mēbranę



1 eius membranæ offensam ob ictus grauitatem significat.

» **A**T vbi os à telo nudetur plagâ ad futuras existente, difficile est asserere de  
 » teli sede, relictum ne sit eius vestigiū in osse, vbi id in ipsâ futurâ accadat,  
 » quod in alio osse manifestū est: futura enim vnâ cum ipso conspicitur, reliquo  
 » osse asperior: neque cōstat, teli ne sedes sit, an futura, nisi sedes latè admodum  
 » pateat. adijcitur etiam sedi rima, plærunque, vbi sedes ipsis futuris accidit,  
 » cūmque os finditur, fissum affirmare difficilius est: propterea, quòd rima si ac-  
 » cidit, plærunq; futuras occupet. promptè enim hâc parte os finditur & resol-  
 » uitur, eo quòd naturâ tenuius sit, ac magis rarum, quodq; futura facillè finda-  
 10 tur, ac resoluatur. alia verò ossa, quibus futura continetur, non finduntur, quo-  
 » niam hac firmiora sunt. At rima ad futuram, futuræ quoq; resolutio est, quam  
 » non facile est asserere: neque, vbi à teli sede in futurâ proficiscatur, cūm findi-  
 » tur & resoluatur: neque vbi futura finditur & resoluatur, propterea, q̃ os & ca-  
 » ro collidatur. Verūm difficilius adhuc est asserere, num fissum os sit propterea,  
 » quod collisum. quandoquidem futuræ, quæ rimæ speciem referunt, & reliquo  
 » osse asperiores sunt, medici animum atque oculos fallunt, nisi os vehementer  
 » resoluatur, atq; incidatur, vt telum per totum penetret: huiusmodi enim ma-  
 » lum & sedes idem est. Oportet autem, si vulnus ad futuras fuerit, & telum ossi  
 » infederit, diligenter animum aduertere, vt inuestigemus, quâ noxâ os teneat  
 20 tur, quūm à simili telo eiusdēque magnitudinis, aut etiam minori, ictu æquē  
 » graui, vel etiam leuiori, multò magis homo lædatur, si telum futuras attingit,  
 » quàm si alias partes.

Fracturæ species, quæ nudato osse latent, duas posuit, fissum & collisum, in-  
 dicans quâ viâ deprehēdi debeant, nunc tertiam addit nempè sedem, quæ nu-  
 dato osse (vt inquit) interdum non apparet, nimirum, vbi in futuris sit, quam-  
 uis in alio osse manifesta esset: suprâ enim dixit oculis patere, quūm os incidi-  
 tur, sic, vt appareat, quâ telum infederit: nunc autem futura obstat, cur non ap-  
 pareat: non enim patet id, quod conspicitur, teli ne sedes sit an futura, nisi vbi  
 sedes magna fuerit: cum sede enim teli vnâ futuram intuemur, reliquo osse as-  
 30 periorē. At quūm futurâ mentionem faciat, & accadat, vt rima in ipsâ futu-  
 râ fiat: difficilius adhuc putat diiudicatu, rima ne sit an futura: quūm hæc aspe-  
 ritatem habeat, & rimæ speciem representet. Finditur autem futura, vel quūm  
 inciditur, vel, quūm colliditur: quūm inciditur, quia non vna tantūm futuræ  
 pars inciditur, sed alia plærunque finditur & resoluatur, hoc est, diuiditur &  
 dehiscit, tum quia os ibi infirmius est, tum quia futura paruo negotio finditur  
 & resoluatur. quamuis autem non soleat, sub eodem telo ictūque findi os atque  
 resolui, quūm suprâ demonstratum sit alio ictu ac telo os findi, alio incidi, id  
 tamen potest ob loci naturam accidere, quemadmodum nūc ob futurâ: quod  
 patet cum aliud os, quod iuxtâ est, integrum seruetur. Iam verò, quūm collidi-  
 40 tur, facillè futurâ findi & resolui nemo dubitat. Ergo in eiusmodi casibus me-  
 dici, non solum aspectu, sed mēte etiam falluntur, nisi, si teli sedes ac rima am-  
 plior fuerit. quare monet vt diligenter animaduertant: non enim satis est te-  
 lum atque ictū spectasse: sæpè enim ictus mitior ac telum leuius, quàm vt aliud  
 os læderet, futuris eiusmodi noxas insert: atque idcirco spectare quoque sedis  
 naturam debemus, vt intelligamus, teneatur ne os aliquâ ex illis fracturis, quas  
 deprehendi magno negotio testatur.

» **H**Orum quoque magna pars sectionem postulat: secare autem ipsas futu- 1  
 » ras non expedit, sed ab illis recedere, atq; vbi sectio necessaria sit, proxi-  
 » mum os secare. De curatione vulnerum capitis, deque ratione, quâ deprehendi  
 » debeant mala ossis, quæ non apparent, ita sentimus.

In superioribus, quum tractauit de sectione ad fracturas adhibenda, dixit rimas tam latentes, quæ manifestas, & sedem interdum sectionem requirere: quod nunc etiam repetit: idcirco, quia de illis noxis proprie loquitur, quatenus futurae accidunt. Quod igitur ad sectionem pertinet, nihil mouendum est ex ijs, quæ supra dicta sunt, tantum futura relinquenda est sine sectione, & proximum os secandum, eius rei causa manifesta est. diximus enim per futuras & venas trāsire, & 10 ligamenta, quæ ferro attingi malum est. supra quoque futuras posuit imbecilliores ad resistendum, quamobrem periculosum etiam secantur: facile enim serra ad cerebrum penetraret. Quid quod secta futura, cum callus increveret exspiratio prohiberetur? Sed cum de parte tractemus, quæ secari non debet, operæ precium videtur adducere, quâ potissimum os secandum sit. Scire autem conuenit, cum os secetur, ut detur exitus intus ludentibus, vbi liceat perpetuo eâ parte secandum esse, quâ declinuius est: sed hoc interdum prohibent, vel future quas Hippocrates edicit, ne attingatur, vel crassitudo ossis, quod, cum non nisi magno negotio discutiatur, efficit, ut cerebrum agitetur, vel nerui, qui inde oriuntur, vbi secandum sit. Quocirca Galenus, vbi eum curauit, cui fractum os inter frontem & verticem erat, sic, ut 20 fractura etiam ad os temporis pertineret, non temporis os, quod declinuius erat, sed, quod inter frontem & verticem est, excidit. His aduersantur, quæ Hippocrates in fine libri recenset, vbi in excidendo osse, quâ crassissimum est, ferramentum imprimi: quâ ambiguitate suo loco diluamus. Hæc inseruisse volumus, ut (quod polliciti sumus) quæ ab Hippocrate prætermittuntur, aliunde petita suo loco adijciamus. Sed iam iam verborum ipsius expositionem aggrediamur. inquit igitur [Horum magna pars sectionem postulat] posuerat sedem, & rimam duplicem proueniētem, scilicet, ex eo, quod os incisum est, vel ex eo, quod collisum. duo posteriora sectionem postulant, quod in superioribus etiam ostendit. id, quod prius posuit, scilicet, sedem, quum os inciditur dūtaxat, secari non debet. atq; hoc si- 30 militer in prioribus dictum est. Quod postremo addit [de curatione vulnerum capitis, & quæ sequuntur] pertinere videtur ad superiora, quum & de sectione tractauerit, & de indicijs, quibus latentes fracturæ deprehenduntur: aptius tamen ad sequentia refertur, ad quam rem facit etiam modus loquendi, & quod infra addit de curatione vlcis, deque viâ deprehendendi latentes fracturas, per scalprum & atramentum.

» **V**Lcus in capite neq; vino, neq; aliâ re madefacere oportet, aut certe quàm  
 » minimum.

Ad curationem aggreditur vlcis capitis, non quidem omnium, sed solummodo eorum in quibus os nudatum est: horum enim curatio ab eâ differt, quâ exigunt vlcera aliarum corporis partium. nam (Galeno auctore in commentarijs in librum de articulis) Hippocrates siciorē curationem tradit in libro de vulneribus capitis, quum in eo, qui de vlcis capitis est: ea verò vlcera capitis, quæ usque ad os non penetrant, sub ijsdē presidijis, atq; aliarum partium sanescunt: colligitur enim ex eodē Galeno in sexto de compositione medicamentorum generatum ad morbos pertinentium, siciora medicamenta vulnerato capiti eatenus idonea esse, quatenus os apertum est: quoniam capitis vlcera, vbi os nudatum non est, nihil proprium requirunt, 40



- 1 quirunt, magis q̄ in aliâ corporis parte, vbi semper spectanda est natura affectę sedis: quocirca in opere de vlceribus cōprehenduntur. Ergo solummodò eum casum exequitur in vniuerso hoc opere, vbi os nudatum est, cuius hic sæpenu-  
mero mentionē facit: nāq; vbi intueri nos voluit, quid mali os senferit, & quā opem requirat, adiecit [nudato osse] in sequentibus item nudato osse interro-  
gandum inquit hominē esse, qualiter vulneratus fuerit: similiter, quū fractu-  
ram, quæ ad futuras est, cognitu difficilē ponit, & quū incidi plagam iubet,  
vt malum ossis appareat [nudato osse] adiungit. Illud tamen animaduertēdum  
est, q̄ si telum membranā attigerit, quæ sub cute caluariam tegit, eadē ratio  
10 est, atque, vbi os nudatū est. quū propter dolorem incidenda tūc membrana  
sit, quo factō os nudatum relinquitur, vt Galenus docuit secundo de composi-  
tione medicamentorū sigillatim ad morbos attinentium. Inquit igitur [vlcera  
capitis madefacere non oportet] Madefaciētia non modò in vlceribus capitis,  
sed in alijs omnibus vitanda sunt, quū non prius quā siccet, vlcus ad sa-  
nitatem perducatur, quoniā (vt docuit in libro de vlceribus) id, quod sanū est,  
ad siccum accedit, & siccū sano magis simile est. Sed, quid est, q̄ ibi vinū acci-  
pit, quamuis alia madefaciētia repudiet: hīc vino etiam interdicit? nōne &  
capiti vulnerato vinum ad repellendum, vel ad glutinandum aptatur æquē ac  
carteris partibus? Profectō nihil absolutē respōderi posse existimo, nisi distin-  
20 guatur, cum vulnere ne os apertū sit, an mēbrana inuiolata tegatur. vulnerato  
enim capite, vbi os nudatū non sit, eadē medēdi ratio idonea est, atque in alijs  
partibus: nam seu vino, seu alijs medicamētis vulnus glutinandū, ac (sicut Ga-  
leno placuit, qua de dolore capitis ex ictu) vbi opus sit orā fibulā inter se iun-  
gendę. quod si cauum sit, carnē producētibus nutriendū est, deinde ad cicatri-  
cem perducendum: caro collisa in pus vertenda: vbi sine vlcere collidatur, pri-  
mò repellentia & digerentia, dein tantū digerentia admouenda sunt: quū  
timetur inflāmatio, repellēdum est vel vino, vel alio eiusedē facultatis medica-  
mento: & in summā nullū discrimen est in curādo hoc vlcere, atq; eo, quod in  
alijs partibus corporis incidit. Contrā, si os nudatum sit, aliud consiliū est, q̄ in  
30 alijs vlceribus, & idcirco vino interdicit, quod in libro de vlceribus probaue-  
rat: simul autem à vino cauens, indicat nō esse in vlcere capitis osse nudato id  
propositū, quod in alijs. Duabus autē de causis præcipuē constat vinū ad vlce-  
ra pertinere, & quia glutinat, & quia repellit, neutrū opus est in vlcere capitis  
osse nudato. siquidē glutinatio desperatur, quū contractā mēbranā, quæ cal-  
uariam tegit, orā vehemētē inter se recedūt, vt monet Galenus, cū eā Hip-  
pocratis sentētiā explanat, vbi ait [cū præcisum fuerit os, aut cartilago, vel  
neruus, & quæ sequitur]. Ergo cū glutinari plaga nequeat, nō opus est vino,  
sed medicamēto, quod carnē producat. hoc, si os nudatū est (Galeno auctore)  
siccius esse debet, & magis detergere, quā, vbi patefactū non est, quū non  
40 modò siccare, sicut in alijs vlceribus, & detergere carnem oporteat, sed quic-  
quid in osse pingue est detrudere, vt caro quæ increfcit, hæere illi possit. Ve-  
teres ea medicamenta excogitarunt, quæ, quū ferē fracto osse super dantur,  
catagmatica dicuntur: istiusmodi est emplastrum nigrum sub Aristā auctore,  
& id, quod ad Moschionem refertur. Inter hæc, quæ robustiora sunt, à capite  
cephalica nuncupantur, quamuis non tantū capiti, sed alijs etiamnum par-  
tibus aptentur: eius generis sunt, Isis emplastrum, viride cephalicum, & quod  
Deileontem auctorem habet. Hæc igitur medicamenta tam cephalica, quā  
f iij



catagmatica carnem producunt, & vbi os nudatum non est, necesse est ex aliquo liquore vel cerato diluantur, quum vehementiora sint: osse autem nudato per se carnem alunt, idque non modò in capite, sed in alijs quoque corporis partibus. Inter cephalica quædam arida sunt, atque hæc maximè probantur à Galeno, quum nudato osse medicamenta vitet, quæ illini possunt, & linamentis excipi. Componuntur autem arida cephalica ex thure, iride, aristolochiâ, panace, farinâ erui, quanquàm hæc carnem communiter in vlceribus producant: variè tamen mixta (vt Galenus tradit) varia præstant: nam, vbi ficciora adhibeantur, cephalica erunt, & nudato osse carnem producent: vbi in eâ mixturâ superent minùs sicca, ad alia vlcera pertinebunt. In aridis itaque cephalicis à principio ad finem perseuerabimus: ea enim est optima curatio vlcerum capitis osse nudato, vbi scilicet, caro non sit collisa: alioquin in pus vertenda esset, donec tabesceret, quemadmodum ipse in sequentibus demonstrabit, deinde cephalica conuenirèt. Restat altera causa ob quam in vlceribus vinum adhiberi solet, ea est, vbi inflammatio timetur, vt repellamus: tunc enim vinum nigrum austerum commodissimè perfunditur. hoc etiam Galenus perfundebat grauiâ gladiatorum vlcera. quin & in alijs quoque membris cum fracturâ ossis, carnis quoque vulnus accessit, Hippocrates eiusmodi vinum maximè probauit. In vulnere capitis nò æquè timetur inflammatio, atque in alijs membris, & idcirco id remedium non conuenit, quo inflammatio admodum reprimatur: constat autem non ità patere caput inflammationi, sicut alias partes. quum (vt infrâ ostendet) non contineatur, quasi pars inferior à superioribus, vnde copiosè materiâ recipiat. adde quòd in partibus, quibus præter vlcus accedit etiam fractura, & os nudatur, quum necessario collidantur, maius periculum est, ne inflammètur, quàm in capite, vbi incidi & nudari os potest, etiam si caro minimè collidatur: quare minùs dolet, ac minus inflammationi exponitur. vino ergo vti non expedit, vt inflammationem repellat. Atque hæc potissima causa est, cur Hippocrates in vulneribus capitis vinum reijciat: nam & vinculum & cataplasma, quæ proximè repudiabit, non aliâ ratione inutilia sunt, nisi quia inflammationis suspicio non est. Vinum tamen, vbi aliquantisper inflammatio nos terreret, non esset ex toto vitandû, id, quod puto Hippocratem voluisse, quum inquit [aut certè quod minimum]. Ergo vlcus in capite, cum neque agglutinare expediat, neque repellentibus ab inflammatione defendi, vinum non exigit: nam, quauis siccandi vim habeat, tactu tamen humidum est, & principio madefacit, quæ res capiti infestissima est, quod imprimis siccità postulat, qualia sunt cephalica. Huc accedit, quòd vinum austerum nigrum (de hoc enim loquitur) refrigerandi vim habet, quæ (teste Hippocrate) vlcera non mediocriter lædit, idque magis, cum os nudatum est. maximè autem in capite, quod non solum facultate, sed tactu etiam frigidis medicamentis offenditur, ità, vt periculum instet, ne refrigerato cerebro neruorum distentio oriatur. Ex his patet, quàm miserè ægrotantes occidat, qui non solum alijs vulneribus, sed illis etiâ, quæ in capite sunt, medentur linteis ex aquâ frigidâ madefactis: nam si vinum incommòdum est, quâto magis aqua? Verum multos adducunt hâc medicinâ restitutos, neque verentur asserere id non aquæ potentiâ, sed miraculo proficisci, cum sacris quibusdâ verbis prolatis aqua propè diuina reddatur, & id efficiat, quod per se minimè posset. Quæ superstitiosa religio eodem modo refelli potest, quo refelluntur, qui scorpionem volebant carminibus & saluâ necari.

*Aqua vlceribus nocua*

1 cari. nam, si vtrunque seorsum experiamur, idem præstare aquam per se, quod prolati verbis inuenimus. Igitur, vt nugis omissis atque ineptijs rei naturam persequamur, frigida aqua nō aliter in vlceribus proficit, q̄ in frigidis morbis, in quibus, si hominem non ita calidum naſta ſit, calorem extinguit, & ipſum interimit: ſi abundē calidum, quū calor frigus refugiat, & in vnum coactus potētiō reddatur, morbum exoluit. quod placuit Hippocrati, quū iuuenem boni habitus æſtate neruorum diſtentione prehēſum ſanari aquā frigidā ſcribit. cunctis itaque vulneribus aqua frigida nocet: tūc autem magis innocenter adhibetur, quū natura & corporis totius, & partis affectæ calida eſt, cū affectus recens, quū per tempeſtatem licet frigidis vtī. quod fortāſſe voluit

10 Cornelius Celſus, vbi ſine peregrinis & conquiſitis medicamentis ſolā aquā frigidā curari vulnera tradidit: nāque, vbi ſuſtineatur, vlcus purū ſeruat, repellendi vim habet, & naturali calore aucto ſanitatē reſtituit. Sed, quū os apertū eſt, ex toto fugienda eſt, non modō in capite, quod vino quoq; offenditur, ſed in alijs etiam partibus. Quod verō iactant innumeros eiufmodi præſidio liberatos, vtinam æquē liceret, interemptos aſpicere, atque eos, qui conualuerunt.

2 Neque cataplaſmate, neque linamentis curare.

Capite vulnerato, quū inflammationis periculum non ſit, quemadmodum non opus eſt vino, quod repellat, itā nec cataplaſmate, quod collectam

20 materiam concoquat, in pus vertat, & dolorem leniat. vlceri enim, cui nullus affectus iungatur, quæ molliunt & maturant, omnia aliena ſunt: ſub his enim diutius perſeuerat, ſordidum & malignum redditur: quæ proxima ſunt, putreſcunt. quamobrem ex toto vitari debent, ac præcipuē in capite, quod in primis ſiccantia exigit, & propter cauſas ſuperius adductas, & ne (vt ipſe ſubdit) purulenta caro, os quoque purulentū efficiat, quo corrupto cerebri membranæ, & cerebrum ipſum corrumpi neceſſarium eſſet. eā de cauſā cataplaſmata ſummoiet, quæ ſerē ad pus mouendum inflammationis cauſā fiunt, atque ex calidis & humidis componuntur. cuiuſmodi eſt, quod ex farinā tritici vel, ordeī conſtat, ex oleo & aquā dilutā. eadem quoque reiſcit, in opere de

30 vlceribus, & in eo, quod de articulis eſt, quā de fracturā auris: vbi Galenus prodidit cataplaſmatis vſum reſoluere & effœminare poſſe, non tamen ſiccare & detergere, quod ante omnia propoſitum eſt, quū caro producenda ſit, & inflammatio minimē timeatur. quod ſi aliquando doloris vel inflammationis cauſā adhibeantur, vt ad vlcera frontis, & ad ea etiam, quæ in reliquo capite ſunt, quū medicus ſcalpelli operā vtitur, ſerē componuntur ex ijs, quæ ſiccandi magis, quā leniendi facultatem habent, atque idcirco non ſicut cætera pus mouent duntaxat, ſed non mediocriter etiam ſiccant & repellunt, vt in ſequentibus patebit. A linamentis quoque abſtinendum, quū plærunque dentur, vt plagæ oras ad pus effundendum, vel ad os conſiderandū dilatent,

40 & medicamēta excipiant, quæ, quū *μοτῶς*, id eſt, linamētis excipiantur, græcè *ἐμμοτα* dicūtur: quamuis (teſte Galeno in ſecundo de officiā medici) dentur etiam ad ſupprimendum ſanguinis fluxum. In vlcere capitis, niſi alius affectus accedat, neque pus effundendum, quū inflammatio nulla ſit, neque medicamētum ſuperinducendum, quod linamentis excipiendum ſit. his tantū, vbi ſanguis ſupprimendus non ſit, aperta plaga ſeruanda eſt ad os conſiderandum, vt infra demonſtrabit. ſed, quū os vel ſectum iam eſt, vel perſpectum eſt, & ſectione non indiget, nihil vltra inducere linamenta expe-



dit, aut plagam dilatare. Consuevit autem Hippocrates, vbi cataplasma reputat, linamēta etiam vitare (quod in loco adducto de fracturis videmus) & vbi linamento vitur, cataplasma quoque adhibere, quod paulò infra demonstrabit: sedque eā de causā, quia, quum cataplasma superdatur (vt iam dictum est) ferè pus mouetur, atque idcirco plagam seruare apertam conuenit, vt id euadat. & propterea, quum adhibetur cataplasma, imponendum non est oris plagæ, ne puris exitum prohibeat, sed (vt alibi dixit) partibus, quæ iuxta sunt. Contrā pleriq; ex nostri sæculi chirurgicis, non modò alijs vulneribus, sed ijs etiā, quæ in capite sunt osse nudato, siue inflammatio vel collisum ad vulnus accedat, siue nihil tale sit, sanguine suppresso perpetuo primis diebus cataplasmate vtuntur, quod vitellum oui habet, & resinam terebintinā ex rosā diluta, neque animaduertūt eiusmodi mixturā vlcus diutinum ac sordidū reddi, subiectum os, vbi nudatū est corrumpi, & effectū præstari contrarium illi, quæ res postulat: quum, quæ in eā mixturā sunt vniuersa eius habitus sint, vt illinantur (emplastica à Galeno dicuntur) & quum laxandi etiam vim habeant, pus mouet, putrefaciunt & corrumpunt. quid quod & ipsa resina ab Hippocrate in libro de articulis, vbi vlcus est, expellitur? quod si eiusmodi medicinā vteretur, cum inflammatio vel collisum vulnere adijcitur, neque ipsi vulnere (vt faciunt) sed proximis partibus ipsam imponent, veniā digni essent. Mitto linamenta, quibus vbique plagam infarciunt, adeò, vt ex minimā ingentem ipsam efficiant. Quid opus est verbis? nihil ferè obseruant ex ijs, quæ Hippocrates, nō vsum tantum, sed ratione quoque fretus præcepit.

» **A**T neque adstringere etiam cōuenit capitis vlcus, nisi fuerit in fronte, aut  
 » in parte, quæ sine pilis sit, aut ad supercilia atque oculum. vlcera enim his  
 » locis cataplasmata magis & vincula requirunt, quā aliā capitis parte. Siqui-  
 » dem reliquum caput frontē vniuersam continet: vlcera autem vbicunque fue-  
 » rint, ob sanguinis cursum ex ijs, quæ continent, inflammantur, intumentque.

Capitis vlcera, non modò cataplasmata, sed vincula etiam reijciūt. causam quamobrem hoc accidat, partim hāc oratione docemur, partim in libro de officinā medici, vbi fasciarum duplicem vsum proposuit: nam aut ipse per se ali-  
 » quid efficiunt, aut efficientia nimirum medicamentum tenent. Inter ea præsi-  
 » dia, quæ per se fasciæ afferunt, id non postremum est, quod, quæ diducta sunt, in vnum cogūt: quamobrem vtilissimè inijciuntur, quum amplior plaga glutinanda est: id item, quod ab inflammatione defendunt, materiam, quæ aliundè ad affectam sedem confluit reprimentes, & eam, quæ iam recepta est, expellentes. ad quem vsum excogitata est iunctura illa adeò celebris, membrorum fracturis accommodata: hæc dari in capite nequit ob eius figuram, quum non habeat partes superiores & continētes, sicuti membra, brachia scilicet, & crura. Quamobrem sectio ossis necessāria fuit (quemadmodum suprā Galeno auctore demonstrauimus) vt quod in cerebri membranā colligitur, extrahatur.  
 Ad hæc cum patefacto osse glutinari vulnus nequeat, non opus est fasciā, quæ diductas oras coniungat. Illæ autē fasciæ, quæ ad continēda medicamenta superdantur, in capite necessarię non sunt, vbi simpliciter vulneratū est: cum cataplasmata (vt dictum est) non conueniant. quare neutrum fasciarum genus capiti accommodatur: de eo tamen hic loquitur, quod continendi causā inijcitur, quum de cataplasmate & vinculo simul tractet. Inquit ergo [neque adstringere etiam conuenit capitis vlcus] in alio codice non legitur adstringere, sed



- 1 sed alligare, quod idem sibi vult: sæpè enim cõsuevit vnum pro altero mutuari. varia autem vincula ex linteis scissis, vel ex fascijs glomeratis, quæ Galenus & antiquiores ad caput in libris de fascijs tradiderunt, ad id ferè spectant, vt capiti imposita medicamenta contineant, quæ inflammationis vel colli si causâ superdâtur: ad quem vsum admoventur ab Hippocrate, quum plaga in capite à chirurgico secatur, vt proximis verbis docebit. Igitur, vbi simplex vlcus sit offe nudato, nec medicus debeat scalpello plagâ dilatare, nec aliud vlceri adijciatur, vincire non oportet. Excipit autem eas partes, quæ magis inflammationi parent, huiusmodi est frons, quâ videtur diuidere in duas partes, in eam,
- 10 quæ caret pilis, & eam quæ est ad supercilia atque oculos. vtraque autem ad frontem pertinet. quibus locis vinculum non repudiat, cum eo teneantur medicamenta, quæ inflammationi aptantur. ipse etiam adscribit causam, cur vinculum & cataplasma tantum ad frontem, & non ad alias partes capitis pertineant. quoniam (inquit) reliquum caput frontem vniuersam cõtinet, id, quod continet, materiam transmittit, & inflammationem concitat in eo, quod continetur, vbicumque vlcus fuerit. in membris enim inferiora superioribus continentur, & ab illis materiam recipiunt: in capite frons respondet inferioribus membrorum partibus, reliquum caput superioribus, atque hoc frontem continet, quum prominens ab eo dependeat, quasi inferior pars à superiori, & id-
- 20 circo humores recipiat à reliquo capite transmissos. Huc accedit, quod magis carnosâ est, atque idèd magis inflammationi obnoxia ob materiam, quam copiosius admittit. Itaq; nō alienum est cataplasma, vt, quum hæc pars inflātur, lenire dolorem possit, & si quid relictum in eâ fuerit digerere, aut concoquere. Rectè itaque cataplasmatiss causâ vinculum quoque adhibetur, quod alioquin omittendum esset: in libro enim de vlceribus memoriæ prodidit plagam, quæ cataplasmate non eget, vinculum quoq; non requirere, quo, scilicet, medicamentum teneatur. Sed, quum in fronte periculum inflammationis instet, & eâ de causâ detur cataplasma & vinculum, quo teneatur, videtur etiam posse obuolui vinculum, quod repellat, sicut fit in fracturis, cum vlcere: quod
- 30 tamen (vt opinor) aliter se habet: in membris enim adèd continetur partes inferiores superioribus, vt promptè ab illis materiam recipiant, possitque eadem rursus ab inferioribus ad superiora trāsmitti citra noxam: in fronte, licet contineatur à reliquo capite, & materiam inde transfusam admittat, non licet æquè eandem repellere, ne ad cerebrum deducta graues inflammationes afferat cum periculo mortis. Quocirca Hippocrates, tametsi præcipiat, vt cataplasmata & vincula ad frontem adhibeātur, quæ cauerat, ne alijs vlceribus capitis imponderentur, nullam vini mentionem facit, quod suprà eiecerat, quum (vt diximus) non existente inflammationis suspitione repellendum non esset. Comprobantur hæc per ea, quæ Galenus tradidit in quinto de ratione curandi, vbi
- 40 pugnans contra sanguinis fluxum ex naribus, non audet fronti repellentia superinducere, ne cerebrum lædat, sed auertentibus nititur. In fronte ergo, quauis inflammationi pateat, nihil de vino loquitur, vt qui repellendum esse non censeat, sed solum cataplasmate & lenientibus vtendum, & vinculum superdandum, quo teneantur. Ex his etiam intelligere possumus, quantum nostri temporis chirurgici à ratione & à præceptis Hippocratis recedāt, quum non solum in fronte, sed in capite vniuerso, vincula adhibent, quandoquidem & cataplasmata (vt suprà demonstraui) atque vbi fasciæ opportunæ sunt ad

medicamenta continenda, eas adstringunt, quod inflammationi maximè est inimicum, vt ab Hippocrate in libro de fracturis, & de officiâ medici docemur, & infrâ etiam, quùm cauet, ne caro inflammetur & comprimatur: præter hæc adedò crassas & toties obuolutas ipsas iniiciunt, vt, vbi nulla sit, inflammationem excitent. Sed nimis longè laberer, si singulos eorum errores in fasciâdo persequi velim. Ad Hippocratem igitur reuertar, qui, quod in fine vertimus [inflamantur, intumētque] græcè scripsit his verbis φλεγμονή, καὶ ἐπαινοῖδισμεται, quibus vocabulis notat inflammationem cum tumore. nam quædam inflammatio tumore caret: sed φλεγμονή apud Hippocratem significat inflammationem omnem, & ὄδιμα similiter omnem tumorem: hæc duo vocabula 10 simul iuncta inflammationem notant, eam scilicet, cui tumor accedit. possumus etiam, si magis placet, duo accipere per se, inflammationem cum materiâ, & tumorem sine inflammatione, cuiuscunque generis fuerit. quod tamen ait de sanguine, priorem opinionem magis comprobat, vt vnum hæc duo vocabula exprimant, nempe inflammationem cum tumore: siquidem huius causa est sanguis, de quo loquitur.

» **V**erùm, nec quæ in fronte sunt, per totū tēpus cataplasmate nutrirī debent, sed quùm inflammatio ac tumor cessat, tunc à linamētis vinculo & cataplasmate adhibendis desistendū est. In ceteris autē capitis partibus, nec linamentis, nec cataplasmate vtendū, neq; alligādum, nisi scalpelli opera necessaria sit. 20

Si cataplasma & vinculum inflammationis causâ adhibetur, iure, vbi hæc conquiescit, nihil vltrâ expedit cataplasma inducere atque alligare. repetit autem, quod iam dictum est, in cæteris partibus capitis, nec cataplasma, nec vinculum conuenire: cataplasma quidem, quùm non ità inflammetur: vinculum, quùm, & eas nequeat ab inflammatione tueri, & non opus sit cataplasma continere. Quod si ad plagæ sectionem veniamus, tunc opus erit cataplasmate, linamento, & vinculo. Non addit vinum, quia in reliquo capite ea summouere propositum est, quæ fronti idonea posuit: in quâ, cum nullam vini mentionem faciat, non necesse habet hic illud expellere: satis enim fuit suprâ dixisse vlcera capitis, neque vino etiam madefacienda esse. Quod verò ait [aur certè quàm 30 minimum] accipiendum est in eo casu, vbi sit inflammationis suspicio, quæ admodum, vbi medicus vtitur operâ scalpelli. Quando autem secari plaga debeat, ipse proximis verbis subiiciet: quam verò curationem admoueat, quùm cataplasmate non vtitur, hic præterijt: sed, quùm produci carnem nudato osse conueniat, nulla magis aptantur, quàm siccantia & propriè arida medicamenta, quæ suprâ cephalica nuncupari diximus.

» **P**ostulant autem scalpellum vlcera capitis ac frontis, quùm os nudatum est, & verisimile sit fuisse à telo violatum: ipsa verò breuiora sunt atque angustiora, quàm vt perspicī patiantur, num quid mali os sub telo senserit, & cuiusmodi sit, & quantum: quātum item carnis collisum sit: contrà etiā num os sub 40 telo inuiolatum seruetur, nihilq; læsum sit, quidque opus in curatione sit, tam quod ad carnis, quàm, quod ad ossis vitium pertinet. hæc itaq; vlcera scalpelli vsum requirunt. Quod si nudato osse vulnera intus caua sint, abundè incidere id cauum transfuersum conuenit, quâ non facillè medicamentum, quodcunque id fuerit, admittit. vlcera in super in orbem, atq; admodum intus caua, scalpelli quoque operam postulant. orbis enim quibus lineis incidendus est in longitudinem hominis, atque vlcus longum efficiendum.

Proponit



## DE VVLNERIBVS CAP.

91

- 1 Proponit tria genera vlcum, quæ in fronte & capite scalpellum requirunt, primum, vbi os nudatum conspicitur, probabileque est lēsum fuisse à telo, neque plaga hiat, quātum satis est ad intueūdu vitij genus, modum & curationem: in hoc enim casu amplianda est. quâ ratione autem hoc agendum sit, in sequentibus demonstrabit. Alterū genus est, quū vlcus intus valde cauum est, itā, vt latius pateat, quā extrā, neque possit ea medicamenta recipere, quibus nutriendū est. atque hoc similiter incidi debet scalpello transuersā lineā ductā, quā parte medicamentum non admittitur. Quod autem addit [nudato ossē] dubitandi causa est, quū etiam non nudato cauum vlcus aperiendum sit. an  
 10 eo hoc adiecit, quia solū illa capitis vulnera hīc persequitur, vbi os nudatum est? cetera enim (vt suprà ostendimus) non aliam curationem postulant, quā reliqua vulnera: atque idcirco ab Hippocrate omittuntur, vt, qui satis esse existimet, quæ de illis tractauit in opere de vlcibus. Tertium genus ponit vlcera, quæ in orbem sunt & caua, quæ (vt in libro quoque de vlcibus tradidit) secare etiam oportet, sic, vt duæ lineæ scapello ducantur in longitudinem hominis, altera nimirum à superiori parte orbis, ab inferiori altera, quo pacto vlcus longum reddetur: eoque fiet, vt medicamēta facilius admittat, & carne citius impleatur. plaga enim, quæ in orbem est, quū non habeat angulū, vnde caro increascit, diuturniori tempore impletur. Sed, vtinam chirurgi nunc & in  
 20 tribus propositis casibus perpetuò plagā secarent, quod non faciunt, & in nullo alio præter hos scalpelli operā vterentur, neque inconsideratè plagam ampliarent, quū primum ad ægotantem accedunt, vt intueantur ossis noxam, quæ vel satis patet, vel nulla est, quū os nudatum non sit.

„ Vbi caput incidendum sit, ceteræ partes eius tutò inciduntur, tēpus & regio superior iuxta venam, quæ per tempora fertur, hic inquam locus scalpello attingi non debet: eum enim, qui incisus fuerit, neruorum distentio prehendit: ac si tempus sinistrum inciditur, dextrum neruorum distentione occupatur, si dextrum, nerui distenduntur in sinistro.

- Caro & cutis quā tegitur caput, vbique tutò secatur, præterquā in tēpore  
 30 & regione, quæ suprà est, per quam vena procedit: nam in cæteris partibus capitis nihil est, quod periculose incidatur, per tempus & superiorem regionem tendit vena grandior, cuius nunc meminit, ob quam suprà etiam dixit tempus esse imbecillius: cum vena etiam arteria simul fertur, quā iuxta veterū consuetudinem sub venæ nunc vocabulo complectitur. Eiusmodi igitur vena in causā est, cur tēpus periculose vulneretur, vt superius prodidit, vbi aliam quoque causam adiecit, videlicet maxillæ motum, quæ cum capite iuxta tempus committitur: illigatur enim musculis, qui à temporibus oriūtur. quare periculum est, ne, vbi ea regio secatur, neruorum distentio superueniat. eādē nunc ratione mouetur, quū edicit, ne ad tempus & regionem, quæ suprà est, scalpellus adhibeatur: siquidem neruorum distentio sequeretur, violatis eā parte  
 40 musculis, quos in opere de articulis *νευραλτρες* à temporibus nuncupauit. musculi enim, qui maxillam mouent, dum os clauditur, à temporibus nascuntur: hi ergo, si incidantur, neruorum distentionem afferunt. Vbi autē sinistra pars secatur, dextra neruorum distentione tenetur, contrā vbi dextra, sinistra id malum accidit. nam, si præcendantur musculi, qui maxillam ab vnâ parte cōnectebant, nequeunt ampliùs prohibere, quo minùs musculi alterius partis ad suum initium contrahantur, quæ propriè natura est omnium musculorum. hi



enim antè à maxillâ tenebantur, quæ musculis alterius partis illigabatur, quibus præcis, quum non æquè contineatur, non æquè potest contrariæ partis musculos continere: meritò ergo contrahuntur. Simile quid accidit, vbi maxilla ab vnâ parte prolabitur, in quo casu eam ferri dixit versus integram partem, quum ab hac muscoli contrahantur. Multa quoque scribit in opere de articulis hoc modo germana esse, quod ad neruorum & musculorû extensionem pertinet, ita, vt, quum vna pars læditur, cõtraria sæpè afficiatur. Attingere ergo scalpello tempus non cõuenit, nec regionem, quæ iuxta est. quãdoquidem vulnus lethale est propter musculos, qui neruis cerebro proximis cõtinentur, atq; vbi dextra pars secetur, contractio apparet in sinistrâ, quod (vt ostensum est) alijs quoque euenit, quæ germana sunt in corpore.

„ Ergo, quum nudati ossis causâ plaga in capite secatur, vt appareat, læsum „ nec ne à telo fuerit, eatenus incidi debet, quatenus opus esse videbitur. o- „ portet autem, vbi secatur, diducere ab osse carnem, quæ mēbranæ & ossi iun- „ cta est, deinde vlcus vniuersum linamētis implere, quæ in posterum diem mi- „ nimo labore ipsum apertum exhibeant. vbi autem linamenta dātur, quamdiu „ adhibentur, imponendum est cataplasma ex polentâ tenuissimâ, quæ, ex aceto „ subacta incoquatur, & maximè glutinosâ fiat.

Tres causas posuit, ob quas secari plagæ in capite debēt. Prima est, quum os nudatum est, vt in conspectū veniat, quid mali senserit, & quæ curatio necessaria sit: altera, quum vlcus cauum: tertia, quum in orbem est. de duabus postremis, abundè suprà tractauit, nunc ad primam reuertitur, docens, quid obseruandum sit, dum vlcus inciditur, vt nudatum os liceat intueri. Primò igitur de modo sectionis agit, præcipitq; vt incidamus, quantum satis esse videatur, ad os, scilicet, inspiciendum & curādum. De sectionis figurâ nullam mentionem facit, ex alijs tamen idoneis auctoribus colligitur ita ferè secandam esse plagâ, vt tota .X. literæ similitudinē referat, sic, vt vna sit linea ipsius plagæ, altera, quæ scalpello chirurgicus ducit. antea verò radendū caput esse clarius est, quàm vt dignum sit, quod ab Hippocrate scribatur. In sectione autem caro, quæ, cum osse & membranâ connectitur, ab osse diducenda, atque erigenda est: at non modò carnem, sed & membranam, quæ caluariam tegit ab osse diduci debere manifestū est, quandoquidē vlcus eâ de causâ inciditur, vt os appareat. Sed, quī fieri potest, vt appareat, nisi membrana quoque detrahatur? Carnis autem vocabulo Hippocrates & cutem significat, & membranâ, quæ os complectitur: hanc inquit ossi iunctam esse, & membranæ, illi videlicet, quæ sub caluariâ cerebri tegit. ligamenti enim, quæ per futuras transeunt (vt suprà dictum est) altera cum alterâ connectitur. hoc factò vlcus vniuersum linamenti implendum, quæ (vt Galenus in secūdo de officinâ medici testatur) plagâ facillè apertam seruant in posterū diem, præterquàm quòd sanguinem sistunt. Iam verò, dum linamenta dantur, cataplasma superinducendum est, vt leniat, & inflammationem arceat. in prioribus autē cataplasma eiecit, quoniam de plagâ simplici loquebatur, in quâ non ita erat inflammationis suspicio, nec vehemens dolor: atque idcirco carnem producentibus & cephalicis dūtaxat opus erat, quibus contraria sunt, quæ leniendi vim habent: nunc agit de eâ, quâ medicus facit, cui, quum os nudetur cute & membranâ detractâ, superuenire dolor & inflammatio solet, atq; ideo cataplasma necessarium est, quod leniat, & inflammationem coerceat. Illud autem animaduertendum est, quod in vlcerebus curantis

1 rantis consilium dirigi adeò ad siccandum voluit, vt etiam, vbi inflammatio-  
 nis causâ lenire expedit, siccantia admisceat, quod in libro de vlceribus clarè  
 conspicitur, quùm ad vlcerata simul & collisa, verbasci folijs vtitur: id, quod  
 nunc multò magis in capite obseruat, cùm cataplasma imponat, quod farinam  
 habet hordei tosti ex aceto subactam atq; incoctam, sic, vt maximè glutinosa  
 reddatur: hæc enim farina siccandi facultatem habet, acetum siccâdi simul &  
 refrigerandi: rectè autem adhibetur (vt tradit Galenus secundo de cõpositio-  
 ne medicamentorum sigillatim ad particulas attinentium) cùm cerebri mem-  
 brana dolet, sed patefacta non est, cū rosa lenire volumus, vt eius vis per os pe-  
 10 netret, acetum admiscemus, atque istiusmodi mixturam inter frontem & ver-  
 ticem damus, vtiliter etiam adijcitur medicamentis, quæ plagæ oris in capite  
 superinducuntur, nisi grauis inflammatio vrgeat, aut dolor intolerabilis. reprimere  
 enim valenter potest, & nullam leniēdi vim habet. in hoc casu, cùm pro-  
 tinus à sectione detur, nondum inflammatio est, nec dolor intolerabilis: atque  
 idcirco rectè cataplasmati miscetur, vt repellendo inflammari affectum locum  
 non patiatur. adde, quod cocturâ vis eius remittitur. Propositum igitur cata-  
 plasma reprimere & siccare potest, cūmq; reddi maximè glutinosum debeat,  
 nonnihil etiâ lenire, ac siquid repelli non poterit cõcoquere. huiusmodi enim  
 glutinosa (quæ, quùm illinantur à Galeno ἐμπλαστὰ dicuntur) puri mouendo  
 20 aptantur. Alij, non cataplasma, sed vinum oleo temperatum statim admouēt,  
 vt, qui magis dolorem timent: quanquàm hæc medicina non leniendo tātum  
 idonea est, sed etiam repellēdo. Iubemur autem cataplasma imponere, quam-  
 diu linamentis vtimur. nam (vt ex sequentibus colligitur) postea magis siccā-  
 dum est: vtemur quidem linamētis, quamdiu plaga aperta opus erit, ne os cu-  
 retur, dein siccantia nimirum cephalica superdabimus, sub quibus, siquid ossis  
 abscessurum est, maturius abscedet, quemadmodum infrâ demonstrabit. Sed  
 antequàm ad Hippocratem reuertamur, illud restat exponendū, quod ἀλφίτου  
 græcè idem sibi vult, quod latinè polenta, scilicet, farinam ordeï tosti: hæc, vbi  
 ex quopiam liquore subacta est, Hippocrates μέλιτι appellat, sicuti nunc, quùm  
 30 ex aceto diluitur.

» **P**ostridie, vbi linamenta subtraxeris, inspiciendum est quo malo teneatur  
 » os, quod si, cuiusmodi noxa fuerit, comprehendi nequeat, nec conspicuum  
 » sit, num mali aliquid senserit, probabilēque sit telum os attigisse, ipsumq; vio-  
 » lasse, scalpro radendum os est in altitudinem ac longitudinem hominis, atque  
 » etiam transuersum, propter rimas, quæ conspectui non subiiciuntur, & propter  
 » collisa, quæ latent, quùm os non defederit ab alio capitis ossē recedens: scalpro  
 » enim deprehenduntur ossis vitia, si alioquin manifesta nō fuerint. Item, vbi teli  
 » sedem in ossē intuearis, radenda est & ipsa sedes & ossa, quæ iuxtà sunt: inter-  
 » dum enim sedi adijcitur fissum & collisum, vel collisum tantū, quæ deinde la-  
 40 tent, quùm conspectui non subiiciantur.

Iis factis, quæ suprâ indicauit, ostendit quid postridie agendum sit, summa  
 verò totius orationis est docere, quâ viâ deprehendantur ossis noxæ, quæ ipso  
 etiam patefacto non apparent. scalpro itaque radit, infrâ, vbi scalper non suffi-  
 ciat, nigro atramento vtitur, atque hoc est id operis, quo suprâ dignosci voluit  
 latentes ossis offensas, quùm primò interrogandum esse hominem ait, deinde  
 rem opere explorandam. præcipit igitur, vt postridie subtractis linamentis os  
 cõsideretur: atque vbi noxa minus appareat, & verisimile fiat (ex ictu, scilicet  
 telo



telo, & ijs, quæ superueniunt) violatum fuisse os à telo, vt scalpro radatur, non modo in altitudinem, sed in longitudinem hominis ac latitudinem. sic enim quæ latebant, oculis exponuntur. suprâ autem ostensum est fissâ præcipuè latere & collisâ: hæc autem radendo dignoscuntur: nam vel os nõ sui coloris inuenitur, vel interiores partes sanguine suffusæ, aut huiusmodi quædam præternaturam se ostendunt. Ad hæc, vbi os (vt antè indicauit) ita inciditur, vt appareat, quâ telum infederit, solet interdum vel findi & collidi, vel collidi tantum, licet huiusmodi noxæ manifestæ non sint. iubet itaque, vt, cum teli sedem intuemur, scalpro & sedem ipsam, & os adiunctum radamus, hoc pacto siquidem in conspectum veniunt.

» Postquam scalpro os deraferis, si tibi exigere sectionem videtur, secare debes, neque pati, vt res tertium diem excedat, priusq̃ feces, sed intra id spacium secabis, præsertim, vbi tempus calidum fuerit, tuncq; principio adhibearis.

» Ossis noxa non aliâ de causâ requiritur, nisi vt curatio admoveatur: quàm obrem, vbi scalpro deraferis, videndum est, num res postulare sectionem ossis videatur. Suprà autem scripsit hos fracturæ modos sectionem requirere, nempe collisum & fissum, vel per se, vel cum sedi vtrunq; seu alterutrum adijcitur: item, cum os præcisum est, sed modicè. in his enim casibus iubemur ad sectionem confugere. quare nunc quoque imperat, vt postquam os deraferis, si tibi secandum videatur, hoc est, si sit aliquis ex fracturæ modis, qui supradicti sunt, sectionem requirere, intra triduum feces, præsertim (inquit) si calidum tempus fuerit, & æger tibi initio tradatur. æstiuo tempore caro magis putrescit, & os gangrænâ periclitatur ob saniem defluentem, & idèò, quo celerius os secatur, eo celerius cataplasma summoveatur, & plaga sanescit impositis medicamentis, quæ magis siccandi vim habent, minùsque os periclitatur. inquit autem, si à principio adhibearis, quoniam medicus non intra tres dies, sed longè tardius sæpenu merò adhibetur. Scribit enim in libro prognosticorum, mori nonnullos antequàm medico tradantur, nonnullos paulò postquàm traditi sunt, vsque adeò negligentes sunt, qui accersere ipsum debent, quamobrem exequi hoc præceptum non potest. Expeditissimū itaque est principio os secare: nam tunc non est inflammatio, quæ post triduum infestare hominem cōsuevit: quare os hoc tempore tutius tractatur. iubemur enim ossa fracta, aut prolapsa intra hoc spacium componere, vel in suam sedem collocare, vbi hoc non fiat, expectare, dum inflammatio conquiescat: quod tempus hîc quoque expectandum videretur, nisi suspicio esset, ne sanies affectam sedem prius corrumpere. quo mouentur iuniores, qui æstate vsque ad septimum diem, hyeme vsque ad decimum quartum secari os posse existimant, neque animaduertunt id cum præceptis Hippocratis pugnare.

» Verum, si suspiceris ne os fissum, collisum, vel vtroque modo violatum sit, de sermone hominis coniecturam faciens: quod vehementer ictus fuerit: quod à valido vulnus acceperit, vbi alter ab altero vulneretur: quod telum quo percussus fuerit, ex eorum numero est, quæ grauiter lædūt, dein, quod vertigo sequuta est, oculi obæcati sunt, æger sine sensu, quasi dormiens iacuit, concidit. hæc, vbi superueniunt, nisi patet, os ne fissum, collisum, aut vtroq; modo lēsum sit, neque alioquin videre licet, inducendum est super os medicamentum ali- quod nigrum, quod dilutum sit, ac super plagam linteum dandum, & ex oleo madefaciendum, dein cataplasmate ex dilutâ polentâ imposito alligandum.

Posttridie



- 1 » Postridie autē resolvere oportet, & purgatā plagā os radere: quod si integrum  
 » non fuerit, sed fissum & collisum, reliquum, quod rasum erit, albū inuenietur:  
 » fissum verò & collisum, quū medicamentum combiberit, dilutū & nigrum  
 » in alio ossē, quod album erit, nigrum conspicietur.

Nudatum os interdum iniuriam sentit, quanquā videatur iniolatum. quocirca iussit, vt intelligeremus, an læsum sit: primò ex ijs, quæ homo respon- det, tum ex ijs, quæ superueniunt, ac deinde rem operā exploraremus: scalpro, scilicet, de quo suprà tractauit, & atramento, quod nunc ponit. Ergo, si nudato ossē audias ictum fuisse vehemētem, & telum ex ijs, quæ malum magnū affe-  
 10 runt (vtrūque enim propositis verbis expressit) os violatum esse credibile est. superuenientia autē, quæ videtur seiungere) ab ijs, quæ homo respondet, si (vt in superioribus etiam notauimus talia sint, qualia nunc retulit, læsum similiter esse os testatur. nam in septimo libro sententiarum, quas aphorismos vocauit, malum esse docet, quū percussio capite homo est attonitus: id, siquidem vocauit, æti non modò ossis, sed cerebri quoque facit opinionem. Igitur, vbi, quæ pro- posita sunt, telum, scilicet, ictus, & quæ superueniunt, fractum os denunciant, neque malum scalpri vſu deprehenditur, medicamentum nigrum, quod dilu- tum fuerit, cuiusmodi est atramentum scriptoriū, super os inducit, deinde pla- gam linteo contegit, & oleo madefacit, tum cataplasma ex dilutā polentā su-  
 20 perimponit, & alligat, continēdi nimirum medicamenti causā, antè etiā idem cataplasma imposuit à scalpelli vſu protinus, vt instanti dolori occurreret, atq; inflammationi, cui licet caput non æquē obnoxium sit, ac cætera membra, vt antè dictum est, carne tamen & membrānā laceratā, inflāmatione prehendi- tur. Nunc insuper oleum adijcit, quod vlceri per se inimicū est, vt ipse in libro de vlceribus prodidit: accommodatur tamen ad leniendum dolorē, qui proce- dente tempore, materiā ad affectū locum concurrente, solet intēdi & inflam- mationem augere, atque idē non contentus cataplasmate, oleo etiam vtitur. Cauēdum autem, ne cataplasma oris plagæ imponatur: sic enim saniei exitum prohiberet. tantū ergo adiunētis partibus superdandum, quod clarē in libro  
 30 de vlceribus expressit. Postridie autem resoluit, & purgato vlcere atramētum detrahit: siquidem nigritiem continet, quod fissum est aut collisum, cū atra- mentum admiserit, quod integrum est, album conspicietur.

» **I** Terum quoque rima, quam nigram intueris, altè radēda est. quod si raden-  
 » do huiusmodi rimam, quæ nigra apparet, itā summuoueris, vt deliteſcat: col-  
 » lisum quidem os fuit magis aut minus, atque ob id etiam fissum rimā, quam  
 » scalper detraxit. Res autem minūs terribilis est, minúsque negocij facessit, ri-  
 » mā deliteſcente: vbi altius descendit, & scalpro detrahi non potest, ad sectio-  
 » nem veniendum est.

Radendum os, vt album præter rimam totum appareat, quo factō raden-  
 40 da item rima, quam nigram intuemur: nam vel deliteſcit, vel ita altè descēdit, vt scalpro detrahi nequeat: quæ deliteſcit, minus terribilis est, & minūs tā me- dicum, quā ægrotantē fatigat: quæ altè infedit, exigit, vt os secetur. Sed cū duo membra opposita sint, duóque eorum vtrūque consequantur, in vtroq; membro alterum duntaxat apponit, volens ex eo reliquū intelligi, vt qui ma- ximè in breuitatem incumbat. membra igitur sunt, rima sub scalpro delite- ſcens, quam minus terribilē ponit, & ea quæ altius descendit, quam ait sectio- ne egere, in rimā, quæ deliteſcit, id omisit, quod sectione nō indiget, in eā, quæ

altè descendit, præterit magis terribilè esse. Idem quoque fecit in secundo illarum sententiarum, quas aphorismos vocauit, quum inquit [vbi fauces ægrotant, aut pustulæ in corpore nascuntur, intueri deiectiones oportet : nam, si biliosæ fuerint, corpus vnà ægrotat : si verò similes sanis tutò nutritur] qui perfectè sententiam vniuersam persequeretur, ità scriberet. si deiectiones biliosæ fuerint, corpus ægrotat, neq; tutò nutritur: si verò sanis similes, corpus nò ægrotat, & tutò nutritur. Rima igitur, quæ altè descendit, metu terret, & sectionem postulat, cum sub huiusmodi ictu verisimile sit saniem super cerebri membrana colligi, quæ non nisi detractò ossè eijci potest. quâ ratione os vel serrâ, vel scalpris, vel terebrâ detrahatur, in fine operis demonstrabimus, ad quem locum instrumentorum formam distulimus: vbi rima scalpro finditur, res leuior est, quæ vt purgandam esse cerebri membranam credendum sit, atque idcirco sectionem non postulat: quod suprà etiam narrauimus, quum in sede teli altius non descendit: ostendimus os minimè secandum esse. Quid quod leuiori curatione etiam eget, & emplastra, quæ cephalica dicuntur (vt ait Galenus in secundo de compositione medicamentorum generatim ad morbos attinentium) ad has fracturas pertinet, quæ vsque ad summum os inter medium & imum perueniunt? Quod autem inquit, fissum os, collisum quoque fuisse, etiam, si rima scalpro dematur, clarum est, quum (vt in prioribus narrauit) quo telo os finditur, eodem collidi necessarium sit.

20

Sectione autem adhibitâ cætera facienda sunt, quæ vlcis curatio postulat, Scauendumque, ne os à carne, quæ minùs rectè curata fuerit, aliquo malo afficiatur. os enim, quod & sectum est, & quod alioquin nudatum, aut integrum est, aut quamuis à telo violatum sit, integrum apparet, vbi caro, quæ ipsum cingit, malè curetur, inflametur & comprimatur, magis periclitatur, ne purulentum fiat, licet alioquin futurum non esset. igneum enim os ipsum redditur, atque admodum inflammatur, vt quod ob superiectam carnem calefiat, inflammatur, motu pulsuque tentetur, & in omnia mala incidat, quibus caro ipsa vexatur, quæ, quum ità se habeant, purulentum efficitur.

Persequitur curationem, quæ, cum duo mala sint, ad vtrumque spectat, ad fracturam, in quâ, si res exigere videatur, adhiberi sectionem iussit, & ad vlcus, de quo nunc agit. eos enim, qui vni consulunt alterum negligentes in opere de fracturis reprehendit, vbi membro fracto simul & vlcerato consilium partim ad fracturam dirigendum esse, partim ad vlcus demonstrat. Nunc igitur commonet, vt, qui secuit in cæteris vlceri medeatur, id est, ea præcepta obseruet, quæ in libro de vlceribus traduntur: nam, vbi caro collisa est, in pus verti debet, vbi incrementum hanc oporteat, siccantibus modicè, & detergētibus plaga nutrienda est, hoc multò magis necessarium est ossè nudato, atque adeò secto, quod mox subijciat. Galenus à principio ad finem in aridis cephalicis perseverat: hæc enim carnem producant, sed in alijs membris sicca nimis essent, cum minùs siccis ea immiscet: in capite ossè nudato, cum siccioribus opus sit, nullâ re vim eorum frangit. Facienda ergo sunt, quæ vlcis curatio postulat, hoc est, danda sunt sicca, quæ ossis causâ validiora sint. Curandum itaque vlcus est, vt caro sanescat, sed multò magis, ne purulentum os fiat, quod sibi voluit propositis verbis. Afficitur autem à carne os, quod fecatur, id, scilicet, à quo fragmentum detrahatur, atque illud etiam, quod quamuis non secetur, nudatum est, siue integrum sit, siue latum, sed integrum videatur. de eo autem, quod non solum violatum

40



## DE VVLNERIBVS CAP.

97

violatum est, sed etiam videtur, nihil loquitur. Cōstat enim, vbi à carne vitetur os, quod integrum est, & quod læsum, sed integrū apparet, multò magis id affici, quod ita grauiter læsum est, vt noxa oculis exponatur. os itaq; pus contrahit, cum caro (inquit) malè curetur, inflāmetur, & cōprimatur, quibus vocabulis tria licet accipere. Nam, quod ait [malè curetur] ad medicamēta pertinet, per quē, si collisa caro est, q̄ celerrimè pus mouendū, deinde siccandū, alioquin statim ab initio siccādū, vt proximè indicabit, vbi humida sit, si madefaciētia superdētur, caro malè curatur. quod subdit [inflāmetur] ad multitudinē refertur eorū, quæ superinijciūtur, cuiusmodi sunt panni, fasciæ ac lintea. hæc enim  
 10 in affeētā sede calorem mouent, & inflātionem: quocirca in libro de officinā medici, vt hanc noxā vitet, edicit, vt panni & fasciæ, tenues ac leues iniiciātur: in opere etiam de fracturis, cum inflātionem timet, cauet à multitudine linteorum & fasciarū: expectat autem, dum inflātio soluatur, antequā hæc adhibeat, si alioquin necessaria sunt: quoniam calorem augēt, onere infestant, & expirationem prohibēt. quamuis non modò hāc de causā inflammetur, sed etiam, si ea præcepta negligātur, quibus docemur corpus exinanire, materiam fluentem auertere ac dolorē leuare. Quod postremò ponit [comprimatur] vincula significat, quæ coarctātur, sicq; dolorem excitāt, & inflammationē. quare in locis proximè adductis, cum inflātionis suspicio est: res tamen vinculum  
 20 postulat, ipso vtitur laxiori. Vlcus igitur, quū ab inflātionem defendēdum sit, non solum adstringi non debet, sed ne alligari quidē, nisi, vt orā ad glutinationem iungātur, vel vt cataplasma contineatur. vbi vlus simplex sit, cataplasma alienū est, quare & vinculū quoque, vt in libro de vlcerebus indicauit. quod si necesse sit medicamentū tenere, eatenus vinculū adstringēdum est, vt contineat, non tamē comprimat, quod abundè in libro de officinā medici declarauit. Caro itaque, vbi minùs rectè curetur, inflāmetur, & comprimat, os purulentum efficit, quū hoc pacto saniem contrahat, quæ subiectū os afficit. quod latius in opere de fracturis aperuit, quū vinculo minùs rectè iniecto os corrumpi ait, sanie à carne ad ipsum defluente. nunc verò scribit reddi os purulentum, quoniam igneum fit, atq; admodū inflāmatum. Quod nos vertimus  
 30 [igneum] id est, valdè calidum, græcus codex habet πυρετώδες, quod febricitās significat, & in libro de fracturis similiter vsurpatur. Verū apud Hippocratē idem est in corpore nostro igneū atque febricitans: nam & πυρετός, quæ latinè febris dicitur, græcè deducitur ἀπὸ τοῦ πυρός, id est, ab igne: in libro etiā de vlcerebus, & in eo, qui de fracturis est, idem notare volens, dixit πυρετώδες, id est, igneum, pro πυρετώδες, quod febricitans significat. Quod subdit [atque admodum inflammatum] idem exprimit, nisi hoc ad qualitatem & materiam, igneum verò ad solam qualitatem referatur. Cur verò os igneum fiat & inflammetur, causatur carnem, ob quam incalescit, inflammat, motu pulsuque tentatur, &  
 40 omnia mala contrahit, quæ carnē habent. Incalescere autē os & inflāmari, tum à sanie, quam admittit, tum ab inflāmata carne, quā tegitur, euidentissimū est. Sed quī fieri potest, vt pulsu tēteretur, quū non sentiat? nam (Galeno auctore) pulsus apud priscos motū venarum cum dolore significat. caro enim inflāmata, idcirco dicitur pulsare, quia ob angustiam loci venarum motum sentit: antè enim liberè mouebantur, quū nullā re insuetā comprimerētur: quam obrem motus earū, neq; cū dolore, neq; sine hoc à carne percipiebatur, quæ, vbi materia inflāmationis distingitur, pulsum iam sentit: nam & venæ dū mouentur



ipsam vrgent, & ab eâdem comprimuntur. In osse, quum sensus expers sit, pulsus esse nullus potest, nisi fortè, si dixeris, aut proximam membranam huiusmodi pulsus sentire, aut venas, quæ per os ipsum procedunt, & quum mouentur, compressæ dolent (vt apertè colligitur ex fine libri de officinâ medici) vel Hippocratem vsurpassè pulsus pro causâ pulsus, quum dolorem accipere pro doloris causâ consueuerit, atque hoc pacto os pulsus têtabitur, id est, causa pulsus, inflammatione videlicet. Adscribit autè Hippocrates duo, pulsus & motum, quæ serè idem significant, quod nos motum conuertimus, græcè legitur ἀρεστος, quo verbo motum significat & perturbationem, vt bis ex libro de ratione victus in morbis acutis colligitur, vbi ἀρεστος vsurpat ad significandam perturbationem siue motum, qui de cibis diuersarum facultatum in ventriculo oritur. Hæc, quum ossi superueniunt, pus cõtahi necesse est. Vide, obsecro, quantum distet curatio, quæ à recetioribus scribitur, & à nostri temporis chirurgicis frequetatur, ab eâ, quam Hippocrates ipsâ rerum naturâ edoctus memoriæ prodidit: mitto medicamenta. quod ad tegendam plagam & alligandam pertinet, quonam spectant? quid animaduertunt? quem delectum linteorum habent? in primis vlcera omnia vinciunt, etiam, si à vinculo abhorreant. inflammatas partes adstringunt, caput velant, & linteorum multitudine onerant. Dicent protegendam à frigore plagam esse. At non adedò, vt ipsa & reliquum caput ita cõtégatur, vt oneretur & calefiat, quod sepenumerò videmus, quum fascias abundè superinijciunt. non solùm autem vlcus in capite comprimendum non est, sed ne alligandum quidem, nisi fuerit in fronte, quod Hippocrates optimè in superioribus exposuit.

Alum autè in vlcere carnè humidâ esse, hebetè & diuturniori tempore purgari. dàda verò opera est, vt vlcus q̃ celerrimè suppuret. hoc enim pacto, quæ iuxtà sunt, inflammati nō poterunt, ipsūmq; purum q̃ celerrimè efficitur: necesse enim est laceratâ collisamq; à telo carnem in pus versam tabescere. Postquàm purgata erit, siccari vlcus debet: nā sic maturè admodū sanescet, & caro nō humida, sed sicca pducetur: sic etiā in vlcere caro minimè supercresecet.

Vniuersa vlcerū curatio (vt antea dictū est) siccantibus cõtinetur, quāobrem simplex vlcus non aliud à principio ad finem requirit, q̃, quod siccandi facultatem habeat. Perniciosum itaq; in vlcere carnè humidam, atq; hebetè esse: nam (vt in libro de vlceribus docuit) quod siccū est, sano simile est, quod humidū, à sano plurimū recedit. vbi vlceri affectus quispiā iūgatur, qui humida & madesaciētia desideret, qualia sunt, quæ pus mouent, is, q̃ celerrimè idoneis præsidijis tollendus, deinde ad ea siccantia transeundū, quæ capiti conueniant, cuiusmodi est medicamentū ex succo vuæ acerbæ, quod in libro de vlceribus dixit ad vulnera capitis pertinere. Caro quidē, cum lacerata est & collisa, nō patitur vlcus sanescere, nisi tota in pus vertatur & purgetur, cuius rei causam in superioribus indicauius, vbi de retuso & graui telo agens eandē sententiam proposuit. Ergo, quum collisa caro debeat in pus verti ac tabescere, malū est, si diuturniori tempore purgetur. festinare enim conuenit ad pus mouendum, quum, quò citiūs suppuret, eò, quæ iuxtà sunt, minūs inflammantur. nam carne in pus iam versâ, dolor cessat & calor, quibus inflammatiō solet in proximas partes cōcitari. huc accedit, quod si citò suppurat, vlcus quod purgari ante carnis suppurationem nequit, citò etiam purum efficitur. Vlcus iam purum siccantibus nutriendum est: nanque hoc pacto citò sanescet, quum caro non humida alatur,

## DE VVLNERIBVS CAP.

99

alatur, sed sicca & firma, quod summo opere ad vlceris curationem confert. hanc item viâ caro super alia non excrescet, vt in libro etiam de vlceribus prodidit. solet enim, quum humida est, adeo increfcere, vt coërcenda sit & exedenda, quod faciunt medi camenta vehementer siccantia, quæ materiam eius absumendo, produci ipsam plus iusto non sinunt. Ad id nunc à chirurgis adhibetur alumen vstum, veteres utebantur chalcitide, mysi, vel æruginè, & modo hoc, modo illo, prout natura sicca magis vel minus esset.

Dem quoque responderet in membranâ, quæ cerebrum tegit: nam, si os protinus & secetur, & patefactâ membranâ detrahatur, hæc quam celerrimè purganda est & siccanda, ne diutius madens hebes fiat & attollatur, quæ, quum ita accidunt, periculum est, ne putrescat.

Cerebrum sub caluariâ duabus cingitur membranâ, alterâ molliori, quæ proximè ipsum amplectitur, alterâ duriorè, quam caluaria proximè contegit, Hippocrates (vt apertè declarant eius verba,) de hac loquitur, quam <sup>μηνυγχα</sup> id est, membranam suprà etiam vocauit, quum in secandâ plagâ præcepit, vt detraheretur caro iuncta ossi & membranæ. Hoc itaque, quum patefacta est, secto ac detracto ossè, in eodem periculo reuoluitur, atque caro, si diutius madescat: atque idcirco, sicut in carne imperauit, vt, vbi collisa esset, maturè ad suppurationem perducta purgaretur, ita nunc in membranâ, cuius eadem esse rationem dicit. nam, si inuiolata sit, siccâtibus nutrienda est: sed si læsa cõspiciatur (eo, scilicet modo, quo lædi membrana cerebri potest: non enim colliditur, quum nihil durum oppositum habeat, quod Galenus ait requiri, ad hoc, vt aliquid collidatur) lenientia superdari debent, & quæ dolorem finiât, quum non facillè ita violetur, vt instar carnis ad suppurationem perducenda sit: deinde, quæ ipsam puram efficiant atque exiccent, ne, si longiori tempore madeat, hebes, id est, humida fiat, & minus firma, atque in tumorem assurgat, quâdoquidem sanie contractâ inflammatur, intumetque, & tandem putris efficitur. magis autem cauendum hoc est in membranâ, quàm in carne, quod siccior est, & idcirco madefacta magis læditur, quo itè cerebro propior, ne putrescens ipsum afficiat. Repurganda igitur membrana, & detrahendus sanguis effusus, & super ipsâ collectus, vel sanies, in quâ hic conuersus fuerit. Quæ verò propriè cõueniant membranæ præsidia ossè detracto, Hippocrates non posuit: Galenus in sexto de ratione curandi, duas curationes tradidit maximè inter se contrarias: altera enim mitis est, quâ tunc Romæ frequentatam dixit: altera maximè sicca est, qualem laudauit Meges Sidonius. hanc Eudemus adhibebat, qui nudatæ membranæ protinus superinducebat emplastrû, quod Isis vocatur, & extrinsecus oxymel quâ curatione Galenus testatur plures seruatos esse, quàm leniente: adijcitq; illâ se vsurum fuisse, si in Asiâ mansisset, sed cùm Romæ degeret, se vrbis morem sequutum esse. magis itaque subscribit Eudemi curationi, tum auris exemplum affert, cuius foramen non modò ad cerebri membranam, sed etiam ad ipsum cerebrû pertinet, & nihilominus tolerat medicamentâ vehementer sicca, cuiusmodi est Andronis pastillus. videtur autè huius sententiæ, quâuis rem non ita explicet, vt antequàm inflammatiõ superueniat, super membranâ vehementer siccâtiã inducatur. nam in vniuersâ curatione arida cephalica inspergit: vbi inflammatiõ occupauit, lenientiã superdatur. id quod voluit Hippocrates, quum eandem esse rationem posuit membranæ atq; carnis. caro autem siccis præsidijs eget, atq; vbi lacerata sit & inflammatiã, lenientiã postulat,



deinde siccātia. Quare membrana etiam, cum lacerata non est, aut collisa, hoc est, quum neq; inflammatio vrget, neq; dolor, siccari protinus debet, alioquin primò lenientia superimponenda sunt, tum siccātia & detergētia. Constat autem Galenū patefactā cerebri mēbranā, non modò inflammatione vrgente, sed etiam doloris causā lenientibus mederi, cum in secūdo libro de compositione medicamentorū ad singulas particulas attinentiū, vbi Apollonij medicamēta persequitur ad capitis dolorē ex ictu, detractō osse tepidā rosam infundi super cerebri membranā voluerit: eiusdem meminit, quā de sanguine colūbino, qui iugulatā colūbā, vel venā sectā in alā, statim calidus vtiliter super cerebri mēbranā inducitur: magis tamen à Galeno probatur rosa tepefacta sic, vt columbini sanguinis calorē æquet. Ergo iuxta Hippocratis & Galeni sentētiā, vbi, nec dolor sit, nec inflammatio, valdē siccantia membranę inspergenda sunt: dolore vel inflammatione infestante ad lenientia confugiēdum. laudat autē Galenus ad leniendū, in primis rosam, deinde sanguinem columbinū, ad siccādum emplastra, quæ cephalica dicūtur. Idem comprobat Cornelius Celsus, qui, nisi inflammatio oriatur, à principio ad finem in siccātibus perseverat. Exciso enim osse primò mēbranam acri aceto respergit, vt, siue aliquid sanguinis ex eā cōfluit, prohibeatur, siue intus concretus cruor remanet, discutiat: tum aliquod emplastrum adhibet, ex ijs, quæ caluariæ causā componuntur, ex aceto molli-  
tum, & cotidie vulnus curat, bis etiā æstate. q̃ si membrana per inflammatio-  
nem intumeat, infundit rosam tepidam: si vsque eò tumeat, vt super ossa quo-  
que emineat, coërcet eam benè tritā lenticulā, vel vitis folijs contritis, & cum  
recēti vel butyro, vel adipe anserino mixtis. vbi minus pura membrana vide-  
tur, parem modū miscet eius emplastri ac mellis, idq̃ superinfundit, eiusque  
continendi causā vnum vel alterū linamentū iniicit, & super linteolo, cui em-  
plastrum illitum sit, contegit: vbi plus pura mēbrana est, eādē ratione adijcit  
emplastro ceratum, vt carnem producat. Eandem ferè Paulus curationem ad-  
hibet: in eo tamen differt, quod vbique initio rosā vtitur. linteolū enim super-  
imponit ex rosā madefactum, deinde lanam similiter madefactā, & hæc vsq;  
ad tertium diem itā dimittit, interim sæpe rosam superinfundens, cum timeat  
(quātum conijcio) dolorem, quemadmodū & nostri sæculi chirurgi, qui inter  
initia perpetuò ad rosam confugiunt. à tertio die Paulus mēbranam siccanti-  
bus nutrit, qualia sunt, quæ protinus cruentis vulneribus iniiciuntur. Quod si  
inflammetur, sic, vt intumeat, eam fouet rosā calefactā, & aquā in quā fœnum  
græcum, semen lini, althea, anthemis, atque huius generis, alia decocta fuerint,  
& cataplasma ex farinā hordei superimponit, vel ex lini semine & aquā pxi-  
mè positā. sed iam lōgius labimur, dum, quæ præsidia mēbranæ propriè aptē-  
tur, ostendimus: ad verba itaq; Hippocratis reuertamur, illud antè in memo-  
riam reuocantes, cerebri membranā, vbi vulnerata est, nepetæ succo & fari-  
nā hordei siccā optimè glutinari, quod Galenus ab Apollonio acceptū recen-  
set: vbi sanguinē copiosè effundat, vtilissimè id medicamentū adhiberi, quod  
duas partes aloës accipit, & vnam thuris, vbi vtendum est, oui albo dilutas, &  
leporinis pilis exceptas, protinus enim sanguinem sistit. hoc Galenus nō sem-  
per eodem modo temperatum composuit: nam interdū plus thuris, interdum  
minus adiecit, pro naturā hominis sicciori vel madentiori.

„ **O**S autem, quod capite vulnerato abscessurum est ab alio osse, siue itā inci-  
sum sit, vt ostendat, quā telū infederit, siue alioquin plurimum nudatum,  
abscedit



## DE VVLNERIBVS CAP.

101

- 1 » abscedit, cùm exangue admodũ fit. Exhauritur autẽ sanguis in osse, tempore,  
 » & maximã parte medicamentorum: celerrimẽ vero abscedet, si quis vlus ce-  
 » lerrimẽ purũ præstet, deinde & ipsum, & os siccet, idq; & plus & minus: nam,  
 » quod celerrimẽ arefcit, attenuaturque, eadẽ causã potissimum abscedit ab alio  
 » osse, quod quidem sanguinem habet & viuit, quia redditum exangue, ac sic-  
 » cum, ab eo, quod sanguinem habet & viuit, valdẽ recedit.

Vulnerato capite, citò purum vlus exhibet, & siccatur. quod non modò carni  
 prodest, & cerebri mēbranæ: sed ossi etiã, eo nomine, quod non patitur ipsum  
 fieri purulētum, quod iam suprà expositum est: sed, quum apertum os, ab aẽre  
 10 alienetur, squamam necessariò remittit, quæ priusquam resoluatur, non potest  
 os cõtegi, neque vlus impleri: & idcirco expedit, eiusmodi squamam citò re-  
 cedere, ad quam rem superior quoque curatio conducit, quod propositis ver-  
 bis exequitur. nõ solum autem squama ab osse consuevit abscedere, sed inter-  
 dum testa etiã, quod abundẽ in opere de fracturis exposuit, quum eius fractu-  
 ræ curationem docuit, cui carnis quoque vulnus accessit, & in quã expectatur  
 testa, quæ ab osse recedat. proximẽ autem proferet carne subcrefcẽte à reliquo  
 osse fragmenta separari, quod similiter sub eadẽ curatione citiùs procedet.  
 Nunc igitur ait, si os exangue fiat, abscedere ab alio osse: fit autem exangue, &  
 per se processu temporis, & ope medicamentorum, quæ plurima admoventur  
 20 siccandi vim habentia, quã sanguinem exhauriunt, cuiusmodi sunt cephalica,  
 quæ (vt Galenus docuit in sexto de compositione medicamentorũ generatim  
 ad morbos attinētium) ossis squamã remittunt. Si quis autem recedere os ma-  
 turẽ velit, festinare debet ad purgandum & siccandum vlus, atque ipsum os:  
 hoc quidem, vt exhaustũ sine sanguine relinquatur: vlus, ne si aliter curetur,  
 os humidum efficiatur. addit[ & plus, & minus] quum non omnibus æquẽ sic-  
 ca medicamenta conueniant, sed sicciora, quibus natura quoque siccior est.  
 Sic autem conficit, celerrimẽ os siccantibus medicamentis abscedere. statuit  
 ab alio osse, quod viuit, & sanguinem habet, os eã de causã recedere, quia san-  
 guis siccatur, quod, si itã habet, cõstat id citiùs abscedere, quod citiùs siccatur:  
 30 exangue enim redditum, atque emortuum, ab alio, quod viuit, & sanguinem  
 habet, admodũ abscedit. In septimo etiam libro sentētiarum, quas aphorismos  
 vocauit, dixit os abscedere, vbi corrumpatur: quam rem id confirmat, quod in  
 arboribus videmus. decidunt enim folia, quoniã succus, per quẽ surculo inhæ-  
 rent, exiccatur, eoq; fit, vt ipsa iam emortua à viridi ac viuo surculo resoluãtur.  
 Idem quoque euenire carni & cuti verisimile est. crusta enim (vt ostensum est  
 in libro de vlcibus) multò celerius resoluatur, si locus siccioribus præsidij,  
 quàm si madefacientibus nutriatur.

» Quidcunque etiam os à suo statu recedens desidit, vel quod perruptum  
 » fit, vel quod latè omnino præcisum, minus periculosum est mēbranã in-  
 40 uiolatã: quod item pluribus rimis & latioribus fractum est, minus adhuc peri-  
 » culosum est, & faciliùs euellitur, neq; huiusmodi quidpiam secare oportet, aut  
 » periculose conari, priusquam sponte sequatur, detrahẽre, quod tunc fieri par  
 » est, quum priuim subeunte carne relaxatur. subit autem ab eã sede, quã par-  
 » tes duplicis ossis inter se connectuntur: & ab eo, quod sanum est, si superior  
 » tantum pars ossis corrumpatur. Hãc vtique viã & caro quàm celerrimẽ sub-  
 » crescit, ac producet, & ossa remittentur, si quis in vlcere ad pus mouendum  
 » & purgandum festinet. quod si totum os desidat, sic, vt utrãque parte tam in-  
 g iij

» feriori, quàm superiori intrò ad membranā secedat, vbi eadem curatio adhi-  
» beatur, celerrimè & vlcus confanescet, & ossa defidentia remittentur.

Sæpiùs euenit, vt mala, quæ corpori nostro incidunt, quamuis graua sint, leuia videantur: & rursus nullius sint momenti, quæ graua censeantur. ac, ne longius à propositâ ossinum materiâ discedamus, iugulū, quum transuersum frangitur, curatu longè difficilius videtur, quàm, quum in lōgitudinem: res tamen contrā se habet, nanque hoc valdè medicum fatigat, illud paruo negotio conferuecit. Spina, si cōcutiatur, grauiora mala asferre solet, quàm si peruertatur, quanquàm minùs credibile existimetur. Costa fracta minùs periculosa est, & faciliùs sanitatem recipit, quàm collisa, & si metu magis terreat, quæ fracta est. 10 hæc omnia Hippocrates alibi latiùs explicauit. Nihil ergo mirum, si (vt nunc ait) ossa capitis, quò magis præcisa & magis abrupta sunt, ac fissa, eo minùs periculosa sunt, quanquàm secus intuentibus videatur. Adiecit autem [membrana inuiolata] quoniam, vbi hæc lædatur, malū maximè perniciosum est, quemadmodum in fracturâ costæ, si, quā cingitur membranā, abruptatur: malum, quod per se leue esset, grauissimum efficitur. Causa autem, cur ossa capitis, quò magis abrupta sunt, eo magis periculo vacent, in eo cōsistit, quod, vt exitus detur saniei, quæ in membranā cerebri collecta est, non oportet os secare, neque periculose terebrā caput concutere: nam satis spacij præstat fractura ad saniem extrahendam. atque idcirco suprā, vbi tractauit de fracturæ modis, qui sectio- 20 nem postulāt, hos excepit. Demitur quoque per fracturam sanguis, qui in ossē interdū nimis abundat, quemadmodū in pueris, atque idcirco solet purulentū os facere. Illud etiā periculo subtrahit, quod res magis in aperto est, nec quod lateat, & non attendatur, hominē interimitt: quod (vt infrā ostendet) euenit in fracturis, quæ non apparent. tum, quod fragmenta, quæ expellenda sunt, sponte sequuntur, neq; vultellā, magnā vi educi debet. huius rei causam ponit carnem, quæ subit inter integram atque emortuam partem, & quod abscessit fragmentum expellit: hoc ipsum autem modò à superiori parte ossis, modò à superiori & inferiori simul abscedit. Caluaria enim (vt Hippocrates narrauit) media duplex est, atq; idcirco nonnunquā tota læditur, nonnunquā solā parte 30 superiori. Expellitur ergo fragmentū à carne subcrecente, siue id à superiori parte recedat, siue ab vtrāque. subcrecit autē caro ab eā sede, quā duplicis ossis partes inter se connectuntur (*συνέχουσι* nominat) & ab ossē integro. mediū quidē duplicis ossis, spongiæ simile est, & suis cauis carunculas continet, vnde caro producit, sed ab eā sede duntaxat, quā integrū est. quare, vbi testa tantū superior abscedit, expellitur à carne, quæ ab inferiori parte increcit: vbi vtraque, caro tūc vndiq; à lateribus producit in integrā sede, quā similiter partes duplicis ossis inter se connectuntur, non tamen ab inferiori parte, quum non ampliùs integra sit. At quorsum hæc? Tractauit Hippocrates de curatione, sub quā maturè pus mouetur, & vlcus purgatur: dixitq; sub eā carnem celerrimè sanescere, os minimè purulētum fieri, & celerrimè squamam remittere: nunc subdit 40 fragmenta, quæ abscessura sunt, siue superioris partis sint, siue totius ossis citò abscedere. quod saluberrimum esse euidentius est, q̃ vt lumen requirat, quum aliter sanari plaga non possit. Inseruit autem nonnulla de fracturæ periculo, ac de fragmentis, cur abscedant: omnia tamen eò pertinent, vt ostendat ob propositam medendi viam, ossis testas citò recedere, quum à subcrecente carne expellantur: hæc autem eo citiùs alitur, quo maturiùs vlcus purgatur. Contrā  
nunc



## DE VVLNERIBVS CAP.

103

1 nunc chirurgici non expectant, vt os à naturâ resoluatur, sed antè ferramentis ipsum discutunt. Paulus Ægineta forfice id præcidit. Galenus scalpro, qui in imo lenticulæ imaginem refert, de quo infra loquemur : hoc, vbi os ita perruptum sit, vt sine vllâ vi educi queat, reijci non potest.

» **P** Verorum ossa tenuiora sunt & molliora, quoniâ plus sanguinis habent,  
 » & caua sunt, non dura, non densa, nō firma: atque, vbi à telo pari, vel etiam  
 » imbecilliori, æqualiter, aut etiam leuius vulneretur tenerioris pueri os, magis  
 » ac citius purulentum euadit, quàm robustioris. Quòd si vulnus alioquin mor-  
 » tiferum sit, citius decedit tener, quàm robustus annis.

10 **Q**ua ratione mederi conueniat capiti vulnerato hætenus magnâ ex parte demonstrauit, cauēs in primis, ne os putrescat. sed, quum quædam ossa magis eiusmodi noxæ exponatur, atque idcirco propriam animaduersionem requirant, vt hanc quoque exequatur, docet quorū ossa magis ac celerius putrescāt. quod, vt in aperto sit, in memoriam reuocandum est calorē vñ cum humore in causâ esse, cur quidpiam putrescat. quanto igitur os calidius fuerit & humidius, pus tãto citius, ac magis contrahit. patet autem puerorū corpora calidiora esse & humidiora, ac propterea ossa etiam, quæ, quum summâ magnitudinē non impleuerint, tenuiora sunt & humoris copiam molliora. citius ergo putrescunt & facilius. Hoc videtur cum his pugnare, quæ suprà de hyeme protulit,

20 quum ait hominē diutius viuere hyeme, quàm æstate, vbi alioquin ex vulnere interiturus sit: quod propter naturalem calorem fieri diximus, qui hyeme potentior est: atque idcirco, si soluere morbum non potest, certæ vitæ spaciū extrahit: neque enim naturalis est is calor, qui corrumpit, sed præter naturā. Puerorum ergo calor, quo pacto finet ossa magis corrumpi, & hominē citius interire, quum idem sit in causâ, cur partes nostri corporis seruentur incorrupte, & vitæ spaciū porrigatur: an eò hæc fient, quia humor maius pondus habeat in corrupendo, quàm in conseruando calor, qui ex ictu atque inflammatione præter naturam iam efficitur? hoc nō potest ad hyemem transferri, in quo naturalis calor, quum potētior sit, efficit, vt pus, vel nullo modo, vel diuturnio-

30 re tempore contrahatur, nisi vbi sit humoris redundantia, quemadmodum, in pueris. in his etiam magis abundat sanguis, quādoquidem in vniuerso eorum corpore copiosus est, quum eos calidiores reddit & humidiores. ossa etiam caua habent, quibus sanguinis abundantiam admittant: ætate autem procedente, quum, quod cauis ossium continebatur, siccum euaserit, cauum duriori materiâ obstruitur: quo fit, vt os, quod in pueris molle erat & cauum, dēsūm magis ac firmum & durum reddatur. quare minūs purulentū efficitur, & longiori tēpore. Contrà euenit in ossē puerili, atq; idē, vbi æquali telo, aut etiam debiliori, ictu simili aut leuiori percussū fuerit, magis ac citius putrescit, ex quo sequitur, vt, vbi ex vulnere, non quidem propter ætatē, sed offensam grauiorē, intereūdum sit, citius intereat tener, quàm robustus. os enim, vbi purulentum est, cerebri membranam afficit, & cerebrum ipsum, atque hominē interimit. Ergo, quod citius, & magis purulentum efficitur, hæc mala citius affert. videtur autem vulnerato capite, vbi scilicet, homo statim ex ictu non moriatur, præcipuam causam mortis ponere os purulentum. quod fecit etiam in principio huius libri, quum, vbi res mortifera sit, diutius trahi hominē dixit, qui posteriori parte capitis vulneratus est, quoniâ os ibi crassius est, & longiori tempore pus contrahit, & ad cerebrum transfundit.



» Verum oportet, vbi os nudatum sit, id operâ dare, vt cognoscamus, quod  
 » conspectui non subijcitur, intelligamûsque num os fissum sit & collisum,  
 » vel collisum tantum, vel non ita incisum, vt ostendat, quâ telum infederit, &  
 » præter id collisum aut fissum, vel vtroque modo læsum sit: atque, vbi aliquo ex  
 » his modis violetur, detrahre sanguinem oportet osse per exiguam terebram  
 » perforato. subinde autem os considerandum est: tenuius enim & minus altum  
 » est tenera ætate, quàm firma.

Animaduersionem ponit propriè in osse puerili, quod magis periclitetur,  
 ne purulentum fiat ob sanguinis copiam: in eo autem consistit, quod oportet san-  
 guinem demere exiguâ terebrâ adactâ, vt, qui in membranâ cerebri receptus est, 10  
 euadat, & minuatur, qui in cauis ossium continetur. hoc autem præceptum ad  
 eos tantum fracturæ modos pertinet, qui sectionem postulât, scilicet, quum os  
 colliditur, vel finditur & colliditur simul, siue hæc per se fiant, siue os præter  
 ea ita incidatur, vt in eo teli sedes appareat. in alijs autem fracturæ malis, cum os  
 vel desidit: vel ita incisum est, vt ostendat, quâ telum infederit, modò neq; col-  
 lisum sit, neq; fissum, ex osse hand oportet sanguinẽ detrahre. satis enim per  
 se profluit, satis etiâ ille exitum habet, qui cerebri membranâ dstringit. Contrâ,  
 si fractura ex earum numero est, quæ latere solêt (de quibus abundè in priori-  
 bus tractauit) vt sanguis euadat, exiguâ terebrâ perforandum os est. Itaque, vbi  
 os nudatum sit, diligenter intueri oportet, num fissum aut collisum sit dunta- 20  
 xat, siue præter hæc ita incisum, vt teli vestigium retineat, atque, vbi horum ali-  
 quid sit, perforandum est exiguâ terebrâ admotâ, cum amplior & grauior ossi  
 tenero aliena sit. Subinde autem attollenda manus est, considerandâque fora-  
 minis altitudo, ne terebra membranam violet: os siquidem puerile tenuius est,  
 & summum magis, neque ita crassum atque altum, sicut ætate iam firmâ. In fi-  
 ne etiam huius libri, quum pro ferrâ adhiberi posse terebrâ dixit, cauit, ne vsq;  
 ad cerebri membranam penetret.

» V Bicumque autem ex vulnere intereundum sit, neq; possit homo sanitatẽ re-  
 » cipere, neque seruari, ex his notis intelligere conuenit moriturum, & quod  
 » futurum est, præsignificare. hæc enim ægrotanti accidunt, quum quis fractum 30  
 » esse os percepit, siue fissum sit, siue collisum, siue quouis modo ruptum, neque  
 » id radat, neque secet, quasi non egeat & inuiolatum sit. Hyeme plarumque ante  
 » quartumdecimum diem, æstate post septimum febris accedit: quæ, quum super-  
 » uenit, vulnus reddit, non sui coloris, & saniem modicam effundit, quodque ex  
 » ipso inflammatum est, emoritur, glutinosum efficitur, & carnem sale condi-  
 » tam representat, rufum, subliuidum, tuncq; corrumpi os incipit, & nigrum sit,  
 » læue existens, tandẽ subpallidum se ostendit, vel albidum. At vbi iam purulẽ-  
 » tum est, pustulæ in linguâ nascuntur, & laborans mente non constante consu-  
 » mitur. Plarisq; etiam neruorum distentio in alterâ parte corporis supernasce- 40  
 » tur, siquidem vulnus in sinistrâ parte capitis fuerit, neruorum distentio dextram  
 » corporis occupat: si dextra capitis vulnerata sit, nerui in sinistrâ corporis dis-  
 » tenduntur. sunt & qui attoniti fiunt. sicq; æstate ante septimum diem, hyeme  
 » ante quartumdecimum pereunt. Idem verò significant hæc indicia vetusto  
 » vulnere atque recenti.

In libro prognosticorum, vt facilius prognosticationem declararet, vñ cu-  
 rationem inferuit: contrâ nunc, vt melius curatio percipiatur, prognosticatio-  
 nem interponit, & signa mortis. Res autem sic habet: propositum est docere,  
 quâ ratione

- 1 quâ ratione caput fractum curetur, sed, cum febris nonnunquam interueniat, quam sequuntur postea mala complura, vt ostēdat quid in eo casu medico sit agendū, antē indicat, vbi res lethalis sit, primò febrem, deinde alia mala superuenire, monetque, vt ex illis quid futurum sit, non modò intelligat, sed etiam prædicat. consulit enim medico (vt suprà etiam monstrauius) & vbique eo spectare ipsum iubet, vt auctoritatem sibi & dignitatem comparet, ac tueatur. Sequuntur autem huiusmodi mala, vbi os fractum est, neque à medico secatur aut raditur, sed quasi integrū sit, relinquitur: tunc enim præter inflammationem vlcis, sanies quoque in membranâ cerebri collecta est, &, quum exitum non
- 10 habeat, mala inferit, quæ ab ipso adscribuntur. In oratione Hippocratis legitur [quum quis fractum os esse perceperit] quod potius legēdum negatione adiecta censemus [non perceperit] ita, vt mens verborum sit, medicum non intelligere os fractum esse, & idcirco neque radere, neque secare, sed ipsum dimittere, quasi non egeat, & sanū sit. mouemur autem, quod magis verisimile est debitam curationē à medico prætermitti, quum fractū esse non intelligit, quā, quum id fractum cognoscit: eam sententiam comprobant, quæ ab ipso subiiciuntur [quasi non egeat, & inuiolatum sit] nam si intelligeret os læsum, non dimitteret quasi integrum: magis enim credibile est id tāquā integrum dimitti, quod nullo modo violatū videtur. Adde, quod modi fracturæ, quorum
- 20 meminit, ex eorum numero sunt, quos suprà latere posuit, scilicet, quum os vel fissum est, vel collisum, quamuis adijciat [vel quouis modo ruptū] id potest referri ad os, quod ita inciditur, vt ostendat quā telum infederit, & simul etiā vel finditur, vel colliditur, vel vtroque modo læditur. Solēt enim inciso osse, & fissā & collisā, quæ iuxta sunt, latere: atque hi modi sunt, quos antea dixit, præcipuè sectionem requirere. Sed nolim tibi persuadeas fracturam, quæ oculis subiicitur, periculo vacare: nam & ipsa quoque sedis causa est, multisque affectibus iungitur: tamen, si cum latente cōseratur, plerumque minus periculosa est, vt abundè in prioribus expositum fuit. Quamobrem, vbi os fractum sit, medicus verò noxam non deprehendat, ac propterea neque ipsum radat, neque secet, super-
- 30 ueniunt mala indicia, quæ proponuntur, cumque vel omnia, vel pleraque concurrunt, certum mortis indicium faciunt. Febris primū æstate post septimum diem, hyeme ante quartumdecimū accedit: accedit hæc interdum etiā à principio, sed non ita terret, sicut, quæ procedente tempore supernascitur: à principio enim & doloris causā & loci, qui inflammari cœpit, febricitare sæpenumerò ægrotatē videmus: quæ post septimū diem oritur, quo tempore (vt ex libro de fracturis colligitur) cessasse inflammatio solet, malū indicium existimatur: significat enim inflammationis grauitate cerebrum, vel eius membranā affici, cum materia ibi collecta exitū non habeat: putrescit enim, & febrē excitat: citius autē hoc accidit æstate, quā hyeme ob eandē causam, ob quam
- 40 suprà dictum fuit, vbi intereundū ex vulnere sit, diutius trahi hominē hyeme, quā æstate, nam humor calore præter naturā æstate magis putrescit, quod Galenus exposuit in tertio de ratione curandi. magis enim tunc viget: seruatur autē à calore naturali, qui potentior est hyeme, neque ita citò vincitur, aut ipsum patitur in saniem verti. Itā autē obseruatum est, vt æstate non nisi post septimum diem, hyeme ante quartūdecimū febris inuadat, temporibus, quæ inter hyemem sunt, & æstatem medio spacio inter septimū & quartumdecimum, hanc supernasci verisimile est, citius autem vel tardius, prout ad æstatē magis vel ad



hyemem accedunt. Cur intra hoc tēpus sequatur, philosophus inuestiget: me-  
 dico satis sit, rem itā habere, quod non tantum ab Hippocrate obseruatum est,  
 sed cotidiē à nostris chirurgicis verum esse comperitur. Nominat autem dies  
 septimum & quartumdecimum, quibus natura solet, vel morbum vincere, vel  
 ab eodem superari. quare aestate post septimū febris superuenit, id est, non an-  
 tequā septimus accedat, hyeme ante quartumdecimum, id est, priusquā  
 quartusdecimus finiatur. Septimo ergo vel quarto decimo die febris superue-  
 nit, medijs temporibus, vel nono vel vndecimo, qui dies eiusdem generis sunt,  
 ac septimus & quartusdecimus. sicque inuadent mala hæc semper eo die, quo  
 de agris iudicari solet, quum malum significant: nam (teste Galeno) quæcun-  
 que his diebus signa superueniunt, siue mala, siue bona leuiores sunt. Febre su-  
 pernatā vulnere adijciuntur alia mala, quæ gradatim, vt sequuntur, ab Hippo-  
 crate proposita sunt: leuiores enim incipiunt, deinde increfcunt, donec homi-  
 nem tollant. proueniunt autem (vt suprà narrauimus) ab affectu cerebri, & ab  
 inflammatione, quæ augetur, & quanto grauior fit, vulnus tanto deterius effi-  
 cit. Auctā igitur inflammatione, & in gangranam degenerante color vlcis  
 corrumpitur, neque vltrā rubicundus seruat, quia succi magis biliosi cōcur-  
 runt, atque adeo, quia innatus calor paulatim extinguitur. Ex vlcere item pauca  
 sanies procedit, pauca quidem, quæ vis nutriendi imbecillior sit, & succi ad inte-  
 riora secedant: saniem verò dixit non pus, eo quod materia ibi malè cōcoqua-  
 tur: nam & in libro de fracturis istiusmodi vlcus nimis inflāmatū à lachryma-  
 rum similitudine *δακρυώδες* fieri dixit, eo quod sanies cruda & tenuis inde pro-  
 fluat, quemadmodum lachrymæ ab oculis, quum vehementer inflammantur,  
 post hæc emoritur, quod inflāmatū est, & glutinosum redditur: propterea, quæ  
 caro tabescat, & quasi in gluten vertatur. at, quum iam tabuit, & non ampli-  
 us alitur, repræsentat carnem sale conditam. Siccatur enim id vlcus, quod malum  
 est (sicut in libro prognosticorum indicauit) quum nutriendi facultas languet.  
 Color autem in vulnere rufus est, & subliuidus: primò quidem rufus, quum à  
 rubicundo versus nigrū tendat: deinde subliuidus, quum calor innatus ex to-  
 to deficit, quo tempore corrumpi os incipit. Neque mirū est, suprà enim dixit  
 omnibus malis affici os, quibus caro vexatur. iure igitur corrūpitur, quum ca-  
 ro liuida est: talis enim (vt alibi testatur) ægrotante osse malum significat. Se-  
 quitur autem, quum os corrumpi cœpit, vt leue sit, & nigrescat: leue quidem,  
 vel naturaliter, quum nondū adeo affectum sit, vt leuius aut asperius se osten-  
 dat: vel magis, quum antea esset, ob liquatam carnem ac tabescētem: quæ, cum  
 glutinosa sit & pinguis, os leuius reddit, quod, ex contrario, acri humore exa-  
 speratur, quemadmodum Galenus in libro de morborum causis indicauit. ni-  
 grescit autem, quod album erat ob ingentem inflammationis calorem, ac de-  
 inde, quum iam purulentum est, pallet, vel albidum efficitur: huiusmodi enim  
 est color puris. Tale quid lignis euenit, quum vruntur: igne enim primò nigra  
 fiunt, deinde in cinerem versa albescunt. prouenit autem niger color (auctore  
 Aristotele in libello de coloribus) à calore, qui & aquæ & aeris humorem ab-  
 sumit. Sed, cum terra per se alba sit, siue cinerei coloris, vbi rei cuiuspiam iungi-  
 tur, alio modo coloratur: eo autem cōsumpto, cui admiscebatur, terra ad albe-  
 dinem reuertitur. Ligna itaque, quum nigra sunt, si ab igne rursus calefiant, ab-  
 sumitur ex toto materia, quæ nigra efficiebantur, & sola terra vel cinis restat.  
 Hoc respōdet etiā in osse, quum alieno calore primū nigrescat, deinde sub-  
 pallidum



## DE VVLNERIBVS CAP.

107

- 1 pallidum fiat vel albidum, quod *ἐλευκρον* dixit: hoc autem verbum vel maximè album significat, vel quod albo proximum est, quamuis aliquatulum recedat, nos, secundam significationem sequuti, albidum vertimus: tale enim fit os purulentum. Sunt, qui aliter hūc locum exponant, referunt verbum leue ad illud os, quod naturaliter habet, & inquiunt os, quod leue est, tandē exasperari, idq; ob sanie à carne defluentem, quæ est admodū acris, mutantque *πρενον*, quod nigrum interpretamur, in *κεχρον*, quod asperū significat: facile enim potuit (vt inquiunt) librarius pro *π.* scribere *κ.* & pro *κ.*, *χ.* Mutuatur autem Hippocrates vocabulum *κεχρον*, ad asperitatem significandam, vt patet in opere de articulis, vbi & cibum exasperantem, & vocem asperam *κεχρον* nominauit. iuxta quam explanationem nullam faceret coloris mentionem, nisi, quū, vbi purulentum est, pallidum fieri, vel albidum ait, sed solam asperitatem & leuitatem intelligeret. Vbi os iam purulentum est, pustulæ (inquit) in linguā nascuntur, & æger mente non constante consumitur. pustulas nostri chirurgici rarò viderunt, vt, qui cubantis linguam non intueantur: præsertim, quū delirat, & in propinquo mors est. afficitur autem lingua ob cōsortium, quod inter cerebrum est & oris partes: sanies enim à cerebro ad palatum defluit, & ad linguam, ibique insists, quū acris sit, pustulas excitat. prodidit enim in secundo de morbis vulgaribus pustulas acris, & rodente succo moueri, eas autem nominat *φλυκταίνες*. sunt hæc (vt scribit Cornelius Celsus) varis similes & quū rumpuntur, intus quasi caro exulcerata conspicitur. nascuntur igitur in linguā ob sanie à cerebro transfusam, id, quū accidit, saniei copiam in cerebro demonstret, quā sic opprimatur, vt non modò linguam afficiat, sed malè etiam suo munere fungatur, quū mens non consistat. Sæpius autem ab Hippocrate obseruatum legimus linguæ affectu mentis alienationē, & cerebri noxam indicari. in libro enim prædictionum, linguæ tremorem ait labātis mentis esse indicium, atque item mentis alienationem cum linguæ distentione ac tremore perniciem denunciare, tum siccā atque aridā linguā febricitantium insaniam ostendi. Hæc igitur mala, quū superueniunt, ad vltimum ventum
- 20 esse testantur, non quidem quū vnum quoduis aut alterum accedit, sed cū vel omnia, vel pleraque, vel certè grauiora supernascuntur: nanque, vbi febris, vel aliquod aliud oritur, infrà docuit ad sectionem protinus confugiendum: quod nō faceret, si res omni modo desperationē haberet. Propositis malis sapius (inquit) adiicitur neruorum distētio, cuius causa est affectus cerebri. Sed, cur læsā parte capitis sinistrā, neruorum distentio dextram corporis occupet, & contrā dextrā parte capitis egrotante, nerui in sinistrā corporis distendantur, neque ipse causam scio, neque subscribo iuniorū commentis: si quis tamen velit contrahi cerebrum, quemadmodū in morbo comitiali, vt malū expellat, & quū in sinistrā sit, incipere cōtractionē à dextrā & ex cōtrario: sicut en-
- 40 nit in ventriculo, & alijs partibus corporis, quæ, quū quid expellere ab vnā parte debent, à contrariā contrahuntur, si quis (inquam) velit huiusmodi cōtractionem integre partis neruorum distentionem excitare in eā parte corporis, quæ è regione est, huic aduersatur, quod à Galeno scribitur de cerebro & medullā spinæ, in quibus natura dextram partem à sinistrā per velamenta separauit, ne noxa vnus alteram afficeret. qui fiet igitur, vt dextrā parte capitis læsā sinistra contrahatur, quū noxam non sentiat? magis enim verisimile est sinistram contrahi, quæ læsa est. Subijcit sunt & qui attoniti fiunt, & quæ se-

quantur] à principio etiam casus interdum ita grauis est, vt inde statim homo 1  
decedat, vel intra paucos dies, vt, cum attonitus sit, ac stupet, id, quod sæpenu-  
merò ab ictu protinus accidit, non nunquam etiam primis diebus: plarun-  
que autem hominem occidit, ætate ante septimum diem, hyeme ante quartū deci-  
mum. *ἀπὸ πλῆθους* enim, cum, scilicet homo attonitus sit, per se lethalis est, neque  
potest vltra hos dies produci, adeò grauitè cerebrum vitiatum est. Ex his col-  
ligi potest duobus modis, capitis vulnus mortiferum esse: altero, quum à prin-  
cipio graue est, ita, vt vel protinus, vel non multò post, hominē absumat, quē-  
admodum, quum attonitus redditur: altero, vbi augetur inflammatio, vlcus pu-  
tre, & os purulentū efficitur: quod quum accidit, notæ nunc propositæ se ostē- 10  
dunt, ac tādē afficitur cerebrum, & mortem affert. Postremò addit idem no-  
tare signa hæc, siue res vetusta sit, siue recens: similiter enim mortem signifi-  
cant. hoc autem idē apponit, quod suprà dixerit ea superuenire ætate post  
septimum diem, hyeme ante quartū decimū, ne credas, si citius vel serius ad-  
ueniant, aliud indicare: prius etiam, quum post septimū & ante quartū deci-  
mum dixit, adiecit [plarun-que] vt ostenderet id non esse perpetuum.

” V Erum, vbi intelligis febrem inuadere, vel quid aliud signū languenti su-  
peruenire, nihil cessare debes, sed os vsque ad membranā secare, vel scal-  
” pro radere: facili autem secatur, & facili raditur: in cæteris verò eam curatio-  
” nem admouere, quam idoneam iudicabis, quod sit intuitus. 20

Quod si caluaria fracturā initio non deprehensā necessaria præsidia omit-  
tantur: procedente autem tempore, vel febris accedat, vel aliud ex signis, quæ  
suprà narrauit, nihil morandum est, nec differenda curatio, donec reliqua su-  
perueniant: tunc siquidem nullus esset omnino medicinæ locus, quum cerebrū  
corrumpatur. quod ipse alibi *σφαιλίζεις* dixit, sed protinus secandum est. quod  
principio intra triduum fieri debuit, si malum & perspectū fuisset, & rectè cu-  
ratum. Secto enim ossē datur exitus materiæ, quæ in membranā cerebri reti-  
netur: id item os, quod exciditur, nec putrescit, nec mali quidquā, aut sentit,  
aut alteri infert. Non solum autem exciditur os, quum ad id factō ferramento  
secatur, sed etiam, quum scalpro detrahitur. cuiusmodi autem esse debeant in- 30  
strumenta, quibus secatur os, vel raditur, aut perforatur, suo loco demonstrabi-  
mus. cur item facili secetur & radatur, in aperto est, quum putrescere iam in-  
ceperit, & mollius euaserit. quod ipse etiam subiiciet indicans celerius os pu-  
rulentum secari. Exciso ossē cætera facere conuenit, quæ cōmoda videbuntur,  
directo cōsilio (vt Hippocrates ait) *πρὸς τὸ γινόμενον*, id est, ad id, quod sit, nimi-  
rum ad rem ipsam, quæ tunc hominē vexat. non solum enim cōmodis auxilijs  
vulnus curandū, sed superuenientibus malis etiam succurrendū: quod proximi-  
s verbis ostendit, superuenientis tumoris curationē proponens, inquit igitur.

” V Bi autem in vulnere capitis, siue sectio adhibita sit, siue non nudato ossē 40  
” tumor rubicundus, & ad erysipelæ naturā accedens, in facie atque oculis,  
” vel vtrisque, vel alterutro oriatur, usque tactus doleat, febris item superueniat, &  
” grauis horror: vlcus verò, quod ad carnem pertinet, rectè habere videatur: os,  
” & quæ iuxta vlcus sunt, rectè procedant, excepto faciei tumore, cui nullus alius  
” error in victus ratione adijciatur: alius homini ducenda est, dato medicamen-  
” to, quod bilem moueat. Post quam purgationē febris cessat, tumor finitur, sa-  
” nitas restituitur. sed, quum medicamentum datur, æstimandæ sunt vires ho-  
” minis, vt valeant.

Tumori



## DE VVLNERIBVS CAP.

109

- 1 Tumori subuenit, qui vulnerato capite ità, vt os apertum sit, siue secetur, siue citra sectionem relinquatur, occupare interdum oculos & faciem solet. hūc proponit rubicundum, & erysipelæ naturam habentem, qui tactus doleat, cui febris & grauis horror adijciatur. huiusmodi tumor magnâ ex parte à flauâ bile prouenit, quæ, quum acris sit, & locum distendat, dolorem affert: cūque putrefcat, febrem & grauem horrorem mouet. transfunditur autem ad faciem atque oculos naturâ ipsius capitis validiore existente, & medicamentis confirmatâ, sic, vt malos succos non admittat. nam, quum vel imbecillius est, vel maledificentibus nutritur, bilem aliunde transmissam faciliè recipit, & erysipelâ
- 10 corripitur: quam nudato osse alibi malum esse nos docuit, cū materia ad inferiores partes non transmittatur, sed in oris plagæ recepta tempore os ipsum corrumpat: de quâ nunc non loquitur, quum eum casum proponat, in quo plaga rectè habeat. Ergo, si plaga, quod ad carnem attinet, benè procedat, vt, scilicet caro sit sui coloris, non hebes, sed firma, ac sine inflammatione, & oris minime tenuatis: rectè item os habeat, & quæ vulnus cōtinent, ità, vt nihil liuidum sit, nihil purulentū (hæc enim suprà cum febre accedentia significare mortem dixit) sed supersit tantum faciei tumor, nec quicquam in victus ratione aberratur, ità, vt agrotans à cibo & potu vitioso, ac nimio sibi temperet, ceteraq; obseruet, quæ in genere vitæ morbi ratio postulat, bilem purgandam ait, flauam,
- 20 scilicet, hæc enim erysipelæ causa est. imperat autē, vt medicus hominis vires intueatur: perpetuo enim vbi sanguis mittitur, vel catharticū datur, spectare medicū iussit, num vires sustinere eiusmodi auxiliū possint, an periculum sit, ne cōuellatur. purgato homine causa iam summotâ est. iure igitur febris tollitur, tumor euanesceat, & cū vulneris, & corū, quæ proxima sunt, curatio rectè cedat, eger ex toto liberatur, modò nihil (vt ipse docuit) in reliquo vitæ genere peccetur. Omisit autē, quod vitæ genus conueniat, vt satis alibi declaratum. cū in libro de vlcerebus, qui hunc præcedit, iussit, vt vulnerato capite aquâ potui daremus, & victu tenui vteremur, idque non immeritò: morbus enim acutus est, & talem victus rationē postulat, qualem tradidit, & in libro de ratione victus in morbis acutis, & in illis præceptis, qui aphorismi nuncupantur.
- 30 monuit item in opere de fracturis, vt vbique ad grauiora vulnera diu tenuiorem victum adhiberemus, & vbi femoris vel humeri os fractum, & per vulnus excedēs reponeremus, eadem ratione mederemur, atque in capitis fracturâ abstinentiam imperantes. abundè igitur in alijs locis aperuit, quo victu sustinendi sint, quibus caput fractum est. Placuit etiā Galeno (quâ de capitis dolore ex ictu) in vulnere capitis abstinentiū esse à vino & à cibis robustioribus. Sed, quum ad victus rationē aliquo modò spectet, etiam locus, vbi degere offensus debeat, de hoc nonnulla adscribere operæ precium arbitror. Calor (vt Hippocrates sæpius testatur) vtilis est nudatis ossibus & fractis. quare per rupto femore, non fecus quàm in fracturâ capitis vitandum esse frigus ait. idem repetit, vbi tractat de articulis per plagam excedentibus, & in summâ in quo casu neruorum distentionem timet, frigus alienum esse proponit. quod in capite tanto magis euenit, quàm in alijs partibus, quanto est præstâtius, à quo & medulla, quæ in spinâ est, & nerui depēdent. Capite igitur fracto offensus calido conclauī detineatur, nihil frigidum vulnere superdetur. At nō propterea velamentis, linteis, fascijs (vt nonnulli consueuerunt) premendum atque onerandum est. hæc siquidem aliena sunt, præsertim, vbi inflammationis suspicio
- 40



fit: abundè enim est plagam protegere, ne ad eam frigus aspires. Haftenus de genere victus. Restat, vt de alui purgatione, ac de missione sanguinis tractemus: quoniam purgationem, & sanguinis detractionem in hoc libro præterijt, non secus ac victus rationem, de quibus tractauerat in opere de vlcerebus. tantum dixit purgadam esse bilem, vbi erysipela in facie oriatur. Verum in libro de vlcerebus vulnere existente magno aluum cathartico purgadam esse prodiderat, vbi triplex genus magni vulneris posuit: quod in parte corporis præstantiori incidit, quod malignum, quod amplum est. propriè autem capite vulnerato (quæ pars præstantissima est) aluum ducendam esse indicauit, idq; non aliâ de causâ, nisi vt succi ab affectâ sede auertantur, quod fit, cum educti non amplius ad ipsam feruntur. quin & in libro, qui de fracturis, & in eo, qui de articulis est, ad veratrum confugit, vbi casus asperior est: verbi causâ, quum calx læditur, cum os per plagam excedit. Quod si sanguinis copia sit, non alienum est secare venam, quod ex ipso Hippocrate colligitur: tum ex libro de vlcerebus, cum præcipit, vt sinamus ex plagâ sanguinem fluere, quo patet (vt inquit Galenus) vbi sponte non effundatur, à medico sectâ venam mittendum esse, ne inflammatio superueniat: tum ex opere de articulis, quum costâ collisâ sanguinem ex cubito detrahit, vbi Galenus ait, etiam si in corpore sanguis non redudet, in eiusmodi plagis ad venæ sectionem decurrendum esse: miraturque, cur Hippocrates calce percussio, potius hominem medicamento purget, quam sanguinem exhauriat: id non solum in fracturis accidit, sed etiam in alijs casibus: nam lateris dolori interiores partes infestanti Hippocrates veratro medetur, Galenus venæ sectionem præponit. Nos igitur Galenum sequuti, ab Hippocratis lege non abhorrentes, quum parum sanguinis ex vulnere profluat, venam secabimus, nisi alij succi in corpore admodum redundant, quos tunc purgare potius expedit, quam sanguinem mittere. alioquin sanguinem detrahemus, quod præsidium laudatur etiam à Galeno ad capitis dolorem ex ictu.

„ **S**uper sectione verò, quando necesse sit hominem secare, hoc obseruandum  
 „ est. quod si principio tibi curatione traditâ ad sectionem venias, os vsq; ad  
 „ membranâ excidere statim non debes, quum non expediat detracto osse hanc  
 „ diutius patefactâ relinqui, vt quæ grauiter læderetur, & tandè putresceret, atq;  
 „ hebes fieret: aliud item periculum subest, si sectum os statim à membranâ euellatur, ne ferrâ in ipso opere membranam laceres. Verum in sectione id obseruandum est, vt, vbi parum iam est, id, quod secandum superest: iamq; os labat, ex opere te recipias, sinâq; vt os per se abscedat: nam ossi, quod sectum est, & si ne sectione relictum, nihil superuenire mali potest, tenuatur enim iam, quod relinquitur. In cæteris ea curatio admouenda est, quæ cõferre ad vlcus videbitur.

Hoc videlicet, quod proponitur. quum principio ad sectionem venias, non debes os vsque ad membranâ excidere, quamuis enim & à principio intra triiduum secandum os sit, & inter septimum & quartumdecimum diem, quum mala illa se ostendunt, non tamen similiter in vtrâque occasione secandum est. Docet igitur, quum initio ad ægrotantem adhibearis, quid in sectione obseruandum sit: nam, si æger tibi initio non tradatur, quâ ratione secandum sit, in sequentibus aperiet. quod etiam supra exposuit, quum malis indicij accedentibus præcepit, vt os statim vsque ad membranâ excideretur. initio igitur, cum os secatur, excidere totum vsque ad membranam non conuenit, idque duplici de causâ, altera, ne membrana diutius sine ossis tegmento relictâ intumeat, putrescatque:

## DE VVLNERIBVS CAP.

III

- 1 trefcátque: quæcunque enim velata effe & claufa confueuerunt, vbi detecta atque aperta funt, externo & infueto fpiritu circumdata alienantur, & vbi fic habentur, diutius putrefcunt, id euenit omento, quod interdum præcidendum eft, quum abdomine vulnerato per plagam excedit, fed hoc tantò citiùs, quàm cerebri membrana corrumpitur, quanto humiliùs eft. diutius itaque fine offe relinqui membranam non expedit: Alteram caufam ponit periculũ, quod inftat, ne, dum initio os exciditur, membrana cerebri violetur, quã rem proceffu temporis, quum ad fectionem venit, nō timet: vel, quod membrana defidat magis, & ab offe recedat, vt colligitur ex Galeno in fexto de ratione curandi:
- 10 vel quod cogatur maiori neceffitate urgente os detrahẽre, quum incertum periculum certã desperatione fit potiùs. His igitur de caufis imperat, vt à principio eatenus os fecetur, vt moueatur, & parum fit quod fecadũ refcet. quo factò totum abfcedet, & à naturã expelletur, carunculã fubeunte, vt in prioribus indicauit: neque timẽdum eft (inquit) ne quid mali accidat offi, quod & fectum eft, & parte aliquã fine fectione relictum. quoniã tenue eft, quod relinquitur, & non folum naturã, fed medicamentis etiam, quæ ficcandi vim habentia infperguntur, affiduẽ tenuatur. At qui funt, qui hoc tempore iftiufmodi præcepta obferuent? nõne etiam à principio, vbi os fecant, totũ auferunt, & membranam nudatam relinquunt? fed, quod deterius eft, pauci in hanc partẽ peccant, quum plarique non intra triduum omnino fecandũ effe os cenfeant, fed fatis effe exiftiment, fi æftate intra primum feptenarium, hyeme intra fecundum, hãc medicinã vtãtur: quod quanto ægrotantiũ periculo fiat, & ab Hippocrate docemur, cum inter initia dimiffã fectione superuenire, tot mala narrauit, & experimento comperimus, cotidiẽ vidẽtes eos decedere, qui à principio non curantur, atque idcirco tot affeñibus obruuntur.
- » [ Am verò, dum fecamus, ferra fubinde recipienda eft, & in aquã frigidã demittenda. calefacta enim, dum circũagitur, calefaciendo ficcãdoq; os adurit, » efficitq;e, vt plus abfcadat eius offis, quod fectionem cõpleñitur, q̃ abfcelfurũ » effet. Quod fi os protinus excidere vfque ad membranã velis, deinde ipfum » eijcere: fubinde fimiliter recipienda ferra eft, & in aquã frigidã demittẽda.
- 30 Obferuationem docet ad fecadum os pertinentem, cùmque hoc interdum vfque ad membranã excidatur, interdum nō totum fecetur, vtrobique neceffariam effe hanc demõftrat. Proximẽ quidem tractauit de eo offe, quod totum excidendum non eft, quando, fcilicet initio intra triduum fecatur, nunc fubijcit, quid in eo fecando animaduertendum fit, idẽmq; adfcribit obferuandum effe, quum totum os vfq; ad membranã exciditur, hoc eft, quum non principio fecatur, fed procedente tempore, quando mala indicia fupernafcuntur. Præcipit igitur, dum fecamus, vt id ferra mentũ, quo vtimur, fepius attollamus, & in aquã frigidã demittamus. Caufã, quamobrẽ hoc edicit, ipfe euidenter
- 40 expreffit, incalefcit (inquit) ferra, dũ circũducitur, quod omnibus euenit, quẽ mouentur. conftat enim motum caloris caufã effe, ferra incalefcẽs os calefacit, cùmque omne id, quod nimium calefit, etiam ficcetur, ipfum quoque exicat, quo pacto calefactum ficcaturq; os adurit. quare non immeritò abfcedit, nam fuprà quoq; dictum fuit, os ab alio abfcedere, eò quod ficcetur, & exangue fiat: quamobrẽ, quò plus offis fecatur, eò plus abfcedere neceffarium eft. cùmque extra id, quod fectione comprehenditur, vratur item, quod iuxtã eft, hoc etiam recedet, quod alioquin reccelfurum non fuiffet.



» **A**T si inter initia non accefferis, sed homo alteri priùs traditus, minùs tem- 1  
 » pestiue tibi cōmittatur, acutiori ferrâ excidere os protinus vsq; ad mem-  
 » branam conuenit. subinde autem attollendum ferramentū est, & tum aliâ viâ,  
 » tum demisso specillo eius circuitus considerari debet: quia citiùs exciditur id  
 » os, quod pus contraxit, & ipsum trāsfundit: sapiùsque os summum inuenitur,  
 » præcipue, si plaga eâ parte capitis fuerit, quâ os magis tenue est, quàm crassum:  
 » quod ne te lateat, cauetō, quū ferrâ adhibes. Perpetuum verò sit, quâ os cras-  
 » sissimum videbitur ferram imprimere, subinde considerare tentareq; dimo-  
 » uendo os demere. Reliqua curatio talis conuenit, qualem vulnus desiderat.

Adscribit alia præcepta ad sectionē pertinentia, quæ conueniunt, vbi os ex- 10  
 ciditur, & à membranâ cerebri detrahitur. hoc autem potest ob duplicem oc-  
 casionem accidere: & cū principio ad curationē abhiberis, de quâ non mul-  
 to pōst tractatur: & quū ægrotans ab altero curatus tibi traditur, quam rem  
 nunc agit. Euenit igitur interdū, vt homo tibi nō protinus tradatur, sed post-  
 eâ, quū iam necessitas subigit os totū excidere, & à membranâ euellere: ex-  
 emplī gratiâ, cū mala indicia, quæ suprâ posuit, superueniunt, in quo casu pro-  
 posita præcepta seruari debent. omnia autem eò euadunt, vt caueamus, ne fer-  
 ramento membrana cerebri violetur, ex quo graues inflammationes cum pe-  
 riculo mortis oriuntur. Monet autem, vt *πρὸς χαρκτηρῶν*, hoc est, ferrâ acutiori, &  
 quæ benè imprimatur, os incidamus. in alijs locis, vbi totum os noluit auferri, 20  
 solummodò [ferrâ] dixit, non adiiciens [acutiori] sicut hîc, vbi præcipit, vt totū  
 vsque ad membranam excidatur. lubet igitur, vt ferram subinde recipiamus,  
 videamûsq; & ipsis oculis, & specillo indito altitudinem itineris, quod vbiq;  
 attendi debet, sed præcipue, quū os totum exciditur, & multò magis, quū  
 purulentum est: tunc siquidem, quū minùs durum sit, celerius opinione se-  
 catur, quod etiâ accidit, cū plaga eâ parte caluariæ fuerit, quâ os tenuius est:  
 tunc enim in summo magis reperitur. Vides ergo quàm rectè à principio cal-  
 uariæ naturam monstrauerit, quæ non modò pertinet ad cognoscendam ossis  
 offensam, sed etiam ad curandam. Os igitur, quod inter frontem & verticē est,  
 tenuissimum proposuit, crassissimum, quod in occipitio. ergo inter frontem & 30  
 verticem sapiùs, quàm in occipitio considerandus est ferræ circuitus. Alterum  
 præceptum est, vt ferramentum imprimamus, quâ os crassissimum est, nō quo  
 os adeò patefactum sit, vt possit ad hanc partem, vel ad illam ferramentū ad-  
 hiberi: nam plarumque hoc non licet, quū id ossis, quod apertum est, totum  
 tenue sit, sed quo imprimēda ferra grauius sit, atque vrgenda audacter, quâ os  
 crassius est, hoc est, minùs tenue, cū in toto plagæ circuitu nō sit equaliter te-  
 nue. Sed huic videtur repugnare Galenus in sexto de ratione curandi, qui ne  
 cerebrum cōcutiatur ob crassitudinē ossis, non secat in loco decliui, quod alio-  
 quin fecisset. vitat ergo crassitudinem ossis, nec quâ parte ea est, ferramentum  
 adhibet, sicut Hippocrates. eo autem tollitur cōtrouersia, quòd ille non time- 40  
 bat, ne cerebri mēbrana violaretur, quū os ex toto nō excideret, quod timet  
 Hippocrates, qui totum excidit, quâ in re longè grauius est periculū, quod in-  
 stat, ne membrana cerebri laceretur, quàm quod ex concussu affertur: quocirca  
 ferramentum admouet, vbi os crassius est, quia, quū diuturniori tēporis spa-  
 cio secetur, medicus interim, quantum sectū sit, subinde intuetur. Postremum  
 præceptum est tentare dimouendo os detrahē, antequàm totum ferramento  
 præcidatur, quod eò spectat, vt euitetur periculum instans, ne membrana ce-  
 rebri



reabri lædatur. In græcis exemplaribus multa interposita hîc leguntur, quæ, cum nihil ad rem faciant, omittimus: magis enim referenda videntur ad opus, in quo de morbis renū, vel ad id, in quo, de aëre, aquâ & locis tractatur, siue Hippocratis sint, siue alterius auctoris. Atq; hæc fortasse sunt, de quibus meminit Galenus, qui, quum in præmio quarti commētarij de ratione victus in morbis acutis indicaret multa reperiri in eo libro, quæ non essent Hippocratis: idem quoq; ait euenire in libro de vulneribus capitis. Ad hæc, quæ in fine huius adscribuntur, propositis proximè subijci necesse est. quamobrem cætera, quæ inferuntur, aliunde omnia huc accessisse credibile est.

10 **Q**uod si principio ad curationē adhibearis, velisq; os excidere, & à membranâ detrahere, æquè specillo demisso, ferræ circuitum considerato, & perpetuo, quâ os crassissimum erit, ferram imprimito, dimouendôque ejicere os nititor.

Cauit in superioribus, quum os à principio secatur, ne totum præcideretur, nunc addit, si quis velit inter initia id excidere, & à membranâ detrahere, eadem præcepta seruare debere, atque illum, qui post principium id totum secat, atque expellit. Causam verò, quamobrem initio nonnunquam totum secetur, ipse non apponit. duo autem licet animo concipere, vel nunquam rectè ab initio os vsque ad cerebri membranam excidi: si quis tamen auferre id tētet, minus errare, quum proposita præcepta non omittit: vel interdum aliquâ de causâ, vt, quum vehemens ictus fuerit, os initio demendum esse, quum probabile sit materiam copiosè ad cerebri membranam confluisse, quam protinus exitum habere necessarium est: atque in eo casu, quum exciditur, nihil ex ijs, quæ nunc imperat, prætereundum. Sunt igitur obseruationes, quas nunc persequitur, eadem, atque illæ, quæ proximè expositæ sunt, vt ferræ circuitum sæpenu-  
merò consideremus, vt ferram ab eâ parte, quâ os crassissimū est, imprimamus: idq; (sicut antea dictum est) nō aliâ de causâ, nisi vt à mucrone terebræ seruetur membrana cerebri inuiolata, atque intacta.

20 **A**t, vbi terebrâ vtaris, caue, ne vsque ad membranam penetret, si principio per terebram curationem aggredieris, sed (quemadmodū in sectione ossis propositum est) tenuem ossis partem relinque.

Hactenus de excidēdo osse per ferram tractauit. sed, quum id etiam per terebram fiat, edicit, ne, si os terebrâ initio perforetur, ipsa per totum penetret. Verum, sicut, dum secatur, aliqua testa ossis intacta relinquitur, ita, quum terebrâ res agitur, os totum perforari non debet, ob eandem causam, quam in sectione monstrauit. In prioribus etiam, quum tractauit de puerili osse, quod pertundendum est, paruam terebram ad moueri iussit, & subinde os considerari.

Verum, quia ferræ terebræ & scalpri mentionem fecit, operæ precium est, vniuscuiusque rationem exponere, quam in finem operis distulimus, ne cum  
40 expositione verborum Hippocratis ipsam confunderemus.

Serræ itaque (vt ab hâc incipiamus) duplicem esse rationem constat, alteram longam, teretem alteram: longa similis est illi, quâ fabri vtuntur, hæc serula vocatur: pertinet autem ad excidēda ossa, non tamen in capite, cui (vt infra declarabimus) teres dūtaxat aptatur, quæ cæteris partibus aliena est: exempli gratiâ in libro de fracturis, quum Hippocrates secari iubet id ossis, quod prohibet, ne, quod per plagam excessit, in suum locum collocetur, componaturque, pro tereti ferrâ longâ vtendum est: hâc si tentes caluariæ os secare, quâ

poteris? quum os non ita nudetur, vt citra carnis laceratione ad moueri queat: 1  
 ac si nudetur, etiam ineptissima sit, neque possit, quod præcidi debet, in ambi-  
 tum comprehendere, sed secet, quod secandum non est, quod inutile est, relin-  
 quat: præterquam, quod ob inæqualitatem caluariæ inæqualiter excidit, quum  
 humiliorem eius partem vix attingat, per eminentiorem ita penetret, vt peri-  
 culum sit, ne cerebri membranam violet. Quamobrem ferram, quâ caluariæ  
 os secatur, teretē esse necesse est, quod apertē ex ipso Hippocrate intelligitur,  
 qui, dum caluarię os secaretur, considerari subinde ferræ circuitum voluit. At-  
 qui, circuitus non nisi ad teretem ferram refertur, quam Celsus modiolum vo-  
 cat, cuius rationem in hunc modum scribit. Modiolus ferramētum concauum 10  
 teres est, imis oris ferratum, per quod medium clauus ipse quoq; interiori orbe  
 cinctus demittitur: si vitium in angusto est, modiolus potius aptatur, quam te-  
 rebra: si caries subest, medius clauus in foramē demittitur: si nigrities, angulo  
 scalpri sinus exiguus sit, qui clauum recipiat, vt eo insistente circumactus mo-  
 diolus delabi non possit. deinde is habenâ quasi terebra cōuertitur, estq; qui-  
 dam premendi modus, vt foretur & circumagatur. quia si leuiter imprimitur,  
 parum proficit, si grauius, non mouetur. neque alienum est instillare paulum  
 rosæ vel lactis, quod magis lubrico circumagatur, quod ipsum tamen, si copio-  
 sius est, aciem ferramenti hebetat. ac, vbi iam iter modiolo pressum est, medius  
 clauus educitur, & ille per se agitur. hinc patet, non modò figura teretis ferræ, 20  
 sed & ratio omnis, & quid obseruandum sit, quum admouetur. huius etiam  
 meminit Galenus in sexto de ratione curadi, vbi nonnullos timidiore ait pro  
 terebrâ *χολωννα*, id est, modiolum adhibere. Paulus eum eijci, tanquam no-  
 xium à iunioribus testatur. Sunt ex nostri temporis chirurgici, qui ipso vtan-  
 tur, quos neque laudamus, neque vituperamus. nam si circumspectē ipsum ad-  
 hibeant, eaque seruent, quæ Hippocrates voluit in eius vsu seruari, proficit.  
 Tutiùs fortasse res agitur scalpri, de quibus infra tractabimus. Illud autem a-  
 nimaduertēdum est, quum modiolum adhibemus, quod æquē ac terebra no-  
 cet ossibus infirmis, & vehementer perruptis, quum periculum sit, ne huius-  
 modi ferramēta simul cum osse protinus ad cerebri membranam compellan- 30  
 tur. Hæc de ferrâ.


## DE VVLNERIBVS CAP.

115

Serra, quâ fabri vtuntur.

Serrula.

Modiolus.




1 Terebrę autę p̄priũ est p̄forare, cũ acutũ mucronę habeat, vt infrà declara-  
 bimus, vbi eius rationę p̄ponemus. Hippocrates autę in hoc opere bis terebrę  
 mētionę facit: & cũ timens, ne puerile os sanguinis copiā putrescat, iubet, vt  
 paruā terebrā p̄foretur: & in fine, cũ docet quid obseruandũ sit, si p̄ serrā initio  
 terebra adhibeatur. Sed cũ terebra perforādo sit, dũtaxat, nō potest serrę mo-  
 do excidere: q̄obrę necessaria scalpri quoq; opa est, q̄uis Hippocrates silētio id  
 p̄tereat. Terebrā enī (vt ait Celsus) foramē sit i ipso fine vitiatu ossis atq; ītegrī,  
 deīde alterũ nō itā lōgē, tertiũq;, donec totus is locus, q̄ excidēdus est, his cauis  
 cinctus sit: tũc excisoriu scalp̄ ab altero foramine ad alterũ malleolo adactus  
 10 id, qđ inter vtrũq; mediũ est, excidit, fitq; ambitus similis ei, qui in angustiorę  
 orbę modiolu imprimitur. idē Galenus edocet, cũ os terebrā in circuitu p̄fora-  
 tũ iubet admotis scalp̄is excidi. Ceterũ de scalp̄is deq; eorũ varietate abundę  
 agemus in ijs, quę sequētur. Nũc de terebrā, cuius vsũ scire cōuenit alienũ esse,  
 vbi ossa vehemēter sunt p̄fracta, atq; vbi per se ībecilla sũt. In ossē aut puerorũ,  
 qđ nō admodũ ībecillũ est, Hippocrates paruā terebrā vtitur, sed, si ossibus ad-  
 modũ pruptis, atq; īfirmis terebrā vtaris, vix p̄hibere poteris, ne, dũ circũagi-  
 h ij



tur, & ipsa & os ad cerebri mēbranā yrgeatur, & cerebrum cōprimat. Aptatur autē p̄priē terebra (Galeno auctore) cū ossa plurimū firma sunt, sed metuendū est, ne, dum agitur, mucrone cerebri mēbranā violet. quā de causā Hippocrates imperauit, vt in ipso vsu caueamus, ne nimis altē descēdat. Nonnulli (inquit Galenus) vt euitarēt hoc periculi, eiusmodi terebras excogitarūt, quę altius descēdere nō possent, quas ob id ἀκντιστὲς nūcuparūt. sicq; terebrarū duo genera sunt, alterū simile ei, quo fabri vtūtur: alterū, quod non potest altius descēdere, quoniā paulō suprà acutū eius mucronē extat quidā circulus. cuius generis terebrę cōplures habēdę sunt, quę omni caluarię crassitudini sufficiāt. nā crassiori ea cōuenit, quę inter extantē circulū & mucronē lōgius spaciū habet, tenuiori cōtrā, quę breuius. Huc etiā pertinere vidētur descriptę a Celso terebrę capituli lōgioris, qđ ab acuto mucrone incipit, dein subitō latius fit, atque iterū ab altero principio paulō minūs, qđ æqualiter sursum procedit. prohibet enim capitulū, quod super mucronē subitō latefcit, ne terebra altius penetret.


Terebra, quę descēdere non potest.

Terebra, quā fabri vtuntur.




- 1 Quâ ratione circumagatur terebra apud veteres auctores non inuenio. ex Cornelio Celso, quâ de modiolis, colligitur hanc habenâ conuertendam esse. ait enim [modiolus habenâ, quasi terebra cōuertitur] non tamen constat, quo pacto voluerit habenam admoueri. videmus enim sabros habenâ tribus modis terebram circumducere. Vno quidem mediâ terebræ arctè illigata sæpius circa ipsam obuoluitur: deinde mucrone adacto, terebræ caput alterâ manu superimpositâ continetur, ac leniter deorsum compellitur, alterâ ducitur habena vi quadam, donec tota ferè euoluatur, & interim terebrâ circumagat, tam pro-
- 10 petu & circumactâ pilæ, quam adiunctam habet, & ipsius habenæ, quum huiusmodi omnia, quæ trahuntur, si in ipso impetu dimittantur, ferè eodè reuer- ti consuerint, vndè vi abducta sunt. Terebra itaque, quum suo pte nutu rediens in contrariam partem agatur, iterum habenam obuoluit: hæc manu æquè iterum ducta euoluitur, quod tertio & quarto fit, donec, quod perforandum est, perforetur, atque hic modus non nimium est efficax.

Terebra, quæ per habenam in medio arctè illigatam conuertitur.



Alter est, quum exiguus arcus admouetur, sic, ut chorda semel circa terebrā  
 voluatur. arcus enim manu prehensus adducitur, reduciturque & interim te-  
 rebram circumagitur.



Terebra, quæ




## DE VVLNERIBVS CAP.

119

- 1 Tertio modo habena terebrā ducit, cū terebra in trāsfuerfariū inferitur, quod mediū perforatum est, itā, vt facile sursum ac deorsum per ipsam feratur: summa verò foramen habet, in quod habena cōiicitur, cuius capita ad extremitates trāsfuerfarij alligantur, sic, vt habena cum transfuerfario.  $\Delta$ . literę similitudinē referat, basis sit ipsum trāsfuerfariū. Deinde, vbi perforādum est, trāsfuerfariū circa terebrā agitur, sic, vt habena per ipsā obuoluatur, & quasi in cochleā serpat: tum alterā manu trāsfuerfariū cōprehēditur, itā, vt ab vno latere terebrę tres postremi digiti trāsfuerfario superponantur, ab altero pollex subiiciatur, index superdetur: atq; hoc pacto deorsum ducitur, & habenam euoluēs
- 10 terebrā circumagit: inde manus attollitur, terebrāq; ipso impetu per se in contrariam partem conuertitur: hoc autem agitur, quoad foramen fiat.

Terebra, quæ per habenam, & transfuerfariū circumagitur.




h iij

Hi sunt modi, quibus habena terebrā cōuertit: primus, minimè stabilis est: alter, quamuis stabilior, non sat tutus videtur, cū facile delabi terebra possit, dum arcu ducitur, quod non equè accidit, vbi transfuersarium adijcitur, qui modus à fabris maximè frequentatur. quocirca, vbi per habenam terebra conuertenda sit, nullam viam hāc tutiorem animo concipimus, quācunque apud veteres in vsu fuerit.

**R**ecentiores citra habenā alias conuertendæ terebræ rationes excogitarūt. quidam manibus ipsam circunducunt, vel ambabus aduersis ad mediam terebram datis, vel alterā summū ipsius comprehendente, cui vel pila, vel trāsuersum aliquid cōnexum sit, qui modus non videtur multum in rem esse, cū effectum nō celeriter, quod est præceptum Hippocratis in chirurgiā, sed longo temporis spacio præstet, quod vulneribus capitis maximè est aduersum. docuit enim Galenus in octauo de vsu partiū ossa capitis, quā celerrimè excidenda esse, ne cerebrum refrigeretur.

Terebra, cui pila in summo est, per quam circumagitur.

Terebra, quæ per trāsuerfariū, quod est in summa parte, conuertitur.



Alij verò

## DE VVLNERIBVS CAP.

121


1 Alij verò manubriolo vtuntur in hunc modum. Ferramentum fit inâ parte quadratum, vbi cauum habet, cui breue aliud ferramentum inferitur, excidendo offi accômodatum, quod latius infrâ explicabimus. illud igitur ab imo tres digitos rectum sursum procedit, inde ad vnius vel alterius digiti spacium flectitur, ac rursus palmi spacio rectû fertur, quâ tenue est, & affixam fistulam habet, quæ circa ipsum facile conuersa, vbi vtendum est, manu prehenditur, ac voluitur: deinde iterum ad vnius vel alterius digiti spacium flectitur, postea rectum tendit, donec finiatur. quo fit, vt duos rectos angulos ostendat è regione sibi respondentes, ab interiori parte illius recessus, quem manu prehendi diximus: duos item ab exteriori, quâ flexum à rectâ lineâ declinat, & in latus conuertitur. in summo autem annexa pila est, in quâ paruo momento circunducitur. vbi vtendum est paruum aliud ferramentum in ipsum demittitur, & offi perforâdo vel excidendo imprimitur, alterâ manu pila, quæ in summo est, cõtinetur, alterâ, fistula circumagitur, atque hoc pacto id offis, circa quod ferramentum agitur, in orbem præciditur.

Præter mucronem ad perforandû varia in hoc ferramēta demittuntur, omnia tamen aciem acutam habēt. ex ijs enim aliud rectum est summâ parte quadratum, sic, vt cauo alterius in quod coniiciendû est, respondeat, in imo semicirculatum, vbi vtendum est, angulo scalpri sinus sit, qui mediâ & prominentiorem semicirculi partem recipiat, tum hoc ferramentum admouetur, cõuersumq; os excidit: nec ad cerebri membranâ descendit. quum partes, quæ minûs prominent, cæteras penetrare non patiâtur, nisi chirurgicus de industria violare cerebri membranam velit: huius autem generis cõplura habenda sunt latiora & angustiora. primo quidem latius admouendum est, deinde angustius, sic, vt quum os dimidium excisum est, maximè angustû adhibeatur. Nonnulli aliud demittunt, quod inâ parte vnguis speciem referat, qui mediûs duabus lineis sectus sit, sic, vt inter vtranque mucro sit, qui partes hinc atque hinc à lateribus paulum excedat: hæ verò aciem acutâ habent, quæ in vno latere ab exteriori parte acuta est, ab interiori hebes: cõtrâ in altero, vt facilè tam in sinistra, quam in dextram cõuersum excidere possit, & scobem educere, ne sectionem impediat. In osse itaque, quod præcidendum est, mediûs mucro imprimitur: manubriolo autem circumactò latera os in orbem excidunt, neque nimis altè descendunt: siquidem partes humiliores non ità sinunt eas, quæ magis prominent, altiûs penetrare. Sunt, qui, vbi altero ex ijs ferramētis iter pressum est, ipsum educât, & aliud demittant, quo tutiûs id, quod relinquitur, ex osse præcidant, id ab inâ parte quasi in pomum desinit striatum, cuius extantes partes aciem acutam habent. hoc igitur adactum, vbi os aliquâ ex parte excisum est, quod restat, absumit, & ob figuram, quam habet ad cerebri membranam, non descendit.



- 1 Caudum, cui breue aliud ferramentum inferitur. 1  
 2 Ab imo tres digitos sursum procedit.  
 3 Ad digiti spacium flectitur.  
 4 Fistula, quæ circa ipsum conuertitur.  
 5 Iterum ad digiti spacium flectitur.  
 6 Rectum redit.  
 7 Pila annexa in summo.  
 A Ferramentum in imo semicirculatum.  
 B Ferramentum, quod imâ parte vnguis speciem repræsentat.  
 C Ferramentû, quod ab imâ parte, quasi in pomum definit striatum. 10

Terebra, quæ per manubriolum conuertitur.



Expositis


## DE VVLNERIBVS CAP.

123

- 1 Expositis, quæ ad terebram pertinebant, restat, vt ad scalpros tranſeamus, quibus Hippocrates radi os dixit, ac præcidi, non ſecus ac ferrâ. cuiusmodi autem fuerint, non ſatis conſtat, illud pro comperto eſt, quòd veteres his non ſolum ad os radendum vtebatur, ſed etiam ad excidendum. oſſe enim in ambitum per terebram perforato huiusmodi ſcalpris, ab vno foramine ad alterum malleolo adactis, ſepta, quæ reſtabant inter foramina, præcidebant. nam Celſo auctore ſcalper, quum planus admouetur, radit, quum in latuſ conuertitur, excidit. quamobrem in excidendis ſeptis, quæ reſtabant inter foramina, cauere voluit, ne angulo ſcalpri membrana cerebri violaretur. hic (quatum conijcio)
- 10 non potuit eſſe reſtus, ſed in medio recuruari neceſſe fuit, alioquin radendo minus idoneus fuiſſet. certo enim loco radendum eſt, vltra quem, ſi ſcalper tranſeat, aut inutiliter radet, aut carnem attinget, & dolorẽ mouebit. ſcalper, ſi mediũ recuruetur, vbiuſ facile ſiſtitur, ſi reſtus eſt, vix continetur, quo minus vltcriuſ delabatur.

Scalper reſtus.


Scalper in medio recuruatus.



Apud Galenum tria scalpri genera leguntur, vnum cauum, quem *κεκλισμένον* dixit: alterum, qui in imo lenticulæ imaginem refert, vnde *φακιδῆς* appellatur: tertium radendo idoneum, quem *εὐστῆρα* nuncupauit: hoc tertio scalpri genere ad rimas vtebatur, cuiusmodi autem eius forma fuerit (vt hinc ordiamur) non licet ex Galeno intelligere. Veteres quali scalpro raderēt, iam diximus. Iuniores ferramentum inuenerunt, quo duntaxat os radunt, neque enim aptum est, vbi os præcidendum sit. id rectum est, ac serè duorum palmorum longitudinem implet: in imo autem recuruatur, sic, vt paruum sinum in orbem ostēdat: oræ autem, quæ vtrinque à lateribus sunt, aciem acutam habent. in ipso autem vsu ferramentum in latus vertitur, & vtriusque manus digitis, partim subiectis, partim superpositis, imâ sui parte os attingit, ductusq; id radit. hoc vtuntur ad omnes fracturæ modos, vbicunque discutiendum os est. radendo enim exitum præbet intus cerebri membranam lædentibus, & id ossis, quod auferrandum est, in orbem præcidunt. adeò, vt nonnulli hoc solo ferramenti genere contenti sint, neque scalpro malleolo adacto cerebrum concutiant, ne terebræ mucrone lædant membranam, quæ sub caluariâ cerebrum tegit, quàm assidue os in conspectum veniat, pateatque quando perumpitur. adde, quod, quàm ad imam ossis partē peruenerunt, scalprum leniter imprimunt, & vtuntur maximè angusto: complures enim habent, & latiores, & angustiores. Prætereà si quis manu strenuâ sit, & exercitatus, opus hoc scalpro celerrimè perficiet: ita, vt mirum sit, cur Galenus huiusmodi scalpri (si tunc temporis inuenti erant) ad omnes fracturæ modos non adhibuerit: solummodò enim scalpri radit, vbi rima est, siue in summo sit, siue altius penetret: in alijs fracturis, si ossa firma erant (vt suprâ ostendimus) ad terebram veniebat, si vehemēter perfracta ad cauos scalprios, de quibus mox agemus, & ad eum, qui in imo lenticulæ imaginem repræsentat. Hippocrates nullo interposito discrimine excidi os iussit, siue serra vel terebra admoueat, siue scalpro radatur, tantum exiguum terebram admoueri iussit ad os puerile. illud autem os, quod valde abruptum est, citra ferramenti vsu siccis medicamentis resoluit, vt antea demonstratum fuit.



Scalper, quo iuniores os radunt.




- 1 Ponitur à Galeno alius scalper excisorius, quem *κυκλῆσθον* appellauit, & cauum esse voluit. hunc (nisi fortasse sit ille, qui proximè positus ad recentiores refertur) puto rectum fuisse & imâ parte, quâ acies continetur in canaliculi speciem vtrinque à lateribus sinuatum: sic enim & cauus est, & ad circuli figuram accedit, vndè *κυκλῆσθον* vocatur. istiusmodi scalpris ligna à fabris excavantur. admoventur autem plærunque malleolo adacti, vtro modo Galenus cauis scalpris vteretur, non docuit. vtrunque licet animo concipere, tamen verisimilius arbitror Galenum intelligere cauum scalprum malleolo adigendum esse, quùm dicat excidendi ossis rationem, quæ per cauos scalpros administratur, vitio non carere, quod immodicè cōcutiat. hoc non faceret, si caui scalpri  
10 citra malleoli operam admouerentur. Adhibet autem Galenus cauos scalpros, quùm os vehementer est perruptum. nanque his tantum ossis excidit, quātum

fatis est ad demittendum scalprum referentem in imo lenticulæ speciem, de quo proximè tractabimus. hoc deinde indito, ac malleolo adacto, quod præcidendum est, vniuersum præcidit. Sed cum osse terebrâ pertuso, septa, quæ inter foramina erant, excidi iussit, an cauis scalpris, an alterius generis vtendum voluerit, non constat: constat tamen cauos scalpros parùm aptè ad foramina adhiberi. atque idcirco magis credibile est Galenum admoueri maluiffe, vel eum scalprum, qui imâ parte lenticulam refert, vel eum, qui planus radit, & in latus conuersus excidit, quo veteres utebantur.

Malleolus.

Scalper cauis.




Reliquum

## DE VVLNERIBVS CAP.

127

- 1 Reliquum scalpri genus apud Galenum id est, quod in imo lenticulæ speciem habet, atque hanc hebetem: in lōgitudinem verò aciem acutam, quo utitur, quū vel cauo scalpri os excidens, vel forcipe, quod valdè comminutum est attollens, aut cōuertens, aditum facit, per quem lenticula immittatur: hanc enim super cerebri membranam collocat, sic, vt latâ sui parte ipsam attingat: deinde malleolo scalprium ferit, quo fit, vt membrana inuiolata seruetur, cūm protegatur à lenticulâ, quæ in excidendo præit, & membranam, sicubi adhæret, ab osse innocenter resoluit: acies verò scalpri, quam esse in longitudinem diximus, ipsam insequitur. Hanc excidendi rationem Galenus præter cæteras
- 10 approbavit, vt quæ celerrimè effectum præstet, idque sine vllâ membranæ cerebri noxâ.

Scalper in imo lenticulam repræsentans.






Qui ante Galeni tempora fuerunt, vt membranam ab angulo scalpri tue-  
rentur, *μανιγγοφύλακα*, id est, laminam custodem membranæ demittebant: hæc  
autem à Galeno in commentarijs de officinâ medici, chirurgicis instrumen-  
tis annumeratur, quâ etiam vtitur in corporibus incidendis, vt, quum costam  
secat, eius mēbranam intactam relinquat. Hæc (vt inquit Celsus) lamina ænea  
est, firma, paulū resima ab exteriori parte leuis, quæ demittitur, sic, vt exterior  
pars eius cerebro propior sit, subinde autem ei subijcitur, quod scalpro discuti-  
endum est: ac si excipit eius angulum, vltro transire non patitur, eoque &  
audaciùs & tutiùs scalprum malleolo subinde medicus ferit, donec excisum  
vndique os eadē laminâ leuetur, tolliq̃, sine vllâ noxâ cerebri potest: hæc etiam  
attollitur quicquid deorsum insedit. Simile quoddā ferramentum habent no-  
stri chirurgi, quem vectem dicunt, cum eo attollant os, quod ferè totum exci-  
sum est, & iam labat, non secus, quàm grandiores lapides vectibus impellun-  
tur: quanquam eodem ferramento cerebri membranam custodiant. est enim  
lamina ferrea angustior, ab eâ parte, quâ os tangit, aspera, ab alterâ leuis, nō re-  
cta, sed media duobus locis recuruata.

Vectis, quo recentiores membra-  
nam tuentur, & os attollunt.

Lamina custos membranæ.




## DE VVLNERIBVS CAP.

129

- 1 Haftenus omnia ferramentorū genera proposuimus, quæ ad caluariæ fracturas, & à veteribus scripta inueniuntur, & à nostris chirurgicis frequentatur. Restant solum illi scalpri excisorij, qui oppositi nuncupantur, quibus detrahit Paulus Aegineta caluariæ os grauitè fractum, iisdē Galenus in octauo de ratione corporis incidendi, præcidi costas iubet. Hos igitur scalpros inter se oppositos, non aliud esse cēseō, quàm forcem, quā fabri, vel æs, vel aliud tale excidunt. cōstat enim duobus ferramentis oblongis fibulā paulò supra medium sic inter se connexis, vt alterum adduci ad alterum possit, & rursus reduci, hæc superiori parte lateſcunt, quā aciem aduersam habent, itā, vt vnus acies contra aciem alterius sita sit. Scalpros igitur oppositos non aliud fuisse, quàm istiusmodi forcem opinamur.


Scalpri oppositi, siue forfex excisoria.



- 1 Forceps autem, quæ ad euellendum ossa, vel dentes accommodatur, similiter ferramenta duo habet oblonga, fibulā paulò supra medium, inter se connexa, sic, vt æquè inuicem adduci & reduci queant. quò magis autem versus

summitatem feruntur, eo tenuiora sunt, utrūque ab interiori parte in summo  
quosdam processus habet, & quosdam sinus, itā, vt vnus processus cauo alte-  
rius respondeat. quo fit, vt, quum aliquid prehenderint, arctè ipsum teneant.

Forceps ad euellendum ossa pertinens.



Poterant plura alia de ferramētis adduci, sed ijs contēti esse volumus, quæ  
ad hanc rem maximè pertinebant. Paucis autem ad hæc additis, iam finem fa-  
ciamus. Nolim mireris, si, quæ à nobis tractata sunt, subinde Cornelij Celsi  
auctoritate comprobantur. quoniam in primis chirurgiā excoluit, in quā per-  
multa sunt, quæ sine eo vix assequi liceret.

FINIS LIBRI HIPPOCRATIS DE  
VVLNERIBVS CAPITIS CVM  
EXPOSITIONE VIDII

Galen



# 1 Galeni in Hippocratem de fractu- RIS, COMMENTARIUS PRIMVS. VIDO VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.



Cire licet, antequàm singula exponamus, posse expositione omnem, quæcunque in opere obscura sunt, aperire. aliquid autem ex ijs, quæ scripta sunt, vel vt verum demonstrare, vel vt falsum refellere, tutariq; si quid à canillatore quopiã reprehensum fuerit, præter expositoris officium est, consuevit tamen fieri ab omnibus ferè, qui libros exponunt. quam rem ab

expositore modicè attingi me hercle nihil prohibet: sed certare de auctoris sententijs absolutè, expositoris fines excedit. Hoc igitur, nō illud respiciēs, ubique ijs, quæ verè expositiones sunt, pauca ad cōfirmanda, quæ proponūtur, adiciam. Verūm, quū duplex sit huius expositionis differentia: quādoquidem & id ipsum, quod obscurum est, duplex est, de hoc quoque aliquid præfari expeditus arbitror. quod paucis explicabo, quasi quoddam compēdium faciens eorum, quæ in libro de expositione seorsum latius enarraui. ibi enim ostendi aliud reuera obscurū esse, aliud ob id præcipuè, quod multa sunt auditorū genera, vt sermone eruditi sunt & exercitati, vel omnino rudes: tū vt naturā perspicaces sunt, & prudentes, vel hebetes, & imprudentes. Ac, ne longius exēplā petamus, in hoc proposito libro de fracturis, vbi Hippocrates inquit [Dicens ergo est ē medicorum erroribus, quos docere volo, quosque dedocere] verba per se obscura sunt, quū minimè existimemus quosdam esse errores, quos docere conueniat. Huiusmodi etiam illud est [Præterea articulus itā extēsus recuratur in hoc habitu] intento enim brachio curuari inquit cubiti iūcturam, videtur autem, & hoc absurdum, id curuari dicere, quod rectum est. Item, quod inquit [Nam si itā collocetur inum caput humeri, quod cardinis modò in cubiti sinum conijcitur, efficit, vt brachij, atque humeri ossa dirigā-  
tur, quasi totum vnum sit] sed, si quis viderit, quale vtrunque os sit, de quo agitur, nullam habet obscuritatem. iure autem verba existimabit obscura, quā naturam cubiti iūcturæ ignoret. Ego, quoniām plarique eorum, qui librū hunc legunt, in incidendis corporibus minimè sunt versati, melius duxi omnia huius generis explicare: quæ verò talia non sunt præterire, adhuc de his illud præfatus ijs, qui librū hūc lecturi sunt, vt si quā ex verbis à me expositis obscura ipsis aliquo modo videantur, ante omnia spectent, num quid mendī sit in suo libro, cum exemplaribus fide dignis illū conferentes, examinātesq;: tum si rectè habere visus fuerit, eadem verba attentè iterum, & tertio legāt. ego verò, quū præsens præsentī librum aperio, ad vnguem conijcere possum expositionis modum, ubique addiscētis ingenium inspiciens: at cum omnibus scribo, nec quid maximè, nec quid minimè idoneū exigat, conijcio: nam illud plarisque obscurum est, hoc iniquo animo ferunt, qui in rebus claris immorantur. Optimum igitur censeo, quid mediocre ingenium postulet, conijcere, atque, vbi non succedit, magis ad id spectare, quod præstantius est: neq; enim commentarios legendos puto, quibus ingenium est inferius mediocri, quibus cum benè agitur, si postquàm eadem sapiūs de doctoribus audierunt alijs atque alijs verbis exposita percipiunt.

Medicum oportet, quæ suo loco mota sunt, & fracta, recto admodum statu intendere.

Nonnullæ orationes, & si nihil doceant, quod magni momenti sit, tamen expositionis particulæ censentur, quales sunt, quæ scripturæ varietatē notant. cuiusmodi quidpiam nunc videmus in propositâ oratione, quæ ab alijs scribitur [medicum oportet] ab alijs absq; primis verbis [medicum oportet] Atticis enim hoc prorsus est vlitatum, quorū linguam Hippocrates aliquantum vsurpat, ita vt eius sermo à nonnullis priscus atticus existimetur. Nos autem in alio paruo libello, quid de sermone Hippocratis iudicemus, seorsum demonstramus. Nūc explanationis initio satis est admonere omnia hæc à me prætermittenda, quū propositæ materiæ necessariae partes non sunt, & expositionem reddant nimis longam [quæ suo loco mota sunt, & fracta, recto admodū statu intendere] appellat autē, cum ossa citra fracturā suo loco mouentur, non solum *ἐκ τῶσδε, & ἐκ τῶν αὐτῶν*, sed etiā *ἐκ τῶν παλαιῶν, & ἐκ τῶν νεωτέρων*. Quod ad fracturas pertinet, id animaduertendū est Hippocratē, vt sæpius *κατάγματα*, rarò *ἄγχι* nuncupet, eo vocabulo, quod rariùs vsurpauit, hoc opus inscripsisse: quo fit, vt nonnulli velint non seiunxisse hoc Hippocratem ab opere, quod inscribitur [de articulis] sed vtrunq; in vnum contulisse: diuissum verò fuisse postea in duo præ magnitudine, atq; vbi in vnum ambo cōuenerāt, inscriptū fuisse [de officinā medici]. Quam rem malè conantur testimonio firmare asserentes scriptum fuisse librum vnum de officinā medici, ab homine antiquo primo Hippocrate, qui patrem habuit Gnosidicum: libellū verò, quem nunc ita inscriptum habemus, compositū nō fuisse à magno illo Hippocrate, qui maximus inter græcos habitus est, auctor ac medicus. Sed quia in his duobus operibus tractatur de ijs, quæ in officinā medici sūt, idcirco aiūt inscripta fuisse [de officinā medici] atq; eā de causā hīc etiam exquisitum ordinē in docēdo non seruari. ipsum enim in hoc opere de fracturis mentionē fecisse de articulis quibusdā luxatis, atq; operi, quod sequitur de articulis, non pauca de fracturis inseruisse. Verū quibus placet opera hæc, non ab aliquo seiuncta, sed à principio duo composita fuisse, ab ijs, circa quæ magis versantur, inuenisse inscriptionem affirmant. ita enim opinantur ipsi inscripta fuisse, atq; inde initio sermonis accepto longiùs labuntur, ostēdentes pluraque ex operibus Hippocratis hāc ratione inscribi. Equidem in vnum ne contulerit Hippocrates ambo hæc opera, an non, dicere non habeo: procedente autem sermone ostēsurum me polliceor fracturas, & ea luxata, quæ tractantur in hoc opere, doctrinæ cognationem inter se habere, atq; item luxata, & eas fracturas, quæ in opere de articulis. At quamobrem in propositis nunc verbis [quæ suo loco mota sunt, & fracta] orationis ordinem permutet: scripsisse enim debuit [quæ fracta sunt, & suo loco mota] eo quod antè de fracturis tractet. possum vnam duntaxat causam reddere, hoc pacto. sapiissimè videre licet Hippocratē, & ex maioribus eos, qui eloquētissimi sunt, hunc enuncianti modum vsurpasse. Fortasse igitur non ordinem dicendorum, sed ordinis concentum attenderūt, vel adeo exquisitum ordinem in huiusmodi orationibus neglexerunt. [recto admodum statu intendere]. Membra, quæ luxata sunt, aut fracta, dum intenduntur, præcipit recto admodum habitu figurari. sed quā de causā intēdi debeant, hīc omittit: de modo, quo collocari membrum conueniat, dum intētio adhibetur, latius pertractat. cum possit in opere rem ipsam docens, nihil de his, qui secus sentirent, meminisse.

Atqui



## COMMENT. I.

133

1 Atqui non in hac oratione tantum, sed in cæteris omnibus ignorare non oportet, orationum aliâ summam rem proferri, atque hæc omnium breuissima est: aliâ huic maximè contrariâ rem plenè explicari, in quâ nihil omnino præmittitur, quod vtiliter dici potuisse videatur: reliquas verò omnes his interiectas esse, & alias ad breuissimam, alias ad longissimam propius accedere, sicut alias rursus paulum à mediâ distare. vtriusque autem generis legere singulas debes pro arbitrio, atque ocio: eos autem nullo modo accusare, qui, vel quòd breues esse laborent, obscuro fiunt: vel, quòd orationis perspicuitati studeant, longius labuntur. illis enim dare legem non cõuenit, præfer-

10 tim, quum nihil sit profutura, sed accipere ab vnoquoque, quod sibi vtile sit, cum eo, vt intelligas docendi propositum non esse idẽ in omnibus libris. verbi gratiâ, in his duobus de fracturis, & de articulis, plenè scribit: summam verò in eo, qui, quum de impellendis ossibus tractet, *μοχλῆς* inscribitur, vbi, quod ad res pertinet, idem agit. Est autem plenè explicandi ratio ad perspicuitatem maximè accommodata: compediaria verò ad memoriam. huius rei, quam semel indicaui, vbiq; memento. Sed iam pergimus ad ea, quæ traduntur, diligenter animus aduertito. Ipse ergo in sequentibus causam inquiret, cur, siue fractum os componendum, siue luxatũ in suam sedem collocandum sit, antè opus

20 vt plenè exponam: ad quod plurimum cõferre orationis ordinem, quum nullam controuersiam recipiat, nihil est, quod demonstramus: sicut nec ab ijs, qui quidpiam exponunt perspicuitatis gratiâ, non solum ordinem, sed modum singularum omnium orationum attendendum esse. nullâ enim aliâ de causâ expositionem scribimus. In opere igitur de motu musculorum ostendimus maximè proprium esse musculorum, si ad reliquas corporis partes referantur, si ad seipsos, maximè commune ad exemplũ lori, chordæ, aut funis, in seipsos contrahi. nam, sicut hæc distenduntur, vbi eorum extremaprehendentes in diuersa diducimus, & vbi sinimus, ponimusque, contrahuntur, ita muscoli ossibus vtrâque extremitate innexi coniunctionẽ habent ijs, quæ manu prehen-

30 duntur, respondentem, ab ipsis autem in contrarias partes attracti medij inter extremas partes, hoc est, suo corpore vniuerso intenduntur. quâ de causâ, vbi eorum fibræ omnes transuersæ præciduntur, partes plurimum inter se recedunt, vna quidem sursum ad totum musculi initium, altera verò deorsum ad extremum, quâ parte post articulum cum altero membri osse coniungitur. Idcirco, vbi integro musculo articulus suo loco moueatur, finis musculi iunctus illi parti, in quâ os excidit, vt potè, qui totus ad suum initium contrahatur, secum attrahit partem membri, cum quâ coniungitur, hoc est, caput ossis, quod in recessum inferitur, quo contracto vnâ contrahitur totum os. in quo casu accidit, vt caput eius ossis, quod in commissurâ subiectum est, pristinâ sede sub-

40 limiùs collocetur. quare nullo modo restitui in suum locum potest, priusquam toto membro intento eatenus deorsum compellatur, quatenus sursum præter naturam venit. Hæc itaque de causâ ossa, quæ prociderunt, prius intendenda sunt. quod autem comminuta quoque ossa intendi debeant, vel ex eo potissimum colligitur, quòd sicut in luxatis restituendum est, quod erupit, ita in ijs, quæ fracta sunt, quod affectum est, componi debet, sic, vt comminuti membri extrema se tangant. est enim fractura perpetui ossis abruptio, perinde, atq; vlcus carnis. vtrumq; autem tunc ex toto restituitur, cum ad pristinam vnitatem

i iij

fractura in osse hęc, *διεσπασμένη*  
 in carnea parte interduci ex vulne-  
 ratione & ea cõtrahitur: & diuiter vultus  
 suauitatis, ab humeris acromiis & distatur  
 vltus. & cõpistitur dicit Gal. lib. 3. cap. 1.  
 libro cetero lib. meli. 4. cap. 1.



id actum est. quod fieri non potest, nisi fracti ossis partes è regione collocetur, 1  
 quæ curatio græcè *διὰ τὴν θέσιν* dicitur. Itaq; si levis fractura fuerit, vtraq; lassi ossis  
 pars suo loco manet: sin os penitus perfringatur, necesse est partes inter se ce-  
 dere, hæc, vt puta in priorem, illâ in posteriorem regionem veniente, atq; aliâ  
 in dexteram, aliâ in sinistram. Quamobrè ambabus manibus, vtrinque mem-  
 brumprehendentes, quod in priorem partem erupit, retrò cogimus: quod in  
 posteriorem, compellimus in priorem: quod in sinistram excidit, in dexteram  
 trudimus: quod in hanc prolapsus est, in contrariam repellimus, ita, vt om-  
 nes comminuti ossis partes per manus componentis in contrarias partes vr- 10  
 geantur. Dum hæc itaque fiunt, periculum est, ne aliquæ fracti ossis eminen-  
 tiæ confringantur. non enim redditur ex toto leue vtrunque ossis extremum,  
 perinde quasi sectum sit ferrâ gladium referente: nam quæ dentata est, &  
 ipsa exasperat. Quare fracti ossis partes in diuersa, partim sursum versus, par-  
 tim deorsum deducentes, ad componendam fracturam venimus, cauentes, ne,  
 dum coniunguntur partes ossis, quarum altera super alteram excessit, aliqua  
 ipsorum eminentiæ perfringantur. quod penitus assequemur, vbi ossa *ἐν γὰρ ἑ-*  
*κατέρωθεν*, id est, condâtur, vnum scilicet sub altero. eo enim vocabulo vtitur Hip-  
 pocrates, vbi fracti ossis partes in suum locum reponuntur. Ergo, vt, quæ re-  
 cesserunt, iungantur, necesse est alteram partem sursum, alteram deorsum at- 20  
 trahere. quod iam omnes medici faciunt, rem interdum solis ministrorum  
 manibus committentes, interdum laqueos iniicientes, vbi maiori vi opus sit,  
 in diuersa contendere. Ostendimus autem tam in fractorum, quàm in luxa-  
 torum ossium curatione, principio intendendum esse: adhibendam verò in-  
 tentionem hanc membro non temerè figurato, deinceps dicemus, atque illud  
 in primis, quùm in fracturæ curatione quatuor agere debeamus, intendere,  
 componere, alligare, & continere, eundem habitum omnium esse cõmunem  
 oportere. componimus quidem, dum intendimus: vbi composuimus, proti-  
 nus alligare cõuenit, saluo eodem membri habitu, quo compositum est: quem  
 rursus seruare decet, vbi continetur: nam, si moueatur, vinculum quadâ par-  
 te laxiores habebit circuitus, quâdam arctiores. laxiores, quùm ossa moueri 30  
 patiantur, quod compositum est, corrumpent: arctiores, quùm dolori sint,  
 inflammationem excitabunt. Quatuor igitur, quæ agenda diximus, commu-  
 nem habitum requirere demonstratum est. consideremus posthac, quid in-  
 tuiti, hunc habitum inueniamus. Porro, quùm membrum intèditur, ille opti-  
 mus est, sub quo nõ magnâ vi separata ossa in diuersa diducuntur: quùm con-  
 tinetur, ille, qui minimè lædit. vtrunq; præstat, qui ita figurat, vt musculorum  
 fibræ directæ intendantur. directæ autem intenduntur, quùm ab imâ membri  
 parte vniuersus musculus collocatur: nam, si musculus, qui suum initium habet à  
 parte interiori, ita collocetur, vt medius ab interiori parte mēbri, extremus ab  
 exteriori, vel sic, vt medius à superiori, extremus ab interiori situs sit, hoc pa- 40  
 cto circa membrum in cochleam serpens magnam vim requirit, cùm intendi-  
 tur. Itaque, si hoc modo figuratum musculum extendas, dum fracti ossis partes  
 abundè diducantur, vehementer dolebit, magno cum periculo, ne conuellat-  
 ur. constat enim intètionis vi conuulsos interdū musculos fuisse. Quare eun-  
 dem esse habitum cõstat, qui minimè lædit, & qui musculos nullo modo peruer-  
 sos continet: quod apertè Hippocrates expressit, volens brachium cubito tan-  
 tum inniti non ex toto curuatū, aut extentū, sed in medio inter hæc collocatū.  
 Quem

quatuor vniuersi agendi m. fr. 1  
 vtræ ossis curatione



quem habitum habere voluit  
 et Hipp. voluit brachium  
 curuare expressit.

1 Quem habitum ipse docuit optimum esse, primò, quòd cubiti os longius est  
radij sede, ipsùmque firmiter sustinet: deinde, quia musculi, qui oriuntur ab in-  
teriori tuberculo humeri, extrema habet ab interiori parte totius brachij: qui  
ab exteriori incipiunt, ab exteriori finiuntur. Cuius autem musculi initium, &  
finis ab interiori parte sunt totius brachij, huius & reliquæ omnes partes, &  
propterea totus ipse musculus. Similiter cuius extrema ab exteriori parte sunt,  
& ipse totus ab exteriori parte est totius membri. Quin & experimentum indi-  
cat hunc habitum minimè ledere. Ex duobus verò, quibus hic interijcitur, su-  
pinus musculos plurimum peruertit, & vehementem dolorem mouet, pronus  
10 minùs peruertit, minùsque dolori est. Habes de brachio figurando summatim  
omnia, quæ latius deinceps Hippocrates docebit, eâ oratione usus, quæ perfe-  
ctè planèque rem exponit, ita, ut paucis omnino opus sit ad ea exponenda, ijs  
præsertim, qui imbuti sunt puerilibus disciplinis, vel de doctore librū audie-  
runt, quibus sanè commentaria scribuntur.

EA siquidem est natura iustissima.

Quasi dixit maximè conueniens. nam, ubi, quod cōuenit vnicuique,  
feruatur, res iustè habet, atque administratur. Quid autè corpori cōueniat, præ-  
ter id, quod secundum naturam est, haud facile intelligitur. ergo cum singulis  
partibus conueniens inest figura, color, & magnitudo, optimè habent.

20 Sed, si in hanc, vel illam partem declinatur, in pronum habitum peccetur.  
Sleuius enim peccatum est, quàm si in supinum.

Duos habitus posuit, supinum & pronum, qui & ad vniuersum corpus re-  
feruntur, & ad vnā ipsius partem, nempe brachium. Totū igitur corpus pro-  
num dicimus iacere, ubi deorsum venter spectat, dorsum verò in superiorem  
partem: cōtra supinum, ubi sursum venter, in inferiorē partem dorsum. Quos  
habitus cōmemorās loquuturum se de brachio indicauit, quum nequeat cor-  
pus totum frangi, aut excidere. Sed causam, cur præstet in pronū declinare, quā  
in supinum, ubi quis deceptus rectū non assequatur, ipse in sequētibus aperiet.

30 Vi nihil capiunt consilij, plarūque nihil errant. Ipse enim, qui deligatur,  
sic iustā naturā coactus brachium porrigit.

Medici, inquit, qui ante naturalem brachij habitum, nihil attendunt, plarū-  
runque melius curant, quàm qui malè ratiocinantur. Idiota enim, qui alligan-  
dus est, medico brachium porrigit figuratum, quemadmodum minimè læ-  
dat, instructus à naturā, quam nunc iustam dixit. Quippe, quæ generationis  
initio, & postea in totā vitā degendā *δικαίον*, id est, conuenientē singulis parti-  
bus habitum inuenit. [Ipse enim, qui deligatur brachiū porrigit] vocabulum  
porrigit, *ἀπορῆγει* dixit, quod nonnulli accipiunt pro *ὑπέγει*, id est, porrigit me-  
dico, nonnulli pro *ἀποκαλύπτει*, hoc est, non permittit, ut medicus indoctior mē-  
brum in contrarium cōuertat. omnes enim homines naturā singulas partes fi-  
40 gurant, quemadmodum minimè lædant: quem habitum indicat Hippocrates  
esse maximè rectum. Porrigūt igitur ægri seipso ita figuratos: atque ægrè fe-  
runt, ubi aliter à medicis collocentur, renitunturque, atque ob dolorem ducēti  
non parēt. hoc autè volunt Hippocratem significasse verbo *ἀπορῆγει*. Sed vtro-  
uis modo acceperit, res eadē manet. nam idiotæ, quum ita brachiū collocent,  
quemadmodū minimè lædat, præstantiores sunt medicis, qui, cum sibi sapien-  
tes videantur, malè hoc figurāt. Sūt & qui ad vtrumque id referāt [sic à iustā na-  
turā coactus brachiū porrigit]. Sed cum propōsita res seruetur, quomodo cūque;



verbum id accipiatur, superuacaneū est in ijs ampliū insistere, inutilia enim sunt, & inuētū facilia, quæ ambiguis verbis tradūtur. Quare illi omittēda sunt, qui tēpori parciūt, quū in ijs, quæ vtilia sunt, id consumere magis conueniat.

» Sophistæ autē medici vtique sunt, qui peccant: porrò brachium fractū non magno negotio pertractatur, idque (vt itā dicam) cuius medico facilē est.

Sophistas intelligit eos, qui sapiētē aliquid sibi inuenisse videntur: erratēs tamen, atque idcirco non obseruantes, quod rectē omnes idiotæ cognouerūt.

» QVem locum cogor latiū explicare, quoniam medicos vidi, qui, cū deligarent, sapientes habiti sunt à brachio figurando, vndē par fuit videri ignaros. Multa enim alia, quæ sunt huius artis, itā iudicātur. Nā, quod nouum est, quāuis nondum constet, vtrum sit vtile, anteponunt ei, quod consuetū est, quod iam sciunt vtile esse, atq; id, quod alienum est, ei, quod receptum.

Ipsēmet tibi ostendit in sequentibus, quæ omnia obscura sunt, cur sermōē de figurando brachio dilatauit, quāquā locus per se, nec difficilis est, neē itā multa verba desiderat, ex quo protinus causam inuenies, quamobrē in ijs, quæ tradidit, ordinē omnino exquisitū non seruauit. quisq; enim prius de eo, quod magis vrget, verba facit. Ergo, qui à medici eius sæculi pro comperto habebāt ad omnem, tam comminuti, quā prolapsi ossis curationem intentione opus esse, sed ignorabant, quinam habitus secundum naturam esset, idcirco de hoc in primis egit. Ac inultō adhuc magis, quia medici quidē optimo deterimum habitū antepponentes, prauis rationibus eam rem sibi ipsis, atq; alijs persuadebant. Quōd si ignari omnino fuissent, oportebat verū ipsos docere. at, cū nō solum ignari essent, sed etiam cognitionem sibi vendicārēt, necesse fuit Hippocratē id primò cōuellere, deinde animum iam purū verā scientiā instituire.

» D<sup>icendum</sup> igitur est ē medicorum erroribus, quos docere volo, quosque dedocere de brachij naturā.

Dedocere vult ea, quæ medici non putant vitio danda, quū tamen vitia sint: docere quæ putant vitia, quū non sint.

» E<sup>tenim</sup>, quod hāc ratione traditur, ad alia quoque ossa corporis pertinet. Non iniuriā dicit orationem hanc ad alia quoque ossa sanāda pertinere. ea enim ad quæ spectantes, inuenire naturalem vniuscuiusque habitum cōueniat, omnium communia sunt. duo autem sunt (vt suprà indicauimus) nēpē vt dolorem eitemus, & rectum statum tueamur, illud experimento comperitur: hoc partium quoque situ, quem corporibus incidendis comparamus.

» E<sup>rgo</sup> brachium, de quo sermo est, quidam vincendum dedit pronū: hic autē cōēgit collocari modo sagittariorum, quū humeri caput conijciūt: atque itā deuinxit existimans hunc esse naturalem eius habitum. quam rem eo argumento comprobauit, quōd ossa omnia, quæ in cubito sunt, inter se dirigantur, tum superiectæ partes æquentur, quōd etiā tam exteriores, quā interiores inter se directē collocentur. ita enim inquit & carnē, & neruos naturaliter sitos esse. sagittarios præterea testes adduxit. his autem dicendis, præstantisq; sapiens habebatur. Aliarum verò artium immemor erat, quæcūque vi, aut artificio quidpiam moliantur, nesciens alium alibi esse habitū naturalem. Quin & in eodē opere, alius erit dextræ, exempli causā, alius sinistræ habitus naturalis. Aliter enim brachium naturaliter figurant iaculantes, aliter funditores, aliter rursus, qui lapides conijciunt, aliter pugiles, aliter, qui in ocio sunt. Quotquot enim artes reperiri possunt, singulę, naturaliter brachia requirunt,

non



- 1 „ non eodem modo figurata, sed ad instrumentum, quo in singulis vtendum,  
 „ & ad opus, quod efficiendum est, accommodata.

De his quoque semel aliquando meminisse oportet, quam rem nos minimè præteribimus. Quidā ex his medicis, qui sapientes habentur, proposita verba [Ergo brachium de quo sermo] tanquam mendosa iure suo corrigens græcè ita scripsit [τὴν οὖν χεῖρα ποδὶ ἥς ὁ λόγος ἦν] adiecto verbo ἦν, hoc est [erat] suā nobis ostentans disciplinam, quā fuerat à grammaticis, rhetoribúsque eruditus, ita, vt ignoraret modum præcisè loquēdi omnibus antiquis vsitatum. Erit autem plena oratio, si perficiatur hoc modo [Ergo brachium, de quo sermo erat, quidam vinciendum dedit pronum] Idiotæ plarūque medicis brachium porrigunt conueniēter figuratum, sed horum quidam nimium curiosi ab eo proposito recedentes, quod spectari naturaliter debet (id autem fuit doloris carētia) pronum habitum eligunt, vt potè, quem commodiorem existimēt. nullus tamē idiota medico brachium porrigit resupinatum. multum enim abest hic habitus ab eo, qui minimè lædit. nonnulli autem medici, & ob inscitiam, & vt sapientes videantur, ipsum interdum admittunt, atque eā de causā sagittariorum exemplo brachium vniuersum collocant, quidam penitus resupinatum, quidam non multum ab huiusmodi habitu recedens. Peccāt igitur, nō modò in hanc partem, sed quòd extētum figurent. quos Hippocrates prodidit eā ratione moueri, quòd vbi totū brachium sagittariorum exemplo figuretur, ossa diriguntur, & totius brachij superiectæ cutis partes æquantur. sed hæc valdè probabilia sunt, & se vicissim cōsequuntur: illud reuera non sic habet, carnem & nervos eo habitu, perinde, atque ossa in recto situ omnibus partibus seruari: quod si ita res haberet, non modò probabiliter, sed firmissimè demonstrarent huiusmodi habitum naturalem esse. Verum hæc tolerabilia sunt. trāsferre autem huc sagittariorum exemplum, existimari debet prorsus fatuum, fati-  
 usq; fuit eos ab Hippocrate nullo modo cōmemorari, quā acerrimè refelli. nam, quæ prorsus stulta sunt, deridenda magis sunt, quā à scriptoribus confutanda: non tamen prohibeo, quo minùs, dum viuentes agunt, redarguātur:  
 30 ac præsertim, vbi, qui hæc nugatur, audientibus persuadet, vt sibi ipsi hominis curationem committant. Fit etiā interdum, vt nos quoque in scribendo stultis opinionibus contradicamus, vbi multos videmus illis credere, quasi veræ sint: quod nunc accidit Hippocrati, qui nihil esse commune sagittarijs, & vinciētibús ostendit. Quæ verò afferuntur de ossibus, nervis, & carne recto statu collocandis, quamuis nullum per hæc fuisset Hippocrates reprehensurus, per se necessaria fuerant ad optimum habitum inueniēdum, cuius caput est, si argumentum ex signo colligamus, doloris carētia. id enim neque ipsos idiotas la-  
 tet: verum, si rei causam, naturamque spectemus, rectus partiū status, qui idiotis non item patet, sed illis duntaxat, qui incidendis corporibus operam de-  
 40 derunt. Quæ ab Hippocrate subiiciuntur, maximā ex parte plana sunt, nec quidquā habent, quod in quæstionem vocetur. quare vniuersa hæc mihi prætereunda, quod non accidit ijs, qui librum legunt, quibus longiori tēpore sunt consideranda. Quod inquit [Hic autem cōgēgit ipsum collocari modo sagittariorum, cū humeri caput coniiciunt] obscurum est, & incertum. quocirca nonnulli verbū [coniiciunt] quod dixit ἐμβάλλων. propterea scriptū ab Hippocrate existimāt, quòd extento brachio humeri caput in sinum ceruicis, quæ in lato scapularum ossē est, coniiciatur, in quem antea non coniiciebatur, cū

brachium demissum erat. tunc enim iuxta erat duntaxat, & cōtingebat: quam rem his verbis expressit [Versatur humerus in lato scapularum osse trāsuerfus, vbi brachium iuxta latus extenditur]. Censent alij ἐμβάλασιν dixisse Hippocratem translatione vsū à nauium impetu, ἐμβολῇ græcè dicitur, vbi datur opera, vt naues hostium mergantur, quādocunq; signo dato prora aptatur ad nauem alteram perfringendam, potissimum à latere, totāque dissoluendam, ac submergendam, tunc quasi paratū esse ad ἐμβολήν, id est, ad impetum faciendum aiunt. Item apud comicos porrecta membra dicūtur ad ἐμβολήν, id est, ad impetum faciendum parata: quod Aristophanes ostendit, quū inquit, χαρὰ ἐπὶ γράμμῃ λόρδος ὡς ἐμβαλῇ, id est, recta accedit incuruus, quasi ad impetum faciendum paratus. Quæ subdit omnia, si animaduertantur manifesta sunt, vsque dum inquit.

» IN sagittarijs par est hunc alterius brachij habitum optimum esse: nam si ita  
» collocetur, imum humeri caput, quod cardinis modo in sinum cubiti cōijci-  
» tur, efficit, vt brachij, atque humeri ossa dirigantur, quasi totum vnum sit.

Scribit nunc aduersus eos, qui vniuersum brachium intentum deuinciunt, sicuti sagittarij sinistrum continent. Ait enim ad id agendum iure opus fuisse brachio extento, quū neruus dextrā tenditur versus partem posteriorem: totus verò arcus in eadem regione cōtinetur à sinistrā, ne in alteram partem inclinetur. Nam si neruus dextrā validè in posteriorem partem intentus totū arcum secum adducat, ductio sagittæ in posteriorem partem impeditur, vt quæ debeat à valido neruo cōtentōque emitti. Ergo, quantum ex vltimā cōtētiōne remittitur, tantū demitur de emissionē sagittæ, quod, quū in confesso sit, Hippocrates causam adiūgit huiusmodi. [Nam si ita collocetur imum humeri caput, quod cardinis modo in sinū cubiti cōijcitur, efficit, vt humeri atq; brachij ossa dirigantur, & brachium totum sine inclinatione seruetur.] vocat autē γγγλυμοειδὲς imū caput humeri, quod cardinis modo cum cubito committitur. quandoquidem cardines (græcè γγγλυμοί) & quosdā sinus habent, & quosdam processus, sinibus recipiunt eorum, cum quibus committuntur, processus: processibus in ipsorum sinus inserūtur. Similiter imum caput humeri in gibbum ambitum desinens duo à lateribus tubercula exigit, vnde similitudo trochleæ fit. hæret autem huiusmodi ambitu trochleam referente in sinibus cubiti. Extremus hic ambitus, & à priori, & à posteriori parte cauum habet, in vtroq; se insinuant cubiti processus rostro similes. Siquidem cubiti caput superius. C. literam refert. quā, cum humero committitur, accipitque humeri ambitum, qui trochleam refert, ferè totum, vbi brachium sic collocatur, vt cubitus, atque humerus rectum angulum ostendant. At rursus, vbi humero quiescente, cubitus circa gibbum eius ambitum moueatur, si in priora feratur, cubiti commissuram flectit: si in posteriora, tendit. in maximo quidem flexu prior cubiti processus in humeri cauum, quod à priori parte est, conijcitur: in extensione posterior processus in posterius cauum, quod, quū maius sit, maiorem processum accipit. quare plurimum extendere, & curuare totum brachiū possumus: quod nullo modo contingeret, si nullum cauum in humero fuisset. Quū huiusmodi ergo sit cubiti iunctura, vbi totum brachium ad rectum angulum figuretur, ita, vt humerus & cubitus rectum angulū ostendant (quem habitum Hippocrates solitus est appellare ἐγγύσιον) ambitus trochleam referens medius hæret cauo cubiti, quod. C. literam repræsentat. At vbi totum brachium extenditur



1 datur, cubitus in posteriorē partē fertur, & processus, qui ab eā parte est, motui præest: cessat autem, quiescitq; quū primū ad humeri cauum, quod eā parte est, peruenit. Quo fit, vt cōmissura extēdatur, & imum humeri caput, cardinis modo, sinu cubiti innitatur. vocat autem Hippocrates *καλυσίδα*, non modò humeri sinum, sed cæteros omnes, in quibus recipiuntur ossium processus.

» P Raterē articulus itā extensus recuruatur. ergo verisimile est sic eū locum  
 » minimē flecti, maximeq; intendi, neq; à neruo, quem dextra tendit supe-  
 » rari, neque illi cedere: ad hæc neruum ipsum plurimum adduci. Quo fit, vt sa-  
 » gittæ à validâ, subitâque vi emittantur. quæ autem sic emittuntur, maiori im-  
 10 petu celerius feruntur, longiusq; sed vincientis & sagittarij nihil commune.

Ex modis, quibus brachium figuratur, extēsis flexui contraria est, supinum habitus prono. hi ergo extremi sunt, & quasi quatuor habituum excessus: duo alij medij sunt: vnus quidem inter extremum flexum & extensionem, quem Hippocrates (vt dixi) *ἐκ δυνου* appellat: alter inter pronum & supinum, sub quo ait cubitum radio subijci. Igitur, sicut hūc iustum & rectum dicit, sic etiam il- lum, qui *ἐκ δυνου* dicitur, sub quo humerus cum cubito ad rectum angulū collo- catur. quod si hic habitus rectus est, sequitur, vt, vbi brachium extenditur, non debeat rectus appellari. si rectus nō sit, certē erit in exteriorem partem recur- uatus: quemadmodum, si in posteriorem partē itā recuruetur os cubiti, vt cum  
 20 humero angulum ostendat, quod iam nonnullis accidisse perspectum est, qui- bus necesse est posterius humeri cauum altum esse, in quod se inserit posterior cubiti processus. Quod si huiusmodi cauum nobis omnibus altissimum esset, flectere in posteriorem partem brachium possemus, vt dixi de his, quibus ali- quantulum id licet vtpotē qui posterius cauum non secundum naturam pe- nitus habeant, sed nimis sinuatum.

» Q Vi brachiū deligat, vbi sic figuratum contineatur, multa alia affert mala  
 » grauiora, q̃ vulnus. nam, si curuari brachiū imperet, non ossa, non nerui,  
 » non carō eundē habitū seruabunt, sed vinculis cedentibus in aliā atq; aliā par-  
 » tem mouebūtur. Ecquid opus est sagittariorū habitu? quā in re nullus fortassis  
 30 error fuisset, si sophista pmisisset, vt homo ipse vulneratū brachiū porrigeret.

Qui intentum brachiū deuincit omnino (inquit) vel itā contineri iubet, vel curuari sinit: vtrumuis fecerit, ægrotantem lædit. nam, si in eodē habitu cōti- neatur, dolor assidue vrget: sin aliter figuretur, deprauatur brachiū sub vincu- lo, quod eo spectat, vt membrū, sicuti compositū est ab iniectis fascijs conten- tum, sine vllō pressu tueatur. at, si aliter figuretur, contrarium accidet: nempe, vt fractura vinculo non cōrineatur, sed moueatur, trāsseraturq; vnā cum ner- uis habitū mutātibus, musculisq; quos carnem vocauit, eorum nobis naturam ostendens. Sunt enim musculi caro sentiendi vim habens à simplici carne, ex  
 40 quā maxime constat, caro nominati, per quos fibræ distribuuntur à neruis ac ligamentis diductæ. creatur enim totus musculus à naturā eiusmodi fibris cō- tentus, quibus caro simplex vndiq; concrefcit, atq; hæc est propria musculi na- tura, per quē venæ & arteriæ discurrūt, vt non secus ac cæteræ partes, alatur & viuatur: propriū verò musculorū corpus fibræ sunt, quæ simplici carne cingūtur, plurimum quidē medijs musculis, tum subinde minus, præsertimq; in initio ac fine ipso. quocirca extremi musculi neruosi magis sunt, medij verò carnosii.

» Q Vidam alius medicus resupinatū brachium extendi iussit, atq; itā figu-  
 » ratum deuinxit, sibi persuasum habens hūc statum naturalem esse, quod



» ex cute conijciebat, & ex eo, quod ossa sic tueri naturalem habitum existima-  
 » ret. quia id ossis, quod in primâ palmæ parte extat à parte minimi digiti, è re-  
 » gione collocetur eius ossis, vnde cubitū metimur. Hæc adducebat ad compro-  
 » bandum huiusmodi habitū esse naturalē, rationiq; consentanea loqui videba-  
 » tur. Sed brachiū vehementer cruciari, si supinum extendatur, experiri quilibet  
 » in suo potest. nam si extēdatur, hunc habitum dolori esse cōperiet. quin, si im-  
 » becillis homo manus prehendam valentis itā collocatas, vt cubitus resupinatus  
 » curruetur, vtiq; quod volet, ipsum ducet. Manus item eo modo collocata, si gla-  
 » diū teneat, vti eo minimē poterit: vsque adeo istiusmodi habitus violentus est.  
 » Ad hæc, vbi brachiū in eo habitu vinciat, grauiori dolore torquebitur ho- 10  
 » mo, dum ingreditur, graui, dum cubabit. quod si brachium flectatur, necesse  
 » est musculos contrahi, & ossa in eodem habitu minimē contineri. ignorabat  
 » autem illud, præter alia, quæ in huiusmodi habitu incommoda accidūt, quod  
 » os in primâ palmæ parte extās à parte minimi digiti, cubiti pars est: illud verò,  
 » quod in cubiti iuncturâ est, vnde cubitum metimur, est humeri caput.

Si quis brachium resupinauerit, videbitur humeri caput ab interiori parte, quod græcè κόνδυλος, id est, tuberculum nominatur, esse caput superius cubiti, cum quodammodo è regione se ostēdat capitis inferioris, quod in primâ palmæ parte extat à parte minimi digiti. Non tamen omnes cubitum metiuntur ab humeri tuberculo: sed sunt, qui metiri incipiant, idque rectē à cubiti emi- 20 nentiâ, quâ græci ἐλέφαντος dicunt & ἀγκών. At Hippocrates, vbi ait [vnde cubitum metimur] significare videtur, vel omnes, vel plerūq; inde metiri. Quomodo autem sese res habeat, hic quærere superuacaneum est: illud meminisse oportet, quod inferius cubiti caput situm in primâ palmæ parte è regione superiori capiti respondet, vbi secundum naturam brachium figuretur, vt scilicet curua pars interior sit, gibba exterior, in quo habitu sit, vt minimus digitus ab inferiori parte subijciatur, pollex à superiori insidat.

» **H**ic verò putauit hoc idem os esse atque illud, & alij complures.

» Non ita dixit [hoc idem os esse, atque illud] sicuti aliquē eundem cum seipso dicimus, vt Atacem Telamoniū eundem cum Æacide, sed quod utrū- 30 que ossis extremum intelligat eiusdem esse, nempè cubiti.

» **E**ST autem idem cum illo eminentia cubiti, cui potissimum innititur. Vocabulū [idem] accipiēdum nunc quoq; est eodē modo, quo proximis verbis explanauimus, cum eiusdem ossis partes esse existimarent, quod in primâ parte palmæ sitū est, & quod ab interiori regione cōmissuræ cubiti extat.

» **E**Rgo, vbi brachium resupinetur, partim hoc os peruersum cōspicitur, partim nerui, qui ab interiori sede, & digitorum, & primæ palmæ partis pro-  
 » cedunt, supino brachio peruertuntur. tendunt enim huiusmodi nerui ad hu-  
 » meri os, vnde cubitum metimur. errores, atque ignorationes naturæ brachij  
 » tot ac tales sunt. Si quis autem (vt præcepimus) fractum brachium extēdat, di- 40  
 » rigetur os, quod à parte minimi digiti ad cubiti eminentiam tendit: dirigētur  
 » item nerui, qui à primâ palmæ parte ad extremum humerum pertinet: suspē-  
 » sūmque brachium in eodem habitu cōtinebitur, in quo fuerit colligatum, ne-  
 » que dolori erit, aut molestiæ, siue ingreditur homo, siue cubet.

Quum accidit, vt ossis cuiuspiā, vel nerui, vel musculi initium sit ab interiori parte mēbri, finis vel ab exteriori, vel ab inferiori, cōstat partē hanc peruersam esse. Rectē igitur dixit omnia hæc peruerti, vbi totum brachium resupinetur.

Ac ne

- 1 Ac ne longius exempla petamus. nerui, qui ab interiori parte feruntur ad manum, cum cubito iunguntur circa totum humeri caput. Fiet itaque resupinato brachio, ut neruorum, qui cubito illigantur, initia ab interiori parte collocentur, fines à superiori. idem accidet musculis, & ipsius cubiti ossi. horum enim omnium initia ab interiori parte sunt iuxta tuberculum humeri. Poterant autem per se musculi, cum peruerterentur, abunde dolore excitare, atque eam de causa inflammationem. Si quis autem brachium figurauerit, ut Hippocrates iussit, musculi, qui ab interiori parte cubiti oriuntur, toti ab interiori parte siti erunt, qui ab exteriori, in hac similiter continebuntur, quemadmodum, qui à superiori, positum à superiori tuebuntur in uniuerso membro. Ab inferiori autem cubiti parte nullus situs est omnino musculus. sed, si cubiti musculorum omnium situm cognoscere tibi curae est, ex primo libro de incidendorum corporum ratione addiscere poteris, tum ex opere de musculis incidendis, ubi musculorum omnium natura ad compendium confertur magis, quam in libro de incidendorum corporum ratione.
- 2 Collocari sic hominem oportet, ut id ossis, quod excedit, ad lumen quantum maxime potest, illustre conuertatur, ne chirurgicum lateat, dum intendit, quando satis fuerit directum. Porro, qui usum habeat, quum ad motam manu os excedens continget, rem optime comprehendet.

- 3 Siue iacere, siue sedere significare voluerit verbo [collocari] quod καθικνέω dixit, cum altero, alterum quoque intelligendum est. Nam si egri vires, & fracturæ magnitudinem intueamur, ipsum modum iacentem, modum sedentem vinciemus. Verum utrouis modo collocetur, ut vitiata pars conspectui magis pateat, ex luminibus quæ dantur, spectare debet ad maxime illustre.

## De brachio.

- 4 Ossum brachij, cum non utrunque fractum est, facilius curatio est, ubi quod superius est, comminuitur, quauis plenius sit, tum quia integrum, quod subiectum est, fundamenti vicem præstat, tum quia facilius reconditur, præterquam in viciniam manus. superius enim os carne plurimum contegitur. id verò, quod subiectum est, minime carnosum est, ægre conditur, ac maiori vi extenditur.
- 5 Indicauit brachium ex binis ossibus constare, ubi ait ὡς μὴ ἀμφοτέρω, id est cum non utrunque; non enim consuevit dictio ἀμφοτέρω græcè usurpari ad unum vel tria, vel plura significanda. Ex his ergo binis ossibus, quod subiectum est πῦχυν, id est, cubitus proprie vocatur, idque sanè longius est: quod superinsidet κεκλῖς, id est, radius. Plana autem est, non modò oratio hæc, sed reliquæ ferè omnes huius libri. Illa duntaxat explanationis mihi visa sunt indigere, quæ à me enodantur. Quare si quid præter hæc obscurum tibi videatur, spectato, num quid in exemplari fuerit mendosum, ubi enim correxeris, si quid lectum semel non comprehenderis, iterum ac tertio relegens, quod propositum est, optime percipies.
- 6 Vbi non hoc, sed illud fuerit comminutum, simplici vi opus ad intendendum: ubi utrunque extendere valentiùs oportet. Puerum iam vidi plus iusto intentum, sed plerique, minus quam res postulat, extenduntur.

Vim simpliciorum, & quæ non magno negotio adhibetur, φαλοτέραν dixit. φαῖλον enim apud veteres græcos, non solum significat vitiatum, sed simplex.

7 Intentione adhibitâ, conuenit ad motus prominentioribus palmarum partibus dirigere.

Prominentiores partes palmarum appellat θέναρα deducto vocabulo à percutiendo, quod θέναι græci dicunt, ut nonnulli volunt, qui verborum inter-



pretationibus student. Quicquid enim percutimus, prominētiorebus his partibus percutimus. Alij non omnes prominentiores palmæ partes sic appellatas existimant, sed eas tantum, quæ pollicis subijciuntur.

» **D**Einde cerato inungere non ita liberaliter, ne fasciæ superinnatent, atque hoc modo deuincire.

Vinculi vsus duplex est, nam & cōminuti ossis partes, quæ rectè inter se cōpositæ fuerint, fideliter continet, & lintea liquore aliquo respersa, vel illita medicamento, quod ad repellendā inflātionē presentissimū esse putauerimus, decidere non patitur. Adhibēt itaque nonnulla medicamenta, quæ linteis illinuntur, his quæ excepta imponunt, vinculū superdantes. Alij humorē aliquē 10 ingerunt ad rem idoneum, quale est vinum, vel per se, vel cum oleo, & sæpè liquidum aliquod medicamētum, cuiusmodi est ceratum hoc. cuius duplex ratio est: interdum, siquidem ceratum ex rosā, vel oleo liquatur: interdum, arida 20 pix adijcitur, hincq; *παστὴρ κηρωτῆ* græcè nominatur. Sed liquida medicamenta, spissa quoque sunt & crassa, cuiusmodi est liquidum ceratum. Fiunt autē, & ex emplastris inflammationem arcentibus, liquatis in oleo, de quibus loquuti sumus, & in opere de simplicium medicamentorum facultate, sed latius in eo, quod scripsimus de ratione curandi, & in eo, quod de compositione medicamentorum. Hippocrates igitur liquido cerato vtitur, quod multò magis inflātionem cōercet, quàm quod durū est, seu quouis alio nomine libeat 20 appellare. Modum verò vtendi huiusmodi cerato indicauit inquiring [nō ita liberaliter, ne fasciæ superinnatent] sed contrarium terminum, vt pote, qui nobis notus sit, præterijt. is autem est, ne ceratum ita parum inungatur, vt iniecta lintea siccescant, priusquàm tertio quoque die resoluātur. At quā de causā cerato nūc inungendum dixerit, considerandū est, quum, vbi os cute excedit, vinum nigrum austerum superinfundi iusserit. Mihi sanè videtur vinū excogitasse ad hæc tanquam præsidium efficacius: omisisse verò in alijs fracturis, vbi nullum ex comminutis ossibus nudatum est. eo quod vini vsus summam diligentiam postulet, nam, nisi subinde infundatur, aridæ fasciæ maximo sunt detrimento. Plærique autem ex iis, qui laborantibus seruiunt, recusant subinde infundere, 30 noctu præsertim. Sed quia extremus morbus extremā curatione perfectè restituitur, idcirco quibus excedit os, vt vinum superinfunderetur, edixit. Sed plura de facultate vini dicemus, vbi eo vtitur. nunc illud indicasse satis sit. quod, cum aliæ fracturæ solā cerati inunctione curari sine vino possint, non necesse est hoc adhibito grauiter interdum ob ministrorum negligentiam peccare. At, quum summum periculum circumstat, tunc & ipsi vltro fatigandos se præbent, & nobis imperantibus parent. Adde, quod nos etiam ob periculum ingens frequentius his adsumus, atque interdum vniuersam noctē immoramur, vbi veremur, vt ministri rectè exequuturi sint, quæ præcepimus.

» **C**Vrā habitā, ne manus inferior iunctura cubiti collocetur, sed paulò superior, ne sanguis ad imum fluat, sed retineatur. 40

Cubitum ita figurandum esse, vt radio subiiciatur, atque ad rectum angulum cum humero collocetur, in superioribus proditū est. Sed, quum hoc fieri possit, manu & supra & infra cubiti regionem positā, meritò hoc quoque definiuit, imperans, vt manus paulò sublimior, quàm iunctura cubiti habeatur. Constat enim, vbi membra dependeant, ad ima concurrere materiam, ac propterea, quemadmodum, qui totum diem inambulant, quibusq; crura calidiora sunt,



## COMMENT. I.

143

1 ra sunt, maximi momēti censent noctu hæc vniuerso corpore sublimiora cō-  
tinere, ita iubet Hippocrates, vt caueamus ne manus dependeat, sed sublimior  
collocetur. quod si cubiti iuncturā multo sublimiorem figurari iussisset, hu-  
iusmodi habitus in iis etiam, qui paululum in eo perseverant, dolorem afferret  
vniuerso brachio, potissimumque musculis à priori parte humeri sitis. cum  
autem habitum dolori esse docebit ipsa experientia. doloris verò causam ostē-  
det natura musculorum, cubiti iuncturam mouētium. sunt enim & à priori, &  
ab interiori parte humeri, atq; vbi cubitum flectimus, ad suum initium cōtra-  
huntur, & sursum versus intenduntur, cumq; ipsis contrahitur, ac sursum tendi-  
10 tur totum brachiū, cui suis imis partibus iunguntur. [ne sanguis ad imum fluat,  
sed retineatur] Verba hæc referenda sunt ad illud [ne manus inferior iuncturā  
cubiti collocetur] interposuit autem [sed paulò superior] sic, vt tota oratio sit  
huiusmodi. Curā habitā, ne manus inferior iuncturā cubiti collocetur, ne san-  
guis ad imum fluat, sed paulò superior retineatur.

„ **P**ost hæc fasciā alligare, capite, quā fractura est, iniecto.  
Potest injici caput, vel nō injici, quā fractura est, dupliciter. cum id mo-  
dò in longitudine membri, modò in latitudine accipiatur. Termini autē inji-  
ciendi fasciæ caput in longitudinem membri sunt, vbi primus fasciæ circuitus  
in orbem attractus fracturā vniuersam complectitur. Quod si, vel superius in-  
20 ijiatur, q̃ vt fracturam contingat, vel inferius, q̃ vt ad ipsam perueniat, caput  
hoc verè quis poterit asserere minimè iniectū esse, quā fractura est. sic mihi in-  
telligito iniectū, vel nō iniectū caput, quā fractura est. sed in latitudinem, cum  
fasciæ caput primò superdatum, vel quā fractura est, vel extrà procedet. Hic  
igitur Hippocrates membri longitudinem intuitus, caput, quā fractura est, in-  
ijciendum esse proposuit. hoc est, neq; fracturā inferius, neq; sublimius. quod  
indicauit per ea, quæ subdit, quum inquit. [Vbi super fracturam iterum & ter-  
tio circumierit, sursum feratur]. At in libro de officinā medici, cum ait. [Prin-  
cipia injicienda sunt, nō quā vlcus, sed hinc vel hinc]. ad membri latitudinem  
spectauit, vt ibi rursus demonstrat verbis *ἐνθα ἢ ἐνταῦθα*, id est, [hinc vel hinc] his  
30 enim vocibus græcè latitudo significatur. Plæraque autem exemplaria sic le-  
guntur. [Principia injicienda sunt, non quā vlcus, sed quā nodus.]

„ **S**ic vt insidat, non tamen vehementer adstringat.  
Docet hoc loco vinculi moderationē. id siquidem insidere debet eate-  
nus, dū fracti ossis extrema immobilia tueatur: non tamen ita arctari, vt dolo-  
rem afferat laborātī. Quilibet enim dolor, cum perseverat, præsertim si ex cō-  
pressionem est, inflammationem concitat. Hæc igitur spectari debēt in fascijs co-  
arctandis, quæ initio ad vnguem conijcere non licet: licet autē, vbi sæpius de-  
uinxerimus. nam diligenter animaduertētes modum adstringendi, cum vin-  
culum inieciimus, interrogantēsq; hominē, qualem circumdatā fasciam sentiat,  
40 iterum æquè ac primò iniicientes, laxare vel adstringere oportet: siquidē pre-  
mi se dixerit, proculdubio laxare: sin vinculū ita laxum affirmet, vt iniectum  
minimè sentiat, adstringere. Licet autem, priusquàm eum alligemus, quē fra-  
ctura malè habet, exerceri sanum puerū sæpius vinciendo, sed cum eo, vt per-  
contemur, quæ paulò antè interroganda proposuimus. sic enim promptiores  
erimus ad fracturas deligandas. Illud etiam perspicere oportet, quod quæcun-  
que corpora robustiora sunt ac duriora, vinculum sustinēt arctius adstrictum:  
quæ verò infirmiora sunt & molliora, lenius adstringi debent.

” **V**bi super fracturam iterum, aut tertio circumierit, sursum feratur, vt fluens sanguis retineatur, atque ibi subsistat.

Ipse causam exposuit, cur primò velit fasciâ sursum ferri: vult enim sanguinem prohiberi, quò minùs à superioribus membri partibus descendat. hâc autem vinciendi ratione, non solum coërcetur ille, qui fluit, sed, qui circa fracturam coijt, exprimitur: qui fluit, vno dûtaxat itinere fertur à superiori parte deorsum: qui exprimitur vtroq; & à superiori parte deorsum, & ab inferiori sursum. Depelli enim aliquid potest, & ad superiorem membri partem, & ad inferiorem. monet sanè, vt vtrique operam demus, quùm duas adhiberi fascias iubet, quarum vtraque ordiatur ab affectâ sede, habitâ longitudinis ratione, deinde prior sursum procedat, secunda deorsum. quoniam præstat sanguinem à vitiatâ sede exprimi ad summum membrum, atque ad totum corpus. imum enim minus est, quàm vt sine iniuriâ recipere succorum copiam possit. quâdoquidem, postquàm sub priori fasciâ sanguis transmissus est ad summum brachium, si altera arctius adstringatur, inflammatio iuxta primâ palmæ partem & digitos orietur. Hâc igitur de causâ antè ad superiora depellendum est, potissimumq; si fieri potest omne id, quod dolori foret: sed, si parû quid relictum fuerit, exprimendum ad inferiora, alterâ fasciâ injectâ. Totam hanc sententiam perfectius intelliges in sermone de ratione vinciendi.

” **P**rior fascia, longa ne sit.

Iure hoc adscripsit, prior enim fascia, quùm à fracturâ incipiat, & ad superiora feratur, atque ibi desinat, breuior sit, necesse est, quàm secunda. Hanc enim voluit à fracturâ orsam primò deorsum ferri, deinde sursum, ad eum locum, vbi prior finiebatur.

” **S**ecunda primùm super fracturam iniiciatur.

Non immeritò, inde enim excerni plurimum sanguinis constituit.

” **A**c semel super ipsam circumeat.

Secundæ fasciæ caput semel circuire iussit, non bis vel ter, sicut prioris. vult enim ob propositam causam sursum magis, quàm deorsum transferri id, quod ad fracturam collectum est.

” **T**um deorsum demittatur, leniùs adstringatur, atque ex maiori intervallo circundet.

Minùs adstringi membrum iussit à secundâ fasciâ ob causas propositas: quin & eius circuitus non ita spissos adhiberi, quùm id opis, quod spissi asferunt circuitus, à priori fasciâ satis afferatur.

” **V**t possit relata ad eam partem, quâ prior definit, peruenire.

Hippocrates, antequàm pannos superimponat, binas fascias adhibet. alij verò ternis vtuntur: vnâ, quæ à fracturâ incipiens sursum tendat, quemadmodû Hippocrates præcepit: alterâ, quæ à fracturâ deorsum: ac tertiâ, quæ ab inferiori parte sursum per priorem vtrâq; in cochleam serpat. Verùm hi secundam fasciam duabus prioribus breuiorè iniiciunt, illas verò inter se æquales. propterea, quod prima fascia super fracturam ipsam iterum ac tertio circumeat, membrumque ipsum spissiori ambitu complectatur. secunda semel super fracturam voluta ex maiori intervallo circundet: tertia super vtramque obuoluitur, & quia minùs spissè circumagitur, primæ longitudinem non excedat. Sed constat (etiam me tacente) tres positas fascias duabus, quas Hippocrates prodidit, contineri. quùm secunda duplicem vsum præstet, quæ illi partiti sunt,

## COMMENT. I.

145

1 titi sunt, vnam iniicientes, quæ à fracturâ procederet ad partem inferiorem, alteram, quæ hinc sursum, quæ prima finiebatur.

2 A Ttrahere verò fascias in hoc casu, vel à dextrâ debemus, vel à sinistrâ, prout ab hac, vel illâ parte ad fracturæ habitum, atque inclinationem in hac, vel illam regionem confert.

3 Ossa, quæ sub fracturis peruertuntur, modò in dextram membri partē, modò in sinistram declinantur. Quocirca priores duæ fasciæ attrahi à contrariâ debent, ab eâ scilicet orfæ, in quam membrum cōuertitur, atque in contrariam inclinatur. sic enim fractum os æquè in vtramque partem inclinabit, atque hoc  
10 est, quod nunc ab Hippocrate proponitur, quum præcipit, vt fracturæ habitū intuiti fasciam circumagamus, hoc est, vt ad contrariam partem, atque fracturam inclinat, fasciam adducamus.

4 P Oſt hæc panni superdētur modico cerato inuncti, siquidem leniores sunt, & stabiliores.

5 Panni duas fascias priores sulciūt, quas propriè *ἱεροειδεις* vocat. iniiciūtur autem contrariâ ratione ac fasciæ: illæ enim serpunt circa membrū transuersæ: panni verò in longitudinē dantur, vniuersum vinculū ex binis prioribus fascijs excipientes. iussit autem cerato modicè inungi. fluere enim, vbi cerati copiam labarent, non secus ac, si parū inungerentur, quòd subiectis fascijs minime  
20 mè coirent. exhibet enim ceratum vicem glutinantis. constat autem in alijs, quæ glutine colligātur modum esse optimum. Panni igitur comprimunt, vbi sicci imponātur. cui opponitur, quod inquit [leniores] sicut & quod dicit [stabiliores] illis contrarium est, qui ob cerati copiam non hærent. Iure itaque ait, [siquidem leniores sunt, & stabiliores.] namque, vbi panni nullo pacto cerato inungantur, non ampliùs lenes sunt, vbi plus iusto vncti sint, nō ampliùs stabiles, labuntur enim copiam cerati.

6 H I fascijs alligādi sunt inter se aduersis, alijs à dextrâ parte, alijs à sinistrâ, plurimū ab inferiori parte sursum ductis, aliquatenus à superiori deorsū.

7 Fasciæ, quæ primò dabātur, non circuibant inter se aduersæ, sed vtraque membrum, quod peruersum erat à contrario habitu ad naturalem restituebat: sed, quæ pannis superiniiciuntur, cum eò pertineant, vt membrum vniuersum alligent, tueanturq; vinculū vniuersum, qualē exceperint, aduersæ inter se procedunt, atq; vna quidem à dextrâ partē, altera à sinistrâ circumagitur: similiter altera à superiori, altera ab inferiori: sic enim, quum inter se aduersæ sint, vinculum, quale acceperint, potissimū seruabunt. Quare quatenus à dextrâ parte, vel sinistrâ procedūt, iūctura ex toto fit æqualis: quatenus verò à superiori, vel inferiori feruntur, altera non longè alteram excedit. sapiùs tamen circuit, quæ ab inferiori parte sursum tendit. hoc siquidem tutius est, ob causam, quæ paulò  
30 suprà posita est, vbi iussit sanguinē à fracturâ depelli ad summū membrum.

8 Q Væ extremitate tenuantur, pannis equanda sunt in orbem datis, qui, vbi  
40 ea dirigimus, non subitò, sed paulatim plurimi obuoluendi sunt.

9 Tenuantur membrorum extrema, quæ dixit *ὀστέων*. Has igitur partes circumdatis pannis transuersis compleri voluit, & pluribus fasciæ circuitibus cingi, quum eo, vt quod tenuius est, nō subitò (sic enim vinculum in æquale redderes) sed paulatim impleatur.

10 L Axæque circa primam palmæ partem varijs locis vinciendi.

11 Solēt iuxta vitiatâ sedē loca omnia inflammatione affici, ac præcipuè mē-



brorum extremitates. quoniam parue sunt, & minimè carnosæ, & idcirco materiam à locis, qui iuxta fracturam sunt, descendente non recipiunt citra noxam. Eas igitur leuare constituit cerati inunctione. quod profectò satius fuit per se membris imponi sine vlllo tegmento, neque alijs fascijs vti. sed quia caput & finem habentes sine aliquo fulcro, citò caderent, idcirco vsus est fascijs totius fracturæ, quas iure laxas iniicit, vt nullam afferant molestiam, sed id vnum duntaxat efficiant, vt inflammationem arceant. non enim admouentur ad id, quod fractum est continendum.

¶ **Q**uod ad linteorum multitudinē pertinet, duas partes primò abundè est superdare.

Ad vniuersum vinculum, quod primum omnium damus, censet paucioribus linteis opus esse, quàm procedente tēpore futurum sit. docuit enim paulò infrà, quo tempore plurimis vti fascijs conueniat. Sed, quum linteorū multitudo fasciarum & pannorum numero, longitudinēq; augeatur. quæret quis num idoneo tēpore maiora, an plura lineæ iniici velit: quin & quanta singula esse debeant. Porro lōgitudinem & latitudinē fasciarum definiuit in libro de officinā medici, quum inquit. [Quod verò ad longitudinem & latitudinem pertinet, impleant trium, quatuor, quinque, aut sex, lōgitudinem quidem cubitorum, latitudinem verò digitorum]. At neque numerum nunc silētio præterijt, ex fascijs enim, quæ primæ iniiciuntur, duas dari iussit per vniuersum vinculum. pannos item duplices triplicēsve superiniiciendos esse, ibi quoque explicauit, quos esse voluit tot numero, vt completi queant vniuersum membrum. Sed fasciæ, quæ super pannos dantur, plarunq; duæ sint, quarum vna ab inferiori parte sursum tendat, altera à superiori deorsum. has etiam licet, & ternas, & quaternas imponere. nos autē binis vbique vtimur. igitur, qui in hæc incumbit duas linteorum partes initio, sed quo tēpore vitiat locus inflammatione vacat, tres dandas esse coniiciet. In libro itaque (vt diximus) de officinā medici, fasciarum longitudinem definiuit, iubens, vt superiniiciantur longæ ternos, vel quaternos cubitos, nimirum hominis, qui deuincitur. nam ridiculum esset puerum exempli causā bimum vel trimum fascijs ita longis alligare, vt robusti hominis quaternos cubitos æquent: vel ad robustum ita breues adhibere, vt quaternos pueri cubitos impleant. Sed in hoc opere, fasciarum longitudinem non statuit, sicut neque latitudinem, ea nobis coniicienda relinquens. Constat autem fracturæ magnitudine inspectâ inueniri à nobis longitudinem fasciarum, quum (vt ipse imperauit) debeat vinculum semper plurimum integræ partis comprehendere. Hæc non conuenit eadem vbique, sed pro magnitudine fracturæ, vt diximus. Quod si iterū, aut tertiò super fracturā circumagenda prima fascia est, postea crebris circuitibus voluta non prius finienda, quàm integræ sedis plurimum complexa fuerit, planè debet ita longa sumi, vt propositis ab Hippocrate circuitibus sufficiat. Eadem ratione, & aliarum fasciarū longitudo tanta sit, vt possit partes, quæ ab ipso scriptæ sunt, amplecti. Porro fasciarum latitudinem comperies, si ad ea, quæ ipse docuit, resperxeris. inquit enim, [Fulciatur, non tamen cogatur]. significat autē fulciri quasi hæere. quod fiet, vbi fasciæ non ita latæ parentur, hæ siquidem rugant, quum circūaguntur. nam alioquin latior fascia, vt quæ plurimum amplectatur, fracti ossis partes firmiùs continet. atq; hæc de causâ latissima fascia ex vsu maxime est. verum, quia, quæ talis est, rugas contrahens, quum super affectas partes est obuoluta,

1 obuoluta, laxior fit, & quæ subiecta sunt, minùs fideliter continet. idcirco expedit, non ità latam imponere, sed eatenus eius latitudinem augere, quatenus nulla pars laxatur. Quamobrem experiens hæc omnia meliùs præstabit. eiusmodi enim obseruationes coniecturales sunt, neque scripturà cõprehendi, aut lectione possunt. Ob quam verò causam plures fascias dari postea velit, tunc intelliges, cum ad eum locum peruenerimus.

10 **H** Inc autem cognosces rectè hominem curatum esse, ac terminum deligandi, vbi, num prematur, rogaueris, atque is responderit se premi quidem, sed leuiter, idque præsertim quà fractura est. Hæc itaque, sic habere, necesse est fateatur, qui rectè est alligatus.

20 Quoniàm ea, quæ nos spectamus in fascijs obuoluendis, intelligit non cõprehendi sciētīā, sed coniecturā, ex certis indicijs iudicādum censet, quæ rectè iniectæ fuerint, quæ malè. Quod si homo abundè sub fascijs vrgeatur, celerimè soluentes aptiùs deligabimus. sin fasciarum circuitus iusto laxiores fuerint, non patiemur diutius sic habere. Nam, quæ arctiùs adstringuntur, dolent, inflammantur, & interdum etiam extremā parte emoriuntur: quæ laxiùs, prorsus eiusmodi periculo vacant, sed non prohibent membrum, quo minùs, quà fractura est, deprauetur. Vrget igitur arctior iunctura sic, vt necesse sit eodem die soluere, & rursus deligare, quæ laxior est, non item: potest enim vnum diem, & interdum alterum sustineri. Hæc igitur de causā diligenter rogare eum, qui alligatus est, conuenit, qualem sentiat fasciarum circuitum. vt ex ijs, quæ respondet aliquid de fascijs emendandis intelligamus. Debet enim (inquit) respondere, qui alligatus est, sentire se vinculū arctius iuxta fracturam, quàm alijs partibus ipsius membri. ea enim sedes inter eas, quæ adstringuntur, acerrimè sentit. quòd & agra sit, & fascia à nobis magis compressa, vt potè, qui operam dederimus, vt sanguis vniuersus à fracturā longè ad vtramque membri extremitatem exprimeretur siquidem hæc viā futurum sit, vt quod vitium est, ab inflammatione defendatur.

30 **M**oderationis autem indicia sunt, si eodem die ac nocte, quo deligatus fuerit, ipse sibi videatur non leuiùs, sed valentiùs adstringi. postridie verò tumor in manu oriatur mollis ac paruus, indicant hæc vinculū fuisse abs te moderatè adstrictum.

40 Quùm adstringendi modus in vinciendo omnium maximè momentum habeat, quùmq; hic variari consueuerit, tam quòd quædam partes mollitiæ ac duritiæ inter se distent, quàm quòd alia corpora hebetioris sensus naturā sunt, alia acrioris, meritò contendit ex pluribus notis securitatem ægrotantium inuestigare, atque hæc de causā non contentus sola posuisse indicia, quæ ex interrogatione sumuntur, inspiciendas etiam nobis ipsas partes existimat, potissimū extremas. Inquit enim, vbi moderatè adstrinxerimus, futurum postridie in manu paruū tumorem mollem, hoc est, cedentem, si superdatis digitis prematur. Quare, si tumor hic, vel nullus appareat, vel durus, planè scire licet vinculum, vbi nullus appareat non satis fuisse adstrictum, vbi durus, nimis arctatum. Constat enim extremum membrum succis sub vinculo ad ipsum transmissis, quùm multi sint, impleri, digitisq; pressum non cedere. idque tibi indicio erit vinculi valentiùs adstricti, nō secus atque, vbi manus nullo modo tumeat, conijcere poteris nihil fuisse sub vinculo expressum. namque adstringendi modo modus eorum, quæ exprimuntur, perpetuò respon-



det, & huic modus tumoris. Quare non immeritò renititur tumor in extremitate membri, atque ingens est, vbi coarctata pars eius fortiter fuerit adstricta: cedit atque exiguus est, vbi leuiter: non secus autem, vbi non adstringitur, nullus tumor excitatur. ergo euidentissimum est, vbi posttridie in manu tumor magnus sit, & renitatur, membrum solui protinus debere, perfundique multâ aquâ calidâ, cui oleum copiose fuerit adiectum, rursusque alligari modicè adstrictum: vbi postero die nullus tumor appareat, tertio resolui, & arctius alligari. quòd si tumor modicus fuerit, Hippocrates tertio die resoluit: nos vsque quartum, interdum quintum diem trahentes, hyeme potissimum, nihil vidimus deterius accidisse.

» **L** Abente iam die minùs adstrictas fascias sentiat, sed tertio die penè resolutas. scire autem licet, si quid horum, quæ proposuimus, absit, vinculum non satis arctatum: siquid superet, fuisse iusto plus adstrictum. Hæc itaque indicia intuitus, deinceps, vel laxius alligabis, vel arctè magis.

Relaxantur fasciæ, non me hercle (vt nonnulli putant) quod intentæ tempore longiores appareant: sed quòd membrum extenuatum contrahatur, vbi rectè fuerit alligatum, quod euidenter in omni fracturâ perpetuum conspicitur, quemadmodum & ipse Hippocrates ostendit.

» **T**ertio die, postquàm extenderis, atque direxeris, soluere membrum oportet. quòd si primis diebus moderatè deuinxeris, paulò magis fascias adstringes. deligare autem incipies à fracturâ, quemadmodum priùs. nam, si hanc partem priùs deuinxeris, materiam inde ad vtramque membri extremitatem depelles: sin aliam priùs adstrinxeris, inde ad fracturam deduces, quod intellexisse pertinet ad multos locos. Sic ergo ordiri semper vinculum debet, atque hūc locum primum adstringere, alios verò pro portione. quo enim longius à fracturâ procedit, eo lenius arctari: nūquàm verò ex toto laxari, sed adhærere. post hæc adiiciendæ fasciæ sunt, quotiescunque deuincimus. rogatus autem homo respondeat adstringi se paulò magis quàm antè: præsertim, quâ fractura est, atque alibi pro ratione. Tumeat item membrum, vigeatur, leuetur pro ratione prioris iuncturæ. Abhinc tertio die sentiat fascias relaxari. tum sol-  
» uere conuenit, ac rursus deligare paulò arctius omnibus fascijs iniectis, quibus vtendum erit, post hæc laboranti omnia eueniât, quæ in superioribus alligandi circuitibus exposita sunt.

Si primo die homine propter fracturam dolente, quantum adstringendum est, non adstrinxerimus, vbi, omnibus rectè factis, tertio die dolor remittatur, arctius alligamus, neq; tunc quoque quātum res postulat. hoc siquidem, quum omnia rectè procedunt, quinto die conuenit. quare tunc plurimis fascijs utemur, & quantum res exigit, adstrictis, non obliui hoc ab ipso præcipi, vbi omnia conuenienti ordine sequantur. nam, si propterea quòd aliquid interim peccatum sit, brachium nondum quinto die ex toto inflammatione vacet, neque nos fascijs omnibus utemur. Exhibet quidem fasciarum multitudo (vt ipse ait) vinculi firmitatem. potissimum verò eâ utemur, quo tempore defedit locus, qui circa fracturam est, & ipsum os, quod perfractū est, laxius effectum est, & facilius tractatur, vt componi possit. At si quando hoc quinto die non cedat, differemus in alium circuitum, qui ad diem septimum perueniet. iubet enim donec ferulæ ad fracturam dētur, tertio quoque die solui ac rursus deligari, eâ de causâ, vt aqua calida infundatur ad educendos succos in comminuatâ parte



1 tā parte existentes, qui tenues sunt, & feri naturam habent, digestionēque requirunt, & simul etiam ad leniendum dolorem, & pruriginem finiendam. Itaque, vbi nec dolor, nec prurigo hominem exerceat, atq; indicia illa omnia se ostendant, ex quibus rectē fracturam habere cognoscimus: etiam si quarto quoque die solues, nihil lædes, hyeme potissimum, atque adeo magis homines agrestes, qui lauari ferē non consueverunt, sed eos, qui cotidie lauari solent: & qui præsertim bis id faciunt, cōuenit non longo interposito spacio resolvere, ac præcipue, vbi carne fuerint molliori.

10 **I**nde, vbi ad tertium diem ventum erit, qui septimus est à primo, quum iniectum vinculum fuit, si rectē alligatus fuerit, tumor in manu apparebit, isque non admodum magnus: locus item, cui vinculum iniicitur, quotiescunque deligabitur, tenuior, & gracilior conspicietur, septimo autem die, tenuissimus, atque ossa perrupta tractabuntur facilius, magisque ducentur, ut dirigantur. quod si hæc ita habeant, dirigere oportet, alligareque, ac ferulis excipere, pauloque amplius, quàm antè adstringere, nisi, si tumor, qui in manu est, maiorem dolorem afferat. vbi verò fascias inieceris, imponendæ ferulæ sunt, superque fasciæ alligandæ admodum laxæ, sic, ut circumdatæ ferulæ contineantur, nec quidquam brachium adstringant. Quo facto pre-matur offensus eodem modo, & releuetur, atque in prioribus vincendi circuitibus. At, vbi ad tertium diem perueniens laxum vinculum sentiat, necesse est ferulæ magis arctentur, potissimum quæ fractura est, atque alibi pro ratione. siquidem ipsum vinculum laxum potius erat, quàm adstrictum. Ple-niores autem adhibendæ ferulæ sunt ab eâ parte, quæ fractura extat, non multo tamen: videndumque est, ne è regione pollicis collocentur, sed hinc vel hinc: neque item è regione minimi digiti, quæ os in primâ palmæ parte excedit, sed hinc vel hinc. Verum, si fractura omnino ferulas requirit, his locis brevissimæ superaccommodandæ, sic, ut ad ossa, quæ in primâ palmæ parte extant, minime pertineant: periculum enim esset, ne vlcus fieret, & nerui nudarentur. debemus autem ferulas arctare tertio quoque die paululum omnino, id spectantes, quod eo nomine imponuntur, ut vinculum tueantur, non ut adstringant. Quod si optimè perspexeris, ossa sub prioribus vinculis abundè fuisse directa, neque locum prurigo aliqua infestat, neque vlla exulcerationis suspicio est, vltra vigesimum diem finito alligatas ferulas manere. nam plerisque summum triginta diebus brachij ossa conferuent.

40 Si tertius dies fractum os nobis daret, quale ferē septimus exhibet, necessariò ad ferulas veniremus, sed quia (ut ipse dixit) septimo die πέντε λεπτέρη, id est, tenuissimum apparet, quo vocabulo significauit gracilius fieri, quàm, quum erat in pristino statu salubri, idcirco eodem die ferulas circumponit, tunc scilicet membrum diligentius componens, ut potè, quum ossa laxiora sint. eò autem ferulæ pertinent, quod & pannos antè diximus, nempe, ut fractum os contineant. at, quum ossa ob siccitatem naturalem nequeant carnis modo coalescere, callo circa fracturæ oras crescente, quasi quodam vinculo circumdantur. hic autem creatur de eo quod superat, ex ipso fracti ossis alimento. quod si laborans, vel non idoneo victu vtatur, vel plenus sit, id, quod superat, copiosius est, effusumque fascias toras veluti crasso sanguine madefacit. Quicquid igitur ex eo, dum effunditur circa fracturæ oras concrefcit, tempore ab osse, cui hæret, mutatur, & simile ipsi redditur, callusque nomi-

natur. Ergo, si fracti ossis ora agitentur, dimoueanturque, prohibebitur, quo minus adstrictum maneat, atque ob eam rem creari callus non poterit. quod enim gluten lignis efficit, quæ glutinantur, id callus præstat ossibus fractis. Iure igitur summâ quiete opus est ad fracturas, quæ callo debent solidari: nam, si agitur coactus callus, dissoluitur, perinde ac gluten, quo ligna cohærent, & coactum lac. summam verò hanc quietem præbent fasciæ adstrictæ, & quæ superdata continent: porro continent fasciarum multitudo, ac ferulæ. Quæ deinceps sequuntur, omnia plana sunt, his, qui animum adiungunt. præcipit enim, ut sicubi vinculum laxetur, ferulæ tertio quoque die arctentur, non tamen resoluatur tota iunctura, nisi homo ingenti prurigine vexetur, vel ex-  
 ulcerationis alicuius suspicio sit. prurit autem fractura initio magis, deinde minus, quoniam vitiata pars exhauritur. excitatur enim prurigo à vaporibus, qui ab eo, quod superest, profusi leuiter mordet. At, ubi acius mordeant, prurigini iam dolor iungitur: igitur, quando pars inanis est, nihil omnino tale superat, vel certè, quàm minimum.

**N**ihil autem perpetuum est: multum enim & ætas ab ætate distat. Non dixit simpliciter differre ætatem ab ætate, sed adiectâ coniunctione indicat alias etiamnum causas esse, cur non omnes brachij fracturæ triginta diebus conualescant, sed quædam paucioribus. sunt enim in causâ, anni tempus, regio, natura ægrotantis, anni temperatio, ratio victus, & vincien-  
 di modus. nam citius conualescunt, hoc est, callo firmantur, & ob materiæ, ex quâ callus oritur, quantitatem, ac qualitatem moderatam, & ob robur virium ipsam cogentium. diutius autem trahitur ex materiæ inopiâ. quod enim breviori tempore ob materiæ copiam vires efficiunt, id longiori præstant ob inopiam, & interdum etiam ob copiam immodicam. callus enim concreescens abluitur humore, qui ab interiori parte fluit, ubi multus sit, & continuetur. Porro materia crassa commodè spissescit, & in callum vertitur, humor autem, ubi aquosus fuerit, & habitu tenuis, spissando callo maximè est alienus. Vires quoque quum valent, maturè suo munere fungi, serò, quum imbecillæ sunt, nihil attrinet dicere. quibus de causis callus diuerso tempore fractis ossibus circundatur. hæc autem ipsa, quæ nunc dicuntur ob causas prius positas mutantur. quoniam materia, & plus, & minus abundat, & crassior est, ac tenuior ob temperamentum, tam vniuscuiusque naturale, quàm aduentitium ipsius fracturæ eo tempore, quo curatur, atque item ob victus rationem, quâ homo vititur, & ob modum, quo deligatur, præter hæc, ætatem, tempus anni, regionem, ex quibus omnibus validiores vires sunt, aut infirmiores.

**V**bi solueris, aquâ calidâ perfundito, & rursus alligato fascijs lenius, quàm antè adstrictis, paucioribus item, quàm antè iniectis: inde tertio quoque die soluens rursus laxioribus fascijs, & paucioribus deuincito.

A primo die, usque dum ad ferulas veniat, & fasciarum numerum auget, & arctius adstringit: eas autem imponens septimo die, membrum non soluit usque ad vigesimum, statuere quasi firmam basim volens calli producendi, quo circumdato fracturam penitus immobilem non amplius tuetur. nutrire enim callum oportet, ubi altius radices egit. nutritur autem, quum materia in ipsum derivatur: quam sicuti ab initio auertimus ab affectâ sede ad alias corporis partes, ita nunc euocare debemus aquâ calidâ perfusâ. quin & initio fascijs multis atque adstrictis, quo minus ad vitiatum locum conflueret, ex  
 toto



1 toto ipsam prohibuimus. nūc paulatim numero demimus, pressumque laxamus, quum non expediat prohibere, ne confluat.

2 **Q**uod si alligatis ferulis suspicio sit, ne ossa recte concurrerint, vel aliud quidpiam hominem infestet, ubi dimidium temporis preterierit, vel paulo ante solvere oportet, & rursus deuincire.

3 **Q**ue supra posita sunt, intelligi debent, quum omnia recte procedant: namque, ubi sit sensus aliquis doloris, vel exulcerationis suspicio, aut vereamur, ne fractura male composita sit, aut casu aliquo interueniente membrum motu sit, solvere vinculum ante vigesimum diem cogimur. id autem ipsum definiuit,  
10 ne quis existimet perpetuum esse, quod supra imperauit, fracturam quamlibet vsque ad vigesimum diem seruandam esse penitus immobilē. semper enim pugnare medicus debet aduersus id, quod magis vrget, neque obligare se preceptis tanquam legi, quam contemnere nephas sit, quum omnia preter rationem eueniunt.

4 **Q**uibus initio cutis non abruptitur, neque os cute excedit, idonea est ratio victus propere quauis, minus tamen cibi sumant vsque ad decimum diem, pretertim, quum quiescant.

5 *φωλλος* vocabulum soleunt veteres graeci ferē omnes usurpare, quum significare volunt [simplex] aut [quoduis] huic opponitur exquisitum, quod Iones  
20 *σπερμ* appellant. Sicut igitur exquisitam victus rationem *σπερμ* vocat, ita, huic contrariam *φωλλος*: atque hanc ratione nunc eam, quae propere quauis sit, *φωλλος* dicit, quae media est inter quamuis simpliciter, & exquisitam. Exquisita victus rationem imperat, quibus initio, praeter ossis fracturam, carnis quoque vulnus accessit, ac praecipue, quum ex fracto osse aliquid cute excedit: simplicē, id est, quamuis illis, qui omnino periculo vacant: propere verò quamuis mediāque, quibus os fractum est primis diebus, quorum terminum constituit decimum, non quod non interdum maturius, interdum serius mutare victum liceat: sed, quod plerumque ita accidat. vitur autē mediā victus ratione, propterea, quod  
30 neque ita magnum periculum est, sicut cum ossa nudantur, neque ita res tuta, sicut cum intacto osse caro simpliciter vulneratur. merito igitur ijs, qui medij sunt inter eos, qui periculo vacant, & eos, qui periclitantur, mediam victus rationem indicit: praesertim, quum vsque ad decimum diem, quibus brachium fractum est, ex toto quiescant, quod Iones *ἐλπιεως* dicunt. Itaque par est exquisitiori victu sustinendos esse quiescentes, quam qui mouentur. at, quum à decimo die plerique suspenso brachio inambulent: merito praecipit, ut in eum vsque diem medio victus genere vtantur, praesertim quum quiescant. Quod [praesertim] vertimus, Hippocrates habet *ἡδῶ*, quod plerumque tempus notat, sed adijcitur etiam ad aliquid comprobandum, ut, si dicamus, & ob alia, & *ἡδῶ*, hoc est, praesertim propter haec credendum huic, faciendum hoc est, quomodo videtur nunc ab Hippocrate usurpatum, sic, ut oratio talis sit. mediocri victu vtendum vsque ad decimum diem, & aliā de causā, & praesertim, quum homo interim ex toto conquiescat.

6 **A**dhibeantque ex obsonijs mollibus, quaecunque modicē aluum deijciunt. Pristanam videlicet, betam, aut maluam, atriplicē, siue blitum, vel cucurbitam, & pisces teneros.

7 **S**ed à vino, & carne sibi temperent.

Docuit ipse exquisiti victus rationem, & eius, qui quiuis est, & eius, qui



propè quiuis,quam nunc præcipit vsque in decimum diem seruari. nam,cùm æger carnē edit,& vinū potat,victus simplex est,& quiuis: sed cùm solo ptisana cremore,& mulsā viuit,victus tenuis est,atque exquisitus:inter vtrunque est ille,quem proximè indicauit,quū inquit[adhibeantque ex obsonijs molibus quæcunque aluum modicè deijciunt].

™ **T** Vm paulatim se reficiat. oratio hæc lex iusta fertur de curatione fracturæ. Reficiantur,dixit *ἀνακαμίζει*, quo vocabulo nihil aliud significat,quàm, vt cui comminutum os est,postea recreetur. scribit autem *ἐκ προσεγγωνίης*, hoc est, paulatim,cui contrarium est repente:damnat enim, quod subito plurimū implet,aut demit,vel quid aliud præstat.

™ **Q** Vare danda opera est, vt iustā curatione adhibitā res benè procedat: vbi autē non sic procedit,scire licet aliquid curationi defuisse,aut superasse.

Iustam vocauit eam, quæ laboranti omne id præbet, quod ei conuenit, & nihil prætermittit. curationem verò,quam *χειρὶς* dixit,vel pro chirurgiā, vel pro vniuersā simpliciter rerum omnium admotione accipit. græci enim *μεταχειρίζεσθαι* dicunt,non solum,quæ manibusprehendunt, sed quæcunque tractant.

™ **I** llud præterea animaduertere in hoc simplici modo conuenit,quod medici non admodum attendunt:quanquàm,si non rectè fiat,corrumpere curam omnem,omnēmque vinciendi rationem potest.

Simplicem modum fracti ossis,& prolapsi vocat,vbi nō accedit vlcus, non nudatur os,neque quod perfringitur,in multas partes comminuitur,quod fracturæ genus recentiores à farinā *ἀλαπίδου* appellant. itā,vt nullus ex propositis modis simplex sit, sed ille dūtaxat,vbi fracturæ nullus alius casus adijcitur. sic autem à se vsurpari vocabulum [*ἀπλῶς*, id est, simplex] apertè ostēdit paulò infra in hoc ipso libro,vbi propriè eam rem agit. quod si ossa simplici fracturæ modo perfringantur,peccatur,videturq; id peccatum leue,si quis tamen diligenter simul omnia æstimet,maximū momentū habet. id enim,si cōmittatur, priorem curam vniuersam corrumpit. quid autē hoc sit,in sequentibus ostendet. Scribitur item aliter eadem oratio sic[quāquàm,si nō rectè fiat, corrumpi omnis cura,omnisque vinciendi ratio potest]vbi curam ipsam,quū aliquid peccatur,damnare videtur,vt,quæ corrumpere possit,quæcūque ad laborantem particulam rectè adhibita sunt.

™ **Q** Vòd si vtroque ossē cōminuto, vel eo,quod subiectum est tantum, deligatum brachium mitellā suspēdatur, eaque plurima circa fracturā detur: partes verò hinc atq; hinc suspensæ sint, necesse est os ad superiora peruerti.

Diligenter voluit animaduertēdum esse,quā ratione totum brachium suspendatur,quū homo iam ingreditur,& nō amplius cubat, hoc est, à decimo die. ante siquidem plærunque cubabat brachio (quemadmodū suprā ostēsum est) ita figurato, vt manus paulò sublimior haberetur: sed, quū iam inambularet (vt fieri consuevit, brachio ex ceruicibus suspēso) mitellam adhiberi præcipit sic latam, vt brachium vniuersum sustineat, totūmq; æqualiter amplectatur, neque vllam partem eius relinquat, quam non fulciat, quo fieret, vt brachij os à parte, cum quā iungitur, deorsum inclinaret, ac deprauaretur. nam priusquam vitaretur, totum perpetuum erat: corruptā autem eius vnitate, vbi perruptū est, potest altera eius pars à subiectā mitellā sustineri, altera verò pars, vt quæ non ampliùs cum illā continuetur, deorsum inclinata peruerti. Potest item ex eadem parte, vbi nō rectè mitella subijciatur, altera extremitas ab hac elata

1 elata sursum ferri, altera deorsum inclinata peruerti. Quatuor igitur modis mitella brachio malè subijcietur. primò, vbi fracturam solummodò sustinet, partes autem hinc atque hinc suspensæ manent: secundò, vbi extremæ brachij partes & suprâ à cubito, & infrâ à manu diligenter mitellâ fulciuntur, medium non suspèditur: tertio, & quartò, vbi interdum prior brachij pars, interdum posterior mitellâ excipitur. Ex his quatuor modis binos dūtaxat scripsit, qui maximè membrū peruertunt, reliquos binos præterijt, vt, qui ex enarratis intelligi possint. eorum, quos scripsit, alterū propositis verbis ostēdit, vbi censet in ijs, quibus vtrunque brachij os fractum sit, vel tantum id, quod subiectum est, 10 (cubitus propriè nuncupatur) intelligendū esse primum ex propositis modis. sed commune, id est, duobus modis, de quibus verba faciet. proprium verò est vtriusque: prioris quidem, quem nunc indicat, subiectâ brachio mitellâ angustiori, quàm, vt totum membrū complectatur, fracturam solummodò fulcire: alterius rursus, vtrunque membri extremitatem sustinere, fracturâ tantum non fultâ. Deprauari autē inquit priori modo brachium in superiorē partem conuersum, sed in inferiorem altero modo, quē subdet proximis verbis. priorem, qui sursum versus peruertit, nunc proposuit. Nam, quum brachium, quâ fractū est, à mitellâ sustineatur, partibus, quę vtrinque sunt, deorsum inclinatis, quum non sit, cui firmiter innitatur, accidet, vt quod à mitellâ excipitur, altius exci- 20 tatum callo glutinetur. Eum verò habitum, quo membrum callo solidetur, in posterum perpetuò seruabit. quare sæpius necessariū est, quæ sic peruersa sunt à nobis de integro abrūpi, extēto membro rursus fracturam, qualis initio fuerat, reddētibz, quam suprâ diximus nullo modo coalescere, sed alligari à callo, qui circumdatur. hunc igitur extendendo dissoluimus, rursusque operâ damus, vt callus increseat fracturâ conuenienter figuratâ. videre autem licet in alijs animalibus comminuta ossa non omnino coalescere, vt in sue, apro, boue, caprâ, oue, gallo, gallinâ. si quādo inuenies (inuenies autem sæpè, quemadmodum & nos) fracturæ oras callo inter se glutinatas, vbi hoc tibi curę sit, callum deradens conspicias fracturæ oras se contingere, non tamen coaluisse, solidatasque esse eo modo, quo in vulneribus glutinata caro coalescit. At cur, vbi 30 vtrūque brachij os cōminutum sit, & quod propriè cubitus vocatur, & quod radius, accidat, vt membrum adedò peruertatur, si in suspendendo aliquid peccetur: sed minùs, si alterum tantum, cubitus scilicet: ac si radius per se, nihil omnino deprauetur, non magno negotio comperies, si eorum, quæ ipse retulit, memineris. quia, quod subiectū est (inquit) fundamēti vicem præstat ei, quod abruptum est, atque ipsum deprauari non patitur: sed radius, vbi intactus sit, cubitum quodammodo secum dirigit, si rectè vinculum adhibeatur. tueri autem ipsum à deprauatione ex toto non valet, vbi aliquis error sit in suspendendo, quandoquidem cubitus subiectus nihil habet, quo fulciatur, præter 40 vinculum ipsum.

” In ossibus sic fractis mitella manum duntaxat, & articulū cubiti excipiat, ” Reliquum verò brachiū suspensum sit, deprauatum inclinabitur deorsum.

Ex quatuor modis, quos paulò suprâ declarauī, secundū hic tradit, qui primo cōtrarius est: si quidem in priori mitellâ solam fracturâ sustinebat: in hoc, quum cætera sustineatur, sola fractura sine fulcro est. Quemadmodū igitur in priori suspendendi ratione, vbi fractura, quum sola à mitellâ sustineretur, sublimior fuit, reliquæ verò partes vtrinque humiliores, iure dixit deprauari bra-



chium totum in superiorem partē conuersum: itā nunc, quū ea tātū mēbri  
pars, quā fractura est, nō sustineatur, deprimetur, & deorsum versus inclinabi-  
tur, quo fiet, vt brachium in eam partem curuetur, atque eā de causā, vbi callus  
circundatus fuerit, peruersum deorsum spectet. Exposuimus igitur vniuersam  
propositę orationis sententiam. legitur autem scripta duobus modis, si vocem  
spectemus, maximē inter se cōtrarijs: re tamen, si animaduertātur, inter se mi-  
nimē discrepantibus. Itaq; brachium suspensum nonnulli intelligunt, quod à  
mitellā non excipitur, sed solum in aēre suspēditur: alij contrā, omne id, quod  
à mitellā sustineatur, vt potē, quū in inferiora minimē inclinetur, neque fiat  
ob id humilius, quod suspensio contrarium est. Meritō igitur scripturę, verbis  
inter se pugnant, sententiā conueniunt. nanque hæc vox μετὰ, hoc est, sus-  
pensum, quū apud expositores cōtraria significet, à quibusdam eorum citra  
negationem scribitur[reliquum verò brachium suspensum] ab alijs negatione  
adiectā[reliquum verò brachium non suspensum] verba, vt illis videtur, accō-  
modantibus ad vtramque significationem vocabuli μετὰ, hoc est, suspensi.

” **D**Ebet ergo brachium suspendi per mitellam latam, mollēmq; multum  
brachij cum primā palmę partē æqualiter sustentem.

Duas hīc indicat suspendendi rationes, quas præterierat, eas inquam duas,  
quarum commune est extremam brachij partem sustinere: proprium autem  
vtriusq; vel eam, quæ à cubiti commissurā, vel eam, quæ à manu tantū. Exe-  
quutus enim eam suspendendi rationem, vbi mitella solummodo fracturā ex-  
cipiebat, atque alteram, vbi vtramque extremitatem, deinde subiiciens verba  
proximē posita, in quibus præcipit, vt plurimum ex brachio, cū primā palmę  
parte, mitellā æqualiter sustineatur, reliquas duas suspendēdi rationes eiden-  
ter reprehendit: quū non habeant id, quod maximē requiri voluit. siquidem  
neutra primam palmę partē, & plurimum ex brachio æqualiter fulcit, non ta-  
men propriē eas hīc expressit: præcipuē (vt dixi) quod intelligi ex superiori-  
bus possint: tum quòd leuem omnino noxam afferant, vbi nihil in deligando  
peccetur. duæ enim superiores suspēdendi rationes, eā de causā plurimum erāt  
alienæ, quòd fractura cōtineretur contrario modo, atque eius partes vtrinque,  
quū interdum sola à mitellā attolleretur nullā eius particulā fultā, interdum  
sola deorsum conuerteretur.

FINIS PRIMI COMMENTARII  
GALENI IN HIPPOCRATEM  
DE FRACTVRIS.



## Galenī in Hippocratem de fractu-

RIS COMMENTARIUS SECVNDVS, VIDO  
VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.

De humero.

T vbi humerus perfringatur.

10 **A** Testantur nonnulli ex ijs, qui librū hunc exponunt, Hippocratem, vt supra πῆχυν vocauit modò eam partē totam, quæ inter manū & cubiti articulum est, modò cubitū, qui è duobus ossibus longior est, itā nunc humerum appellare *ἄνω*, nempe id os, quod à cubiti articulo pertinet ad humeri caput.

Alij non ipsa ossa, sed partes, quæ inter articulos sunt, volūt ijs vocabulis nuncupari, quod consueuerimus itā loqui, ille in capite plagam accepit, vel in malis, aut naso, & vbi plaga cutem tantū violauit, & vbi altius aliquid læsit, puta musculi membranam, neruum, arteriam, aut venam. quin, quū humerum exulceratum dicimus, ostendimus humero id mali incidisse, quod vlcus vocatur. at, quū definitione vlcis caro continetur, quamuis nominatim nō explicetur, vlcis tamen vocabulo notatur. carnis enim diuisionem appellamus vlus, sic, vt, cū dicimus Dioni exempli causā humerum esse exulceratū, carnem humeri significemus. eādē ratione, quū fractum humerum dicimus, significari volunt os huius partis eo vitio teneri, quod fractura nuncupatur. sed controuersia hæc de nominibus, ac significationibus nullo modo ad fracturæ curationem pertinet. neque enim quidquam officit, aut prodest. quæ verò in sequētibus docet, quā ratione curare fractū humerum conueniat, ostendunt. cuncta autem (vt milii videtur) plana sunt, non secus, atq; alia, quæ suprā de brachio tradidit. ea enim paucis admodum verbis exceptis, clara erāt. longius autem lapsi sumus, quū causam adiecerimus, cur singula præcipit: quæ  
30 res, & si expositionis fines excedat, fieri tamen (vt retuli) ab omnibus expostitoribus consueuit. at, quū hæ rationes alibi paucis ab ipso ostendantur, neque nos hīc eas tanquā auctores adiecimus, sed ordinem mutauimus. totus autem nunc propositus sermo, si per se examinetur, cōsidereturque, perquam facilis est. adde quòd ratio singulorum, quæ tractantur, fuit in sermone de brachio explicata. ad communia enim præcepta, quæ ibi tradita sunt, hæc quoque referuntur. primum de vniuerso brachio figurando: tum de extendendo, de componendo: postremò de continendo ac suspendendo, quæ continendi species est. His itaque habitis, si quid se offeret, quod breue sit, & non planum in sequentibus aperiemus.

40 **S**I brachium extendatur, eoque sic figurato intentio adhibeatur, humeri lacertus intentus alligabitur, atq; vbi, qui deligatus est, cubitum curuet, humeri lacertus habitum mutabit.

Proposita orationi illud adijcere oportet, quod antea dictū est, scilicet, vbi humeri lacertus ab iniecto vinculo aliter figuretur, futurum esse, vt alias eius partes vehemēter vinculum comprimat, alijs laxius sit, atque delabatur: compressę item partes inflammatione tententur, sed relaxatis vinculis membrum peruertatur. Quare brachij habitus nullo modo variādus est, sed perpetuo (vt

suprà demonstratum est) à principio ad finem seruandus. At contrà, si ille habitus seruetur, in quo extensum membrum deuinctum est: vinculum quidem nullo loco arctius erit, aut laxius, sed ipse habitus, quàm vitiatum sit (vt suprà declarauimus) dolorem, atque idcirco inflammationem afferet.

» **I**ustissima itaque intentio ad humerum sic adhibetur, lignū, quod cubitum  
 » æquet, vel paulò breuius sit, qualia sunt ligonū manubriola, habena ab utrâ-  
 » que parte alligatum suspenditur: homo autem sublimiori alicui sedi insidet,  
 » brachiūq; super manubriolum imponit, sic, vt id in alam indatur eâ mode-  
 » ratione, vt ille vix confidere possit, nihilque propius sit, quàm vt suspendatur.  
 » tum aliquid aliud paretur, cui brachium inhæreat scorteo puluino superdato 10  
 » vno, vel pluribus, ità, vt ad eam altitudinem perueniat, vt cubitus ad rectum  
 » angulum collocetur. commodissimè autem lorum molle, latūq; seu lata ha-  
 » bena circundatur, atque inde magni ponderis aliquid suspenditur, quod ex-  
 » tendere conueniēter possit: aut in vicem huius, robustus aliquis in inferiorem  
 » partem cogit cubito cum humero ad rectum angulum figurato.

- A Lignum quod cubitum æquet.
- B Habena per quam suspenditur.
- C Sedile sublimius.
- D Brachium super manubriolum impositum.
- E Aliquid aliud cui brachium inhæreat.
- F Scorteus puluinus.
- G Cubitus ad rectum angulum.
- H Lorum molle, seu lata habena.
- I Magni ponderis aliquid.





Ostenſum eſt in libris de philoſophiâ, naturæ iuſtitiam in eo conſiſtere, vt quod vniciq; conuenit, diſtribuat, nō lege aliquâ, ſed ſuo pte nutu. quod iam ſuprà quoque dictum eſt. dictum eſt in ſuper, eum eſſe iuſtū habitum, qui aptum ſitum vniuſcuſque particulæ membri tuetur. demonſtratū eſt etiam huiusmodi habitum minimè omnium lædere. hic autem in brachio eſt, vbi cubitus cum humero ad rectum angulum collocetur. toto itaque brachio ſic figurato præcipit hominem ſedere, iuxta ipſum verò à priori parte poni lignum tranſuerſum, quale ac quantum eſt ligonis manubriolum. ligones verò appellat *σκαλία*, quibus terram fodimus (græci *σκαλίους* dicunt) his annumerantur etiam bipalia (Attici *μυβας* vocant). vult autem huiusmodi lignum, quod iuxta collocatur, immobile reddi, ſic, vt dum manus admouetur, nec ſurſum feratur, nec deorſum. quod continget, ſi ab vtroque extremo habenis vinciatur: quæ ad aliquid ſublime religentur, vt lignum inde ſuſpendatur. Præcipit igitur, vt æger brachium antè ſuper ipſum imponat, hoc eſt, vt lignum tranſuerſum alæ ſubiiciatur: tū is, cuius humerus fractus eſt, ſedeat ita ſublimis, vt parum abſit, quin ſuſpendatur. ſedere autem ægrum iubet, vt vires, dum manus adhibetur, ſufficiant, neq; propterea quod ſtet, conuellantur. neq; in humiliori ſedili hominem collocat, ſed quàm maximè poteſt alto, quùm ſedet: & ob ipſum medicum, vt rectus agere poſſit, neq; plurimùm cogatur deorſum inclinari: & ob ægrotantem ipſum, cui magis expediat ita ſedere. ſolent enim, quibus brachium extenditur, præ dolore ducentem ſequi, atque attolli, nec in eadē ſede penitus, quā collocati ſunt à principio, permanere. quo fit, vt intentio remittatur. Hoc igitur cauens imperat, vt homo ſedeat, quantum maximè poteſt ſublimis, & propè ſuſpēdatur, ac ſi paulū attollatur, ſtet. quod, vbi eueniat, neque ipſum ægrotantem, neque alios latebit, atque, vbi non lateat, paruo negotio ruſus, vel ab alijs, vel per ſeipſum in priorē ſedem reſtituetur. quin, vbi homo ita ſedēs ſtabit, paululum mutabitur: plurimùm verò, vbi humilior fuerit collocatus. Quare ex ſeſſionis mutatione minimùm læduntur, qui ſublimiori inſident ſedili, plurimùm, qui humiliori. Conſtat itaque tranſuerſum lignum ab Hippocrate eā de cauſa ſub alam demitti, ne brachio ab inferiori parte intento, æger ſequatur, atque intentionē ſoluat. quod nos ſine ligno ſoliti ſumus ſæpiùs facere per laqueos alæ circumdatos, quorum extrema verſus poſterioreſ partem extendenda ſunt. non ſecus etiam alijs laqueis circumligatis fractum os in diuerſa diducimus, vbi intentio, quæ per manus adhibetur, imbecillior ſit, quàm oporteat. Verùm, ſi hanc credamus per ſe poſſe effectum præſtare, vt in puerili corpore, nō opus eſt ampliùs laqueis, & multò minùs machinamentis habentibus axes, ad quos extremos laqueos alligātes valentiùs in diuerſa contēdamus. quo extendendi modo ad luxata potiſſimum vtimur. In eā autem extēdēdi ratione, quam nunc probat, præcipit, vt brachiū rei cuiſpiam hæreat, quam ipſe vocat *ἑφεσπορ*, hoc eſt, huiusmodi quidpiam, cui firmiter inſadat, ſcorteis puluinis ſubiectis: deinde ab imo humero iuxta cubiti articulum graue aliquod corpus ſuſpendatur, quæ pondera *σκαλίου* nuncupauit: hæc ſunt, quibus vtī conſueuimus, ex ferro, ære, aut plumbo cōfectis. prætereà lorum molle, latū, vel habena valida imo humero circumdetur, vnde pondera ſuſpēdantur.

„ **D**ebet autem medicus curare, ſtans altero pede ſuper quâpiā re ſublimiori collocato: componere autem os prominētiſſimis palmarum partibus.  
facile

1 » facile autem componitur . ea enim extendendi ratio optima est, si quis conue-  
 » nienter ipsâ adhibeat: post fascias iniicere à fracturâ orsus: reliqua verò omnia;  
 » vt antea iussus est exequi, eademq; de homine requirere: tum ex ijsdē indicijs  
 » intelligere moderata, nec ne sint: ac tertio quoq; die soluere, & rursus deliga-  
 » re, arctiusque adstringere.

Eligit hūc chirurgici habitum tanquam firmiorē, idem in opere de offici-  
 nâ medici præcepit, cum inquit [stantē verò oportet pariter ambobus pedibus  
 benè insidere, sed agere altero insistentē, at non eius partis, cuius manus agit.]  
 10 » **D**Ein septimo aut nono die ferulas alligare. quòd si vereatur, ne rectè ossa  
 concurrerint, interea soluere, dirigēsq; rursus deuincire.

Quod in superioribus, quā de brachio, supplendū esse existimaui, idem nūc  
 existimo, scilicet, quū omnia commodè respondeāt, eo tempore ferulas im-  
 ponendas esse. Verū, vbi de brachio egit, septimo die simpliciter iussit feru-  
 las circumdari: in sermone verò de humero, coniunctionē, quam disiungentem  
 appellāt, vsurpauit. ait enim [septimo aut nono die ferulas alligare] eo quòd in  
 humero ob musculorum, quibus continetur magnitudinem, quæ circa fractu-  
 ram sunt, diuturniori tempore ex toto gracilia fiant, laxaque. vbi verò talia es-  
 sent, ostendimus opportunè tunc ad ferulas veniri.

20 » **H**umeri os ferè quadraginta diebus conferuet, quos vbi excefferit, soluere  
 oportet, & pauciores fascias dare, leuiusque arctatas, ac diutius vt victu  
 » magis exquisito, quàm antè: intueri autem manus tumorem, & vires.

Cōferuere, quod *καταμαρτυρεῖ* dixit, intelligit, vbi fracti ossis partes callo firmā-  
 tur, vt in superioribus etiam, quā de brachio. Quo autem grandius est humeri  
 os, eo longiori tempore per callum glutinatur. Reliqua omnia, ex ijs, quæ dicta  
 sunt de brachio, plana sunt. nullā igitur opus est explanatione.

» **I**llud etiam ignorare non oportet, quòd humerus naturā ab exteriori parte  
 » gibbus est, & peruerti facile solet, vbi malè curetur. quin & alia ossa omnia,  
 » quæ naturaliter aliquā parte gibba sunt, vbi comminuta curantur, facile ab eā  
 » peruertuntur. Ergo, vbi tale quidpiam timetur, lata fascia humerum excipiens  
 30 in orbem circa pectus agatur: & quū quiescere humerum oporteat, pannus  
 » multiplex implicitus inter cubitum, & latus subiiciatur, vel quidpiā huius ge-  
 » neris aliud. hāc enim viā os gibbum dirigetur. est autem cauendum, ne nimis  
 » in interiorem partem conuertatur.

Quæ in sermone de humero vsque ad finem scribuntur, omnia clara sunt,  
 namq; ipse causam exponit, cur in exteriorem partem conuertatur, & quo pa-  
 cto in contrariam coactum dirigi debeat. iussit autem, vt multiplex pānus in-  
 ter latus & cubitū demitteretur, ne humerus attingat latus, sed in medio spa-  
 cium sit, quo cōpulsus habenā ad pectus adducente minimè deprauetur, quū  
 naturā in exteriorem partem spectans ad interiorem conuersus dirigitur.

De pede & manu.

40 » **P**Es hominis ex multis minutisq; ossibus constat, quemadmodū & manus.  
 Similitudinem quandam habent inter se totius cruris & brachij partes.  
 qualis enim est humerus in brachio, tale est in crure femur: quale item in bra-  
 chio est id, quod est inter cubitum & manum, tale in crure id, quod inter ge-  
 nu est & pedē: reliqua verò pars, scilicet manus, pedi respondet. Ceterum ma-  
 nus apud græcos proprium nomen non inuenit distinctum à toto brachio, si-  
 cut pes, qui nomen habet distinctū à toto crure. quare Hippocrates meritò pe-



dem simpliciter *πῆδη* vocauit *ἄκρον* vocabulo non adiecto: manum verò non i vno verbo expressit, sed *χεῖρα* dixit, quod brachium significat *ἄκρον* adiiciens, quo extremum notatur. Sed satis dixi de vsu nominum, venio ad res. Ijs, quæ superiùs tractauit, proximus erat sermo de manu. ipse verò non tantùm agit de hac, sed etiam de pede, sermonemque de ipso dilatat, quòd maiore diligetiam requirat. Dicit ergo vtramque partem ex multis minutisq; ossibus constare. nos autem adiungimus [& duris] quandoquidem medullà carent, caua minimum sunt, & à lapillis paruis non abhorrent. Simile igitur est totum brachium toti cruri, atq; itidem vnus extremum extremo alterius. qualis enim in manu primæ palmæ pars est, tale est in pede id, quod inter talos est & plantam. tum qualis in manu palma, talis plâra in pede est. similitudo autem, quæ inter digitos est, vel me tacente, clara est. præter hæc in pede sunt ossa iuxta calcem, atq; idcirco de pede plura verba facit, quàm de manu. quæ quidem pes habet, communia quoque ipsius manus primùm enarrat, deinde illa subdit, quæ propriè ad pedem pertinent. Primam igitur palmæ partem complent octo ossa, palmam quatuor. at singuli digiti ternis ossibus continentur, vt in vniuersū ossa manus septem sint & viginti. sed in pede quatuordecim sunt ossa digitorū. nam magnus digitus ex binis constat, planta ex quinis. quocirca in vtrâque parte sunt decem & nouem. Totidem in manu palmam & digitos explent, quum planta vno osse palmam excedat, ac digiti manus, pedis digitos æquè vno osse ex-  
perent. quocirca, si vtraque pars ad vtramque cōferatur, idem erit ossium numerus. Restant in manu ossa octo, quæ primam palmæ partem constituunt: in pede autem ea pars, quæ inter talos & plantam sita est, cum calce ac talo, quæ omnia ossibus octo continetur. Calcis autem os, omnium, quæ in vtriusque extremitate sunt, maximū, sustinet talū & crus, ac propè corpus fert vniuersum, vbi stamus: à priori autem parte committitur cum osse, quod à cubi similitudine *κνῆσθῆναι* appellatur: perinde atque tali caput, cum eo osse, quod, quia scapham repræsentat, *σκαφοειδῆς* dicitur, cum vtroque horum iunguntur alia ossa, quæ partem potissimū inter talos & plâtam explent. Si quis autē velit talum extremo cruri reddere, idem erit ossium numerus in vtriusque membri extremitate, ità, vt docendi modo, non naturā ipsā rerum inter se discrepent, qui viginti septem, & qui viginti sex ossa pedis esse affirmant. erunt enim viginti septem, vbi talus non annumeretur cruris ossibus, sed sine hoc viginti sex. Rectè igitur scribit [pes hominis ex multis minutisq; ossibus cōstat, quemadmodum & manus.] agit enim cū ijs, qui prima elementa didicerunt, & incidendis corporibus operam dederunt, in memoriam reuocans, quæ perceperunt ad hunc locum faciētia. quum non solū scire conueniat propositarum partium vtrâque ex multis duris minutisque ossibus constare, sed meminisse etiam habitus & magnitudinis singulorum, & quâ ratione cū proximis connectantur. quod *ἄσπερ*, id est positionem vocant, vt, vbi aliquod ex ossibus, quæ his partibus sita sunt, suo loco mouetur, promptè restituamus.

○ Ssa hæc ferè non rumpuntur, nisi acutâ, vel graui quâpiam re carnosâ partes vulnerentur. De vulneratis autem dicemus, vbi vlcerum curationem persequemur.

Carnosæ partes *ῥοδρα* nuncupauit, quo vocabulo vocant Iones, quidquid in nostro corpore carnosum est. cuius generis præcipuè sunt, cutis, & musculi, tum membranæ ac viscera. ossa verò cartilaginem & ligamenta *ῥωγῆς* vocabulo



## COMMENT. II.

161

- 1 cabulo non significant. ad hoc etiam exemplum videtur vsurpari ab Homero, quum cutem *χωῶτα* vocat his versibus.

*Αἰὲ τῶν ἔσται χροῶς ἑμποδὸς ἢ καὶ ἀρεῖας.*

Et iterum,

*εἰς αὐτὴν μὴ κλαίσεις κατὰ χροῶν καλὸν ἰδέσθης.*

- Propositarum igitur partium ossa ait, ferè non perfringi sine vlcere. illud enim [nisi carnosæ partes vulnerentur] idem sibi vult, quod [sine vlcere.] nihil autem interest, quod ad hunc locum attinet, vlcus ne an vulnus nominetur. at qui carnosæ pars extremis membris minima est, plurima autem in humero & femore. Ea igitur tota facillè læditur, vbi externum aliquid super manū vel pedem incidat, quod frangere aliquid possit ex ipsorū ossibus. Abrūpitur autem os quatuor de causis maximè generalibus. super ipsum enim vehemētī impetu incidit aut aliquid cōterēdi vim habens, quod planè necesse est naturā durum esse, & mole non exiguum: aut aliquid, quod non tantum cutem, & quæ inter cutem sunt & ossa, sed hæc quoq; secare possit. quem morbum Hippocrates in libro de vulneribus capitis *ἑσπαι* appellat: nonnulli etiam ob saltum ex altiori loco frugerunt tibiæ, vel femoris os, quod sicciora his essent, & non itā densa: videmus item in palæstrâ cōminui os *κατὰ πρὸς κλάσις*, hoc est, vbi tibia vnà cum surâ perfringitur, & præter fracturam, vulnus quoque magnum accedit, atq; ossa nudantur. quod fracturæ genus accidit, cum luctantis membrum cruri ipsi transuersum subiicitur, atque vtrunq; eius extremū, tam quod à genu, quàm quod à pede est, deorsum versus cogitur. Euenit huiusmodi tale lignis, quæ nos de industriâ rūpimus. imposita enim super vtrunq; femur obliqua, & manibus ab vtroq; extremo in inferiorē partem coacta effringi media videmus. Quemadmodū igitur, neq; magnū lignum, neque validum, sed paruum & infirmum hâc ratione frāgitur, itā, cum os infirmum naturā fuerit, medium sub propositis palæstræ generibus perrūpitur. At ossa, quibus extrema membra continentur, sub huiusmodi palæstre generibus, siue ex superiori loco saltâtes deorsum ferantur, & in terrâ incidunt, siue pes vehementer conuellatur, non facillè rumpuntur. his enim ictibus franguntur ligamenta ossium
- 30 magis, quàm ipsa ossa. cuius causa est, eorū non tam exiguitas, quàm durities. sed neque externa, quum magnā vi super incidūt, possunt hæc ossa facillè perfringere, nisi duriora illis sint, & grandia. at quod tale est, neq; carnē inuiolatā relinquit, quæadmodū nec ictus ab acutâ re. nam & hic priusquā attingat ossa, quæ ipsis superiniecta sunt discutit. Quare meritò dixit ossa hæc ferè non abrumpi sine vlcere. sed quoniam in sequentibus seorsum de fracturisaget, quibus carnis quoque vulnus accedit, hæc ad eum huius libri locum referuauit.
- " Siquis erumpat ex digitorū articulis, vel aliud quidpiam ex ijs ossibus, quibus continetur pars pedis, quæ inter talos & plātam est, compellere singula in suam sedem oportet, quemadmodum in manu.
- 40 Quod ait [quemadmodū in manu] accipiendū est, non quasi aliquid præfatus sit de ossibus, quæ in manu sita sunt, sed quasi itā scripserit, singula ossa pedis in suam sedem compellenda sunt, id, quod etiam fieri debet in manu. Cōpellere autem Hippocrates dixit *ἀναμάζειν*, vel, vt alia exempla habent *καταμάζειν*, quod idem sibi vult, ac si dicat, os suo loco motum restituere. mouetur autem, vbi ligamēta, per quæ cum proximis annectitur, abrūpuntur. non tamē abrumpuntur omnia ligamenta, quæ prolapsus os in orbem comprehendūt. rarò enim id ex toto accidit. in quo casu os, quod itā læditur, suam sedem relin-

quens ad cutem prorūpit, præsertim quibus ea laxior est, ita, vt ossi, quod prolabitur, parū renitatur. eā verò de causā ferè non solet os, quod mouetur, in inferiorem partē pedis excidere, quia cutis, quæ pedi subiecta est (*ix* & græcè dicitur) crassa est & dura. adde, quod, quæ pedem feriunt, plærunque à superiori parte super ipsum cadūt. Ergò hāc vnā viā os, quod suo loco mouetur, in inferiorem partē excidet, scilicet, quū ex superiori loco quis saltauerit super rem aliquam, quæ eminentias habeat admodum asperas acutāsve. Quæcunque igitur vndique prorsus resoluta sunt, vbi suā sede mota in superiorem, vel inferiorem pedis regionem veniunt, ægrè recōduntur: si quando autem (quod rarò accidit) recōdatur, semper magno negotio in suā sede seruantur. namq; vbi os rursus vehementer moueatur, nihil erit, quod ipsum contineat, vtpotè solum ligamētis, quibus alligabatur: quæ si non fuerint ex toto abrupta, sed aliquā ex parte integra, sicut euenit, quibus procidere solet, distēdentes totum pedem vrgebimus.

¶ **T** Vm cerato mederi pannis fascijsq; non secus atq; vbi frangitur, excepto quod omittēda ferulæ sunt, eodēque modo adstringere, ac tertio quoque die alligare. is autem, qui deuincitur, similiter atque in fracturis adstringi se respondeat, vel laxari.

Qualem curationem ad fracturas tradidit, talem nūc ad ossa, quæ extremis membris mouentur, præcipit adhiberi. Primò, siquidē extendere conuenit, ad hoc, vt ossa, quæ prolapsa sunt, in suam sedem compellantur: tum, vbi reposita fuerint, deuincire, cōsilio ad idem directo. propositum enim est membrum ab inflammatione, tueri, & sub linteis adstringere, continereque os, quod restitutum est. In superioribus autem ostensum est hāc nullo modo rectè fieri posse, nisi sanguis, qui in affectā sede subsistit, ad summum atque inum membrum depellatur, prohibeaturque, quo minus alter cōcurrat. Hęc itaq; si in memoria habeatur, spectantes vniuersam vinciendi rationē fracturis idoneam inueniemus, quam hic vtendā dixit, nisi q; ferulæ non debēt circundari. quandoquidē loci natura eas non patitur. nam partes quibus ferulæ iniiciēdæ sunt, æque plantæ esse debēt, cuiusmodi non est ea pars pedis, quæ inter talos & plantā sita est.

¶ **O** Mnia hęc viginti diebus perfectè ad sanitatē perducūt, nisi, quæ cum cruris ossibus iunguntur, vel ex eius regione sita sunt. interim verò iacere conuenit, non tamen id sustinent, qui morbum paruifaciunt, sed ingrediuntur priusquam conualescant, eoque fit, vt plærque non benè sanētur, sed subinde languoris sensu aliquo tententur, atque id quidē non iniuriā. ferunt enim pedes onus corporis totius. Vbi ergo nondum conualuerūt, si inambulāt, articulari, qui moti sunt, malè cōfirmantur, atque hāc de causā subinde ossa dolent, quæ cruri iunguntur. Porro quæ cruris ossibus iungūt, cæteris maiora sunt, & cum mouentur, longiori tēpore confirmantur, sed medendi ratio eadē est.

Cruris ossa intelligit tam surā, quā tibiā. volens autem significare è regione, *ut* dixit, quam loquutionem sapiūs varijsque in locis vsurpauit. sed & paulo inferiūs eādē ter ex ordine vititur, de crure pertractās, quū ait [se-moris enim caput superius corpus fert. id autem ab interiori cruris parte situm est, at non ab exteriori, sed è regione tibiæ, tum quia pars altera corporis è regione huc propiūs accedit, quā ad exterius os. adde, quod os interius plenius est, quā exterius, non secus atque in brachio, vbi os, quod è regione minimū digitum spectat, tenuius est, & longius.]

Pluribus



<sup>1</sup> **P**uribus autem fascijs, pannisq; vtendum est.

Vt ossa, quæ reposita sunt, suo loco maneant, solét tum fasciæ, tum panni circumdari, præsertimq; cum loci inæqualitas alligari ferulas non finit.

<sup>2</sup> **F**erè autè hinc atq; hinc vincire cōuenit, adstringereq; sicut cætera omnia eâ parte potissimū, quâ os prolapsum est, primūq; ibi fascias circummagere.

<sup>3</sup> In prioribus imperauit, vbi fractum os in aliquam partem conuertatur, si ad dextram inclinét, vt ad sinistram adducatur: si ad hanc spectat, vrgeatur ad dextram. At vbi alligare pedem oportet, in neutram partem debet vinculum inclinari, quum ossa, quæ suâ sede excidunt, non ad latera, sed ad superiorem, <sup>10</sup> vel inferiorem partem conuertantur.

<sup>4</sup> **Q**uotiescunq; vinculum soluitur, multâ aquâ calidâ fouēdum. in omnibus autem, quæ iuxta articulos sunt affectibus liberaliter calida aqua perfundenda est. quod ad laxandum vel adstringēdum pertinet, iisdem temporibus eadem indicia se ostendant, quæ in superioribus: resoluerè item, & rursus deligare similiter expedit. Hi autem quadraginta diebus ex toto conualescunt: præsertim, si iacere sustinent, sin minùs, in eadem mala incidunt, quæ superiùs posita sunt, atque etiamnum grauiora.

Quum leniendus dolor est, & corpora, quæ adstricta sunt, laxāda, tunc præcipit, vt multa calida aqua perfundatur. id potissimū accidit in affectibus articulorū, quum hæ partes ossibus magis, & neruis contineantur. Adstringuntur igitur sub inflammatione, & magis dolorem sentiunt, quod magis neruosa sint. Appellauit autem affectus *διεξ*, quoniam affici *διεξ* dicit.

#### De calce.

<sup>5</sup> **Q**uicunq; ex superiori loco saltantes, calci vehementer insistant, his ossa diducuntur, venæ sanguinem effundūt, carne circa os attritâ, tumor magnus oritur, & dolor. hoc enim os exiguum non est, extatq; è regione sub tibiâ. *ἐκχυμῶς* dixit venas, significare volens effundere succum, quem continent, nempe sanguinem, quod fit, quum colliditur earum tunica. corpora enim, quæ <sup>30</sup> colliduntur, naturalem vnitatem amittunt, quum pluribus exiguisq; partibus diuellantur, quibus sanguis suffunditur. Hunc igitur effusum sanguinem recipiunt loca, quæ venam cingunt, quibus non feruatur, qualis recipitur: tempore siquidem nigrescit, perinde atque vbi extra corpus effusus diu manet: con- crescit insuper, quam rem græci *θρόμβωσις* appellant. hinc factum est, vt sanguis propterea, quod concresecat *θρόμβος* iam, & dicatur, & sit. prius autem nigrescit, sanguini, qui à venis in corpore funditur: namq; vbi natura vincit, hunc non secus mutat, atque alium, qui in inflammatione suppuratè continetur, vertitq; in pus. Ad hoc autem vt partium naturā sanguinem superet, duo obseruanda <sup>40</sup> sunt, alterum, ne inflamatio corpori superueniat, id quâ ratione fiat, suprà habuimus: alterum, vt sanguis, qui effusus est, detrahatur. In hæc itaque incūbens Hippocrates omnia, quæ subiiciuntur, præcepta sigillatim tradit. Diducuntur (inquit) ossa his, qui ita saltant, abruptis nimirum ligamentis, quibus ipsa ne- ctebantur, sicut paulo suprà de eâ parte, quæ inter talos & plantam est, dicebamus. iungitur autè cum calce à superiori parte talus, à priori id os, quod à cubi similitudine græcè *κυβοειδής* vocatur, sicuti cum talo à priori parte id ossis com- mittitur, quod à scaphæ similitudine *σκαφοειδής* græcè nominatur. cum utroque



autem horum, scilicet cum eo, quod cubum & cum eo, quod scapham refert, 1  
quatuor ossa, quæ inter talos & plantam sunt, committuntur. omnia autē hæc  
ossa tam manus, quàm pedis in commentario de ossibus exposita sunt.

» Coniungitur item venis & nervis grandioribus, posteriôrque; chorda huic  
» ossi innectitur. Hos igitur curare oportet cerato pannis fascijsq;: ad hæc  
» calidam aquam largè infundere, fasciarumque numerum augere, tum alijs vti  
» optimis præsidijs, ac maximè lenibus.

Coniungitur, inquit, os calcis nervis quos nominat *ἐπιμυαίτες*, id est, grádiores, tum venis non parvis. Innectitur item huic ossi posterior chorda, quæ ducitur à musculis, qui siti sunt in parte cruris, quæ carnosà à posteriori parte 10  
prominet. De his autem abundè diximus, tam in eo libro, qui de corporum,  
quàm in eo, qui de musculorum incidendorum ratione est. ea autem tenere ad  
vnguem debet, qui assequi vult, quæ nunc ab Hippocrate traduntur.

» Quid si cutis, quæ calcē tegit, naturaliter tenera est, relinquenda est, quomodo se habet: sin dura & crassa, qualis in quibusdam cōspicitur, æqualiter succidenda est, atque extenuanda, non tamen vulneranda.

Propositis vitijs circa calcem, atque adiunctas partes periculum est, ne ingens dolor atq; inflāmatio non modica superueniat. huiusmodi enim partes ossibus continētur, non quibuscumlibet, sed valdè minutis, ità, vt vel levis inflāmatio magnum dolorē possit comprimendo excitare. chordę verò, quo calci à 20  
posteriori parte innectitur, cum grandior sit, vbi inflāmatur, periculum erit, ne nervorum distentio superueniat. quin & cum hâc parte iūguntur multi nervi, qui ossa contingunt, quod in libro de incidendis nervis ostendimus. Reliqua igitur vniuersa curatio diligentem animaduersionem requirit, & quod ad vitum tenuem pertinet, & quod ad modum calidæ aquæ perfundendæ. sed & cutis, quæ pedi subiecta est (*ἡ δὲ* græcè dicitur) incidenda est magnâ cū moderatione. vbi dura est, altitudo plagę debet duritiei altitudinem æquare. occalescit enim quibusdam, ità, vt ne paululum quidē sanguinis fundat, nisi scalpellus altè admodum demittatur. Illa igitur secanda est, quæ sanguinem non fundit: quæ verò statim cruentatur, relinquenda est. nam, si secetur, dolet. At 30  
neque in illâ, quæ dura est, quouis modo, sed æqualiter incidere conuenit, id, quod ex ipsâ cute durum est. spectare autem tria debet, qui æqualiter incidit. primò, longitudinem sectionis, deinde altitudinem, tertio, interuallum. sectiones autem æquè longæ, atque altæ sint, oportet, & æquè inter se distantes, vt vniuersa cutis, quæ pedi subiecta est sine tormento inflāmationis tempore similiter distendatur. Constat autem omnem inflāmationem distendere, quodque distenditur dolere, atque idcirco inflāmationem augeri, & nervorum distentionem excitari. Quemadmodum igitur liberalis aquæ calidę perfusio, cui oleum copiosè sit adiectum, saluberrima est, ità etiam secundam cutem duxit scalpello eatenus altè demisso, vt hæc minimè cruentetur. 40  
vtiliter autem excogitauit huiusmodi sectionem. quandoquidem in alijs partibus, vbi vehementer inflammantur, cogimur cutem scalpello exasperare: partim educentes aliquid eius sanguinis, qui in inflāmatione superat: partim expirationem efficientes: partim laxantes, quę sub inflāmatione distendebātur. At in pede inflāmatione nondum ortâ festinabimus ad cutem incidendam, eo quòd durissima sit. vbi verò talis est, nequit sub inflāmatione ampliùs extendi. quamobrem dolebit hæc, & vehementissimè premet intentione

1 tione quâdam proximas partes, præcipueque latam chordam, quæ illi iuncta est, cuiusque initium est ex fine vnus ex musculis sitis in posteriori parte cruris, quæ carnosâ prominet. Igitur, vbi hæc dolore, atque inflammatione tenetur, periculum est, ne totus musculus eadem sentiat. id si accidat, neruorum distentionem sequi verisimile est. Ob hæc itaque omnia cutem, quæ sub pede est, secare, vt dictum est, conuenit, deinceps, vt retulit, extenuare, hoc est, tenuem reddere. id autem fiet, si molliatur ipsius durities, & multitudo exhauriatur. Ad hæc ambo valet oleum, & aqua calida, si copiose infundatur: à perfusione verò priusquàm vinculum detur, olei, quod nullam adstringendi vim

20 habeat, inunctio.

“ Hæc benè alligare non cuiusuis est. nam si quis vinciat eo modo, quo cætera circa talos vinciuntur, fasciâ modò ad pedem datâ, modò ad ipsam chordam, circumactâ fasciæ compressio, calcem, quâ ictus fuit, expellet.

Diſtentionem [benè] ἀγασθῆς dixit, sapè enim ab alijs veteribus ita vsurpatur. præcipit autè, vt vitia, quæ circa calcem sunt, vinciantur eâ ratione, quâ fracturæ, eos reprehendens, qui eo modo deligant, quo deligare sæpius consueuimus, vt medicamenta, seu cataplasmata, seu quædam ex perfusione madentia, eâ parte teneantur. vinciendo modus, quem damnat, sic se habet. Fascia ab alterâ parte talorum orsa, obliqua fertur à priori parte extremi cruris, quâ talus extat, quem 20 ἀσπράλας vocant, inde transuersa sub pede deinittitur, eoque circûdato vsque ad cõtrariam partem obliqua rursus infernè sursum procedit ad priorem partem tali, eique iniicitur, quemadmodum antè. At vbi ita circumeat, necesse est in priori parte pedis sibi occurrat, & X. literam repræsentet, inde in orbem circa talos data eò redeat, vnde incepit, sic autem iterum circumagitur, ita, vt eodem reuertatur, tertioque similiter voluta rursus ad suum initium redit, atque inde rursus circa talos porrigitur. verùm alij, vbi transuersam sub pede fasciam dederūt, non protinus obliquam sursum attrahunt ad talos, sed antè per superiorem partem pedis in orbem ipsam adducūt, quemadmodum alij in orbem circa talos, sic, vt obliqui circuitus ab ijs, qui in orbem sunt, comprehendantur.

30 Hæc quidem vinciendo rationes vsitatæ sunt, sed ad proposita vitia minimè accommodantur, quòd ante fascias nihil ibi imponatur, quod illis continendum sit, neque calx vitio vacet, sicut in eo casu, qui illas requirit, sed ipse primò lesus sit. quare proposita vinciendo ratio, quùm ad calcem sanguinè exprimat, ipsum expellit. at contrariū fieri debet. sanguis enim à calce ad partes, quæ iuxta sunt, per vinculum expellendus est: quam rem ea duntaxat vinciendo ratio præstat, quæ ad fracturas pertinet, quâ suprà demonstrauit, eadem igitur nunc vtitur.

“ Atque hoc pacto periculum est, ne os calcis corrumpatur. Corruptatur dixit σφάκελος. nam, quùm pars ex toto corrumpitur, veteres dicere id vitium solent σφάκελος, quod, vbi carnosus partibus accidit, alijs 40 nominibus appellant. Vocat item Hippocrates carnem, quæ putrescit, σπέρμα, μύθος, σπέρμα, σπέρμα, atque alijs etiam num vocabulis. At vbi os ex toto corrumpitur, σφάκελος vsurpat, quod vitium ossibus accidit, vbi à superiectâ carne pernicioſa sanies profuit, quæ hæc ipsa irrigando corrumpit.

“ Quid vbi corrumpitur, morbus æuum durat.

Apertiùs dixisset totam ætatem hominis. habet autem ipsius oratio hanc mentem. si quâdo calx corrumpatur, casus curationem non recipit, quodque ex eo sequitur malum, totam ætatem hominis durat.



» **N**Am alioquin, vbi calx hoc modo non corrumpitur, sed quòd nigrescat, 1  
 » quia dum homo iacet, negligēter habitus sit, vel quia crus iamdiu graue  
 » vulnus acceperit, quod calx etiā sensit, vel vitiatī semoris, aut alterius affectus  
 » causā diu iacuerit, diuturna tamen res est, & molesta. tum subinde recrudescit,  
 » nisi summā diligētiā, & longā quiete attendatur. Quare quācūq; hoc modo  
 » corrumpuntur, prāter aliam noxam, corpori summū quoque periculū afferūt.

Calcis os (inquit) non modò ex propositis affectibus vitiatī solet, sed ex eo,  
 quòd calx diu iacuerit (quam rem ὑπὸ πᾶσι dixit) nigrescit sēpē, quando negli-  
 genter fuerit collocatus. id autem euenit, vbi super quāpiam re durā cōtinetur,  
 neq; subinde attollitur: sed ijs, quæ subiecta sunt, cōtinēter calefit, premiturq;. 10  
 Quocirca attollēdus est, mutandusq; orbiculus ex lanā molli, quē nonnulli ex  
 græcis ῥόδιον dicunt. eius autem cauum respondere debet magnitudinī calcis,  
 quo orbiculo itā calx fulcitur, vt imum eius attollatur, ne comprimatur: ne in-  
 caleseat, ne expirare prohibeatur.

» **S**equuntur enim febres acutę admodū, continentēsq;, cum tremore, singul-  
 » tu, mentis alienatione, quæ paucis diebus hominem præcipitant.

Hæc fieri inquit, vbi calx corrumpitur, non eā de causā, quia os alienatur.  
 ip sum enim, si per se circūscribatur, nullam superiorū partium afficit, sed quia  
 ad partes, quæ ipsum cingunt, ipsiq; alligātur, eius vitium pertinet, idcirco su-  
 periores quoque corporis partes læduntur. Chorda igitur, quę calci innectitur, 20  
 vbi inflammatione teneatur, musculos quidem posterioris partis cruris, quæ  
 carnosā prominet, propter consortium afficiet, quū ab ipsis oriatur. quibus  
 musculis affectis, nerui, qui per eos distribuūtur, promptē lēdētur, quē admodū,  
 & arteriæ, per quas cor noxā sentit, sicut per neruos cerebrū. Sed quoniam cor  
 innati caloris fons est, cerebrū verò per se rationis domiciliū habet, & per mu-  
 sculos partes mouet motu, quē volūtarium dicunt, cōsequens est, vt propter cor  
 febris oriatur, mētis alienatio, propter cerebrum, tremor, neruorūque disten-  
 tio, propter musculos, singultus, propter stomachū, qui plurimū neruosus est.

» **H**is accedunt, venarū sanguinē fundentium liuor, nausea, gangrena. causa  
 » compressio est. possunt hæc alioquin incidere, etiā si nihil corrumpatur. 30  
 » Hactenus de ijs, quę superueniunt, vbi ictus vehemēs admodum fuerit, plara-  
 » que tamen leuiter colliduntur, neque itā magnum studium & diligentia exi-  
 » gunt, sed curari nihilominus rectē debent. quod si casus videatur asperior, ful-  
 » cre oportet, aliāque efficere, quæ proposui.

Sanguinem fundentes intellexit venas grādiore, quādoquidem his diuisis  
 sanguis effunditur, quod exiguis venis non accidit. parū enim ab his sangui-  
 nis profluit, celeriterq; citra noxā in oris plagæ concrefcit. Nauseæ nomē du-  
 xit à nauscantibus, atque eā de causā vomētibus, quam appellauit ναυσίωσις, cum  
 Iones ναυσίωσις, id est, nausea sic appellēt. ac ferè, quod antè dixit ἐκχυμώσις, vocat  
 nunc ναυσίωσις, vbi venæ sanguinem expuunt, & quasi vomunt: tum suā imbe-  
 cillitate, quam inflāmatio attulit: tum multo viciosoq; sanguine oppressa, quę  
 constat sub huiusmodi affectibus vitiatī. Gangrēnam vocauit, quū venæ ex  
 ingenti inflammatione emoriuntur. quorum omnīū causam esse affirmat alie-  
 nam vincendi rationem, quæ duplex caput habet: vnum, quòd calcem non  
 comprehendit, sed nudum relinquit: alterum, quòd partes, quas complectitur,  
 arctius adstringit. Diligentiam expressit vocabulo μελέτης. sic enim ab Ionibus  
 appellari solet, & ab ipso sēpius nominatur.

Fasciāmq;



- 1 " **F**asciamq; maximâ ex parte ad calcem dare, & modò circa extremum pedem, modò circa medium, modò etiam circa crus obuoluere: tum, quâ his  
 " proxima sunt, hinc atque hinc omnia comprehendere, quemadmodum suprà  
 " ostensum est, neque arctè admodum alligare.

Vinciendi rationem probat contrariam illi, quam suprà damnavit, quæque apud multos in vsu est, sub quâ sanguis ex alijs partibus pedis ad calcem trāsmittitur. debemus enim superâtes succos, à calce ad alias partes depellere, hūc videntes, quomodo suprà ad fracturas docuit, fasciâque maximâ ex parte ipsi obuoluentes, non tamen nimis arctantes.

- " **S**ed linteorum numerum augere.  
 10 " In superioribus etiam indicauimus Hippocratē velle, vt vinculi firmitatem, vel fasciarum numero moliamur, vel arctiùs adstringendo.  
 " **M**aximè item ad rem pertinet veratrum eodem die epotum, vel certè posteriori. præterea tertio die resoluiere, & rursus deligare.

- Veratrum potui præstat, non eo nomine tantum, vt quæ supersunt, purget, sed & in aliam partem auertat. constat autem dari ab Hippocrate albū, quod vomitum excitat, & à toto corpore materiam in ventriculū auocat, priusquam ad intestinorum sinus deducatur. quod autem albū intelligi debeat, planè licet ex sequētibus colligere. Inquit enim [sed si homo vacat febre, per superiora cōuenit purgare sicut dictū est] Quod igitur ea, quæ superant, vtiliter educantur, quodq; ad cōtrariam partem, atque affecta est, materiam depellere magnum momentum habeat, euidentissimè apparet: at num albo veratro moliri id expediat, nondum est manifestum. strangulare enim interdum solet, vbi redundat in corpore glutinosus succus, aut crassus. quocirca hic prius dissipari debet victu extenuandi vim habente, de quo totum librum composuimus. Fallacissimum ergo est veratrum dare, antequā corpus victu præparetur, quum sapius nō facile sit, vt quales corpori supersint succi, dignoscantur. Hippocratis sæculo veratrum albū fortasse tutò sumebatur ob rationem victus eorum hominum, qui curabantur, qui vitæ genus non ociosum sequebantur, aut intemperans, sed laboriosum, paucisque alimētis erant contenti, sic, vt crassos succos nullâ ratione contraherēt. neq; enim nos latet fieri hos, cū ocio, tum abundantiâ. Quod si vim æstimaueris corporum eius sæculi, quam ex eiusmodi victu comparabant, magis adhuc dari veratrum permiseris. quum, quæ vomitus affert incommoda, ferre homines illi faciliè potuerint.

- " **E**X eo autē intelligitur, futurum nec ne sit, vt hi affectus recrudescant. nāq;  
 " vbi sanguis à venis transfusus, nigrities, & quæ his proxima sunt, subrubicunda sunt & subdura, periculum est ne recrudescant.

- Malos affectus, qui recrudescūt, vocat *παλινοτα παθήματα*, & *παλινοτάδιν* dicit, quasi mala rursus fieri. Docet autem quibus indicijs cognoscantur propo-  
 40 siti affectus, quando futurum est, vt rursus mali fiant. Quæ indicia ad superuenientem inflammationem spectant, quam in primis cauit, ne oriretur. Quilibet igitur inflammatio rubicundiorē duriorēq; cutem efficit, quorum neutrum opus est affectis partibus. mollis enim esse debet, ac subuirdis sanguis à venis transfusus. hunc enim voluit citra inflammationem suppurare. quare, si membrum molle sit, & non rubeat, inflātionem abesse demonstrabit. suppurantis sanguinis indicium erit carentia vtriusque coloris, ruboris scilicet & nigritiei. nam, vbi ruber est, inflammari: vbi ex toto niger est, neque superari,

neque concoqui se à naturâ denunciat, sed cōcretum esse. Hoc enim ipsi acci-  
dit, vbi diutius extra venas maneat, etiam, si in corpore contineatur, siquidem  
in eo casu nunquam in pus vertitur. Contrâ, si natura in corpore superet, verti-  
tur in pus, si ea vincatur, putrescit, non secus, ac vbi extra corpus est, atq; adeo  
magis, quàm in calido loco retineatur.

„ Sed, si homo vacat febre, vomitu purgetur, sicut dictum est: idem cōuenit,  
„ si febris sit, sed non continua: vbi ea non intermittat, abstinendum à purga-  
„ tione, à cibo & sorbitione, aqua potui danda, vitandū vinum, sed nō *ἐφ' ἄλλως*.

Purgare *φαρμακώδεις* dixit. cōsuevit enim Hippocrates vsurpare id vocabu-  
lum, non vbi quauis medicamenta adhibet, sed solū, vbi purgantia. præce-  
pit autem, vt veratrum eodem die detur, vel posteriori, priusquam inflamma-  
tio in affectis partibus oriatur, atque homo febricitet. sed, si febris præuenit:  
siquidem leuis est, veratro nihilominus vtitur, nos verò neque integro homi-  
ne dare veratrum audemus: si vehemens, id præsidium omittit, sed maxima nū  
abstinentiam imperat, non cibo, non sorbitione vtens, solam potionē adhibet,  
neque hāc vini, quod licet nusquam posuisset, fugiendum esse manifestum erat.  
permittit autem, vt aeger eā potionē vtatur, quā dicitur *ἐφ' ἄλλως*, vel etiā mulsā.  
hāc enim potui præstat in tenuissimo victu, & tertiū ad hāc oxymel, quod ex  
mulsā, & aceto cōstat. sed *ἐφ' ἄλλως* fauos habet dulcissimos maceratos, atque in  
coctos, sicut etiā nūc in Hellade cōponitur, cuius ratio est. Fauis expresso melle  
in ollam conijciuntur, in quā pura aqua sit: tum inferuēt, donec omnē prorsus  
humorem in aquā posuisse videantur. is autem humor reponitur, seruaturque,  
& æstiuo tempore bibitur ad sitim tollendam, frigidā aquā dilutus. Hāc ergo  
potione nunc vtitur Hippocrates, si ea non est, sumere mulsam licet. sed oxy-  
mel, vbi neruosa partes vitiatæ sint, alienum est. aceto enim tentantur, quam  
rem & vsus docuit, & ipse demonstrauit. quibus verò idoneū sit oxymel, ostē-  
dit in libro de ratione victus in morbis acutis, quem malè nonnulli inscribunt  
[In Cnidas sententias] nonnulli [De ptissanā] neque etiam hi rectè.

„ Sed, si nullum periculum est, ne recrudescat, sanguis suffusus, nigrities, pro-  
„ ximæ partes subuirides sunt, & citra duritiem.

Vis horū verborum exposita est in eo sermone, vbi inquit [namq; vbi san-  
guis à venis transfusus, nigrities, & quæ his proxima sunt, subrubicunda sunt  
& subdura, periculum est, ne recrudescant] illis enim, scilicet subrubicundis &  
subduris, nunc opponit subuirides, & sine duritie. fiunt enim subuirides, vbi  
paulatim in pus vetuntur: duritie carēt, propterea q̃ inflammatio non est ad-  
modū vehemens. id enim causa fuit, quā obre effusus sanguis verteretur in pus.

„ Quid idoneum testimonium est, vbi cūque sanguis transfunditur me-  
„ tuendum non esse, ne malum recrudescat.

Idoneum dixit *ἰκανόν*, quasi certum stabile, verum, perpetuū. testimonium  
posuit pro signo, siquidem testis est, nobisq; opinionem facit eorum, quæ ab  
Hippocrate propositis verbis traduntur. Inquit igitur positum indicium cer-  
tum esse, vbi sanguis suffunditur, non solū in calce, sed in cæteris partibus  
etiam, idque iure, quàm non ex partiū indicatione, sed ex ipso sanguine trans-  
fuso intelligatur. Malus autem transfusus sanguinis affectus, non par affert peri-  
culum. differt enim pro naturâ partiū, quibus suffunditur. Prouenit tamen pe-  
riculū non ex ijs partibus, sed ex sanguine suffuso, qui in pus non vertitur. quo  
minus in pus vertatur, prohibet ingens inflammatio, vel sub alienā vincienti  
ratione



ratione orta, vel ob succos, qui, aut copiâ sui malè habēt, aut corrupti sunt. quibus Hippocrates succurrit purgatione per medicamenta, nos per venæ sectionem, miramurq; ipsum hâc solâ contentum non fuisse, quum hoc præsidium nouerit, atque ad huiusmodi casus adhibuerit. siquidē in libro de articulis inter alia, quibus opus esse censet ad costas collisas, venam incidi in cubito iubet.

“ In duræ sunt, & liuent, nigritie periclitantur.

Sanguis etiam, qui super terram funditur, interdum diutiùs cōseruatur, modò magis flauus fit, modò in nigriorem, modò in euidenter atrum conuertitur. verisimile autem est ab aëre, in quo cōtinetur, sereno, nebuloso, humido, sicco, calido, aut frigido variè colorari. Præcipua verò causa varietatis colorum consistit in ipso sanguine, qui varius est, sicut in singulis hominibus conspicitur, vel ad atram bilem magis, vel ad flauam seu pallidam, vel ad pituitam accedens, vel etiam aquosus. Id quod illi etiam accidit in animalium corporibus. namque à venis transfusus in varios colores conuertitur, & vbi non superetur, & vbi à partibus, quæ ipsum continēt, in pus vertatur. Meritò autē hoc tēpore liuidus apparet. color enim liuidus illis interiectus est, qui nigri penitus sūt, & qui floridum colorem habent, qualis præsertim est rubicundus, & flauus. sed & hic color, liuidus inquam, à colore florido recedens, ad nigrum accedit, qui apparere etiâ solet, vbi, quæ nigra sunt, dum suppurât, inallescunt. Sæpè enim videre licet, quæ nigra sunt, quum incipiunt verti in pus, liuida se ostendere: tum paulatim nigritie amissâ ad ignis colorē accedētia, albidiora euadere. est enim pus cinerei coloris. Indicat ergo Hippocrates nūc discriminē in eo sanguine, qui transfusus liuidum se ostendit. nam, si cum duritie sic appareat, partes inflammatione tenentur: si sine duritie, inflammatione vacant. quæ inflammatione carent, naturam robustam demonstrant, & sanguinem concoquendum esse, & in pus vertendum: at inflammatio naturæ infirmitatem indicat, quæ ob inflammatarum partium imbecillitatem, & multitudinē mali succi subsistentis, transfusum sanguinem, nec concoquere potest, nec in pus vertere. Sequitur itaque, vt nigrescat & corrumpatur.

30 Edem verò expedit itâ collocare, vt reliquo corpore plærunq; paulò sublimior habeatur, sanescit autem sexaginta diebus, si quiescat.

Si pes humilior sit, sanguis, qui ex crure ad ipsum cōfluat, inflammationē excitabit: si sublimior, nihil confluet. atq; idcirco sublimior omnino continēdus est, non tamen multo. dolet enim, si diutiùs hâc ratione contineatur. quæ verò dolent, in inflammationē incidunt. Sublimiter ergo figurandus est, quatenus non doleat. hoc autē cōperies. si tēdi pedē senties, vbi paulò altior cōtineatur,

De crure.

“ Crus binis ossibus continetur, quorum alterum altero ab vnâ parte multo, ab alterâ paulò tenuius est.

40 Verba hæc, quibus crus appellat *κνήμιν*, eorum confirmare sententiam videntur, qui volunt *πῖχιν*, *ἑρσυχονα*, *κνήμιν*, *μυρόν* vocari ab Hippocrate, nō totum id, quod compositum ex ossibus & partibus superiectis est, sed sola ossa. At reuera ex his ipsis verbis colligitur, non hoc modo, sed illo etiam accipi posse. quare nomina hæc, quibus vritur, duobus modis accipere licet, sicut accipiunt, qui ea referunt, modò ad ipsa ossa tantum, modò ad ossa simul & partes, quibus ossa superconteguntur, sic, vt *κνήμιν* appelletur id, quod inter pedem est, & genu. Duorum autem ossium, quæ in eâ parte sita sunt, alterum scilicet tibiā



græcè appellari *κνήμην*, reliquum scilicet suram, *πρόσθην*: ad hæc tibiā pleniorē esse, suram verò tenuiorem, ac medium, quod minimè carnosum, & per vniuersam hanc partem à summo ad imum in longitudinem fertur, & in his, qui graciles sunt, conspicitur (græcè *σπληννύμιον* vocatur) tibiæ partem esse, nō suræ, atque alia, quæcunque ad ossa pertinētia scire licet, omnia exposuimus in libro quem de ossibus confecimus, ad eos, qui primas institutiones addiscunt.

” **H**Æc ad pedem inter se iunguntur, communemq; appendicem habent. Communem non debemus ita accipere, quasi continuā, atque omnino vnā, sed quasi vtriusque appendices inter se iungantur, & vnus tantum opinionē faciant. ita enim inter se conueniūt hæc appendices, vt vna esse videatur. extremæ verò earum partes rotundæ, quā carne nudantur, non rectè à quibusdam talus nominatur. perpetua enim chorda talum continet ab interiori parte, qui ab hac tectus nec visu comprehenditur, nec tactu.

” **S**Ed recta in crure dehiscunt. Dehiscunt proposita duo ossa recta in crure, hoc est, in longitudine cruris non se contingunt, neque inter se connectuntur.

” **A**D femur autē iunguntur, & appendicē habent: appendix verò discrimen. In commissurā genu, caput tibiæ longè crassius est, quā suræ, atq; idcirco appendix tota esse tibiæ videbitur, ipsamq; ab exteriori parte sura fulcit. Discrimen, quod *ἀκροῦς* vocat, id intelligit, quod in medio extat neruosum cartilaginofumq; quod processus femoris, qui in tibiā coniiciūtur, distinguit, sed in ossibus eorum corporum, quæ iamdiu mortua sunt, corrumpitur, sic, vt aliquis decipiatur, falsumq; existimet, quod ab Hippocrate scribitur, iniuriā quidem, quoniam in recenti cadauere id semper apparet.

” **L**ongius autem paulo est alterum os, quod à parte minimi digiti est. natura ossium cruris sic se habet.

Quod inquit longius, ego sic scribendum censeo [longius autem paulo est alterum os à parte minimi digiti.] Quod si non hoc modo, sed illo Hippocrates scripsisset, confirmaret prorsus tibiæ appendicem in genu communem esse vtriusque ossis, non propriam tibiæ. nam simpliciter longius esset, non ab imā parte duntaxat.

” **L**Vxantur hæc modò à parte pedis: ac tunc, modò vnà cum appendice ossaambo, modò appendix tantum mouetur, modò alterum os.

Putant medicorum aliqui verbum *ὑπαρθεῖν* vsurpari ad ea ossa significāda, quæ toto loco mota sunt, sed *ἐπιπλεῖν* (quo verbo [luxatur] expressit) ad ea, quæ paululum, non tamen ex toto naturali sede excefferunt. Verum hi non videntur legisse librum de articulis, vbi initio protinus ait [articulum, qui cum lato scapularum osse committitur, vidi vno modo excidere nempe in aliam] in quo loco verbum excidere *ἐκπίπτειν* dixit. atqui totum humeri caput eo sinu mouetur, in quo recipitur, quum nō possit paulum excedere, sicut ipse Hippocrates docuit, vbi causam adiecit, quam habebimus, quum ad eum locum veniemus.


” **H**Æc quidem minùs molesta sunt, quā quæ in primā palmæ parte, homines modò quiescant. curatio autem in vtroque casu similis requiritur. namque hæc coniicienda in suum locū sunt, intenta perinde atque illa, sed valentior etiam intentionem requirunt, quatenus corpus hac etiam parte validius est. Plærunque satis duo homines sunt, qui in diuersa contendat. qui, vbi nequeant abundè extendere, facilè est validiorem intentionem adhibere.

Non modò

1 Non modò minùs molesta sunt,quàm quæ in primâ palmæ parte, sed mul-  
tò magis,quàm quæ in pede. Sed quoniam de pede & manu communiter tra-  
ctauit, idèò abundè existimat alterius partis duntaxat meminisse, quæ, quod  
ad molestiam pertinet, media est inter crus & pedem. quâto enim maiorè mo-  
lestiam affert,quàm crus, tanto minorem, quàm pes, & præcipuè quàm calx,  
de quo paulo suprà egit.

2 **N**Am vel rotæ modiolũ defigere oportet, vel aliud quid simile: tum molli  
3 Naliquâ re pedem obuoluere, bubulisque loris latis circumligare, & eorum  
4 capita, vel ad pistillum, vel ad aliud lignum deuincire, eîusque imam partem,  
10 in modiolum demittere, summam recuruare: alios verò & ab humeri capite,  
& à poplite in contrariam partem extendere.

- A Rotæ modiolus.
- B Lorum latum.
- C Pistillum.
- D Ab humeri capite extendentes.
- E A poplite extendentes.



Lignum defigi iubet, quod recipere possit imam partem vectis, per quem  
membrum debet ab inferiori parte extendi. tibi verò ignotum esse non cre-  
do, rotæ modiolum *ῥωτιλίου* ab Ionibus appellari. cum apud poëtam hoc quo-  
40 que vocabulum legatur. Commonet autem Hippocrates, vt vbique ex ijs,  
quæ ad curationem conducunt, illis vtamur, quæ in promptu sunt: & nunc  
etiam meminit modiolũ rotæ, qui præsto nobis esse potest vbiuis gentium: si-  
militer pistillo pro vecte nunc ad extendendum vtitur. Sed quâ viâ adhiberi  
hæc debeant, ipse suis verbis, si animaduertantur, apertè declarauit.

5 **S**ed à superiori quoque parte adhibere vim licet.

Vim, hoc est, valentem in vtramque partem intentionem *ἀνέζυκτος* appel-  
lauit, vt vehementem eius potentiam indicaret.

» Potes etiam, vbi velis, altè lignum defigere rotundum ac leue, sic, vt pars  
 » eius extet, quæ inter crura, media inter anũ & naturale demittatur, vt pro-  
 » hibeat sequi corpus, quod à pedibus extenditur.

Rectum statuit lignum hoc firmiter inhærens, ne corpus (vt dictum est) à pedibus extensum sequatur, quòd collocatũ sit hoc lignum inter anum & primam naturalis partem, quem locum *περὶ ναιον* appellat.

» D E inde, ne corpus inclinetur in id crus, quod intèditur, collocare aliquem  
 » à latere oportet, qui clunem repellat, ne corpus ducatur.


In plarisque exemplaribus, quæ nunc proponuntur verba, proximè possitis subiiciuntur, quanquam sine his vniuersa sententia maneat. vult enim me- 10  
 dium lignum statui inter vtrunque crus, atque ità ab inferiori parte affectum  
 crus extendi, aliquo sursum clunem repellente, ne corpus eà parte trahatur, &  
 in alteram partem inclinatum permittat crus ducetẽ sequi. namque, vbi hoc  
 accadat, intentionem remitti necesse est.

A Lignum rotundum ac leue.

B Extensio à pedibus.

C Repellens clunem à latere.

20



Idem quo



1 Idem quoque fiet, si ad utramque alam lignū figatur, brachia verò feruentur extenta, & alius genu prehensens in contrariam partem adducat.

A Lignum ad utramque alam.

B Alius à genu prehensens.



Modum alium docet, quo prohibere possis, ne totū corpus extētam membri partem sequatur. figit enim lignum ad utramq; alam, quod corpori obiectum, hominem sequi non patitur, quū partes inferiūs extēduntur. Sed nūc nihilominus oportet crus, quod ab inferiori parte extenditur, propriē à genu prehensum in superiorem partem attrahi, atque itā in diuersa diduci.

Nihil etiam prohibet, si placeat, lora alia ad genu, vel ad femur alligare, aliūque rotæ modiolum post caput hominis figere, lorāq; ad aliquod lignum dare, quod in modiolum demittatur.

Vbi velis crus à superiori parte extendi, vt in diuersa diducatur, moliri eam rem poteris iniectis loris, quorum capita sursum adducta ad veltē religētur: imā autem veltis parti, quē hāere pauimento debet, necesse est cauū aliquod subijciatur, cuiusmodi est rotæ modiolus, qui obex velti sit, vt possit in contrariam partem attrahere.

ET ad contraria, atque ad pedes attrahat.

Ad contraria dixit τὰναντία. Sed si scriptum inueniremus (πρὸς τὰναντία) quidnam obscurum in verbis aut sententiā esset? Verū quia legimus τὰναντία, sine præpositione πρὸς, quæ significat ad, duorum alterum existimandum est, aut principio ab eo, qui librū descripsit, omissam fuisse particulam ἐς, vel πρὸς, aut ab ipso Hippocrate de industria, vel, quod idem significet, vel, quod vocē [τὰναντία] vsurpet pro aduerbio, quasi dixerit ὁαντίας.

Pro modiolis etiam poteris lecto mediocrem trabeculam subijcere, eiusque  
vtrunque caput stabilire, lignisque recuruatis lora extendere.

- A Trabecula.  
B Ligna recuruata.  
C Lora.



Antè, binis modiolis, binisque vectibus in contrarias partes extendebat, vno infra pedem extento, altero supra caput. Sed quoniam (vt retuli) in eo exerceri nos voluit, vt præsidiâ in promptu habeamus, alium modum docens, in similitum inuentione te exercet. nam, si modioli non sint, tignum, quod lecti, super quo ægrotans iacet, longitudinem æquet, subijciendum est. Cætera omnia, eadem atque antè efficienda sunt. lora enim corpori iniicienda eo modo, quo superius docuit, vinciendaque ad ligna, quibus, quasi vectibus ad extendendum vtimur. Sed pro modiolis nunc adhibentur extrema longioris tigni, quæ capita dicuntur, vt modicè vtrinque lectum excedentia, & à capite, & à pedibus, extendentibus lignis, mora sint. trabeculam verò, quod lignum in longitudinem lecto subijcitur, *δενδρον* dixit, quasi *μικρὸν δένδρον*, id est, paruum trabem significans.

Commodè

- 1 "Commodè item extends per axiculos ab utrâque parte collocatos. sunt  
 "etiam aliæ extendendi rationes,quàm plurimæ.



- 20 Axes solitus est appellare *ἄξες*, quemadmodum, vbi scribit [Axis versatio]  
 nunc verò axiculos nominavit *ἄξικουλος*, vsus nomine diminutiuo, sicut in supe-  
 rioribus verbis, trabeculam *δουλόη* dixit, paruam trabem significans. Excereri  
 autem debes, non solum in ijs, quæ prompta sunt, excogitâdis atq; admouen-  
 dis, sed etiam in machinamentis, quæ parantur à medicis ad has intendēdi ra-  
 tiones. Axes itaq; collocandi sunt, nō recti in longitudinē corporis, sed trans-  
 uersi ab ijs, quæ hinc, atq; hinc sunt, partibus corporis, quod curatur. id autem  
 non aliud significat, quàm alterum ab inferiori parte à pedibus, alterum à su-  
 periori à capite collocandū esse. Post hæc iniecta lora extrema ad axes danda,  
 qui versati crus, quod curatur, in diuersas partes diducant.

- 30 "Optimum autem est, si quis medicinā in magnâ vrbe exerceat, paratū ha-  
 "bere lignū, per quod vim omnem adhibeamus, ad fracta & luxata omnia  
 "restituenda, tum extendentes, tum impellentes. abundè autem erit lignum ta-  
 "le, quales sunt quadratæ columnæ quernæ, quod ad longitudinē, latitudinem,  
 "& crassitudinem pertinet.

Organi cuiusdam, seu machinamenti, quod haberi voluit, mētionem facit:  
 in libro autem de articulis, qui huic subiicitur, docet eius fabricationē. nos ibi  
 si quid obscurū fuerit, exponemus. nunc proximū est ad ea trāsire, quæ subdit.

- "Vbi fatis extenderis.  
 40 Crurū videlicet, de crure enim agens circa talū prolapsus inseruit exten-  
 dendi rationem: sicq; rursus ad sermonem reuertitur, quem initio proposuit.

- "Articulus facilè reconditur. diducitur enim ab antiquâ sede, sic, vt è regio-  
 "ne supra ipsam spectans non hæreat. prominentioribus itaque palmarum  
 "partibus dirigendus est, partim, quod extat adurgentibus, partim infra talum  
 "repellentibus. Eo restituto crurū, si fieri potest, extensum alligandum est: sin lo-  
 "ra prohibeant, ea soluenda, & dum vinculum iniicitur, in contrarias partes ex-  
 "tendendum.

Hippocrates articulū *ἄρθρον* dixit, quo mouentur, qui volunt sic apud ipsum



vocari extrema ossa, quæ in cauis recipiuntur, sic, vt totum id appelletur *ὀστέον* 1  
*ὀστέον*, vbi committuntur extrema ossium, quæ in flexu atque porrectione mo-  
 uentur. Ex vtroque autem osse id, quod inferitur, *ἄεθρον*: cauum, quod recipit  
*κοτύλη*, vel *πλάγιον* ab Hippocrate dicatur. sed hæc nominum disceptatio rejicienda  
 est. Deinceps verò ostendit luxati restituendi rationem vniuersam, sicut nos in  
 primo horum commentariorum diximus, vbi intēdendi vsum explicauimus,  
 demonstrantes non posse luxata commodè restitui, nisi ita diducātur, vt alte-  
 rum alteri non inhæreat. protinus autem terminum habes, ad quem vsq; extē-  
 dere conueniat. namque, vbi iam videbuntur eatenus extenta esse, vt altero al-  
 teri non inhærente, diducantur, extendere desines.

10  
**D** Andum insuper eodem modo vinculum est, æquè capitibus eā parte, quæ  
 extat, impositis: ibique primò & plurimùm circumdādum, & pannis plu-  
 rimis iniectis potissimùm adstringendum.

Capita summatim cōmemorauit illius vinculi ad fracturas pertinētis, quod  
 antè declarauimus. Meminisse autem oportet, ea, quæ in manu, pede, calce, ta-  
 lisque, suo loco excidunt, eo modo vincienda esse, quo fracturæ, atque idcirco  
 in hoc libro omnia comprehendi. Causam verò, quamobrem ita vincendum  
 sit, siue fractum os sit, siue prolapsum, in superioribus habuimus.

20  
**T** Vm hinc atque hinc plurimum obuoluendum.  
 Hoc etiam docuit in libro de officinā medici, quum inquit [compre-  
 hendatque vinculum integrę partis quàm plurimum]. Causa in prioribus po-  
 sita est. satius enim est succos, non solum exprimi à vitiatā parte ad ea loca, quæ  
 iuxta sunt, sed repelli ad ea, quæ plurimùm recedunt, & longè cohiberi.

30  
**H** Vnc autem articulum, vbi primò deuincimus, comprimere magis debe-  
 mus, quàm qui in manu.

Modum comprimendi, & fasciarum numerū constituit pro magnitudine  
 articularū, intuitus etiam, quàm neruis contineantur, & quàm acris sensus sint.  
 hos siquidem minùs comprimi iubet.

30  
**I** Niecto vinculo pars deligata, reliquo corpore sublimior habeatur. sic tamen  
 continenda est, vt pes minimè suspendatur.

Pedem continendum esse reliquo crure paulo sublimiorem, suprà quoque  
 dictum est. Dictum est insuper ipsum eatenus excitandū, quatenus extēti mu-  
 sculi non laborant. Nunc præceptum adiungit, quod ad tutò continendū per-  
 tinet, vt pes, ne minimùm quidem suspēdatur. id autem fit, vbi lanā molli vn-  
 dique cingitur. quin & pars eius extrema, quā cutis est, ipsi subiecta, molli  
 aliquo, vt puluino sulcienda est, tum ligno aliquo erecto, ad quod per mol-  
 lem habenam vinciatur.

40  
**E** Xtenuari autem corpus debet, prout ossa grauiter suo loco excidunt. non-  
 nulla enim leuiter, nonnulla plurimùm mouentur.

In aperto sanè est, quæ paululū excesserunt paruā curam exigere, quæ pluri-  
 mùm prolapsa sunt, & maiorem abstinentiam, & cætera, quæ corpus extenuāt.

40  
**M** Agis omnino ac diutius extenuare corpus oportet, vbi crus, quàm vbi  
 brachiū læditur, quum illud maius sit, & crassius, quàm hoc. necesse itē  
 est corpus quiescere, atq; iacere: sed soluere articulū, tertio quoq; die, & rursus  
 alligare, nihil prohibet, nihil item cogit. reliqua omnia eadem fieri debēt, quæ  
 in prioribus posita sunt. Quòd si homo quiescat, & iaceat, abūdē sunt quadra-  
 ginta dies, modò ossa in suam sedē restituta fuerint. sin quiescere nolit, ægrius  
 crure

1 crure vtetur, cogeturque diutiffimè vinculum adhibere. Ipse causam reddidit eius, quod præcepit, inquit enim [quùm illud maius fit, & crassius, quàm hoc.] quibus tertium adiicit, quòd homo cubans consanescat, non ingrediens, sicut vbi brachium offenditur. Hæc igitur in vniuersum pertinere ad omnes articulos arbitramur.

2 V Erùm, vbi ossa ex toto in suam sedem non reuertuntur, sed aliquid abest, tempore extenuatur coxa, femur & crus: ac, si in interiorem partem excendant, exterior pars tenuatur: si in exteriorem, interior.

Si qua ex integris partibus diu quiescat, vel leuiter moueatur, tenuior fit, quàm priùs esset. motus enim corpora calefacit, eorùmque vim firmat, quo fit, vt partes meliùs nutrantur. sed, vbi luxatum aliquid non fuerit perfectè restitutum, deterius perficiuntur motus, præcipuèquæ à contrariâ parte illi, in quam venit, quandoquidem locus eâ vacuus relinquitur, quùm os in contrariam moueatur. Homo igitur faciliùs illi parti inhæret, in quam articulus excidit. superiores enim partes sedem requirunt, quam inanis locus non exhibet, sed plenus, quùm nihil possit inani loco hæere, atque eâ de causâ crus ab eâ parte, in quam articulus erumpit sustinere corpus solet, & tantùm muscularis, qui eâ continentur suo munere fungi. hi siquidem benè nutriuntur: inexcitatis verò non satis alimenti subministratur, hi autem in contrariâ parte continentur.

3 P Læraque tamen in interiorem partem promouentur. sed, si integrâ cute vtrunque cruris os comminuatur, validiùs intendendum est. si vna pars fracturæ valdè super alteram excedat, aliquo vtendum est ex propositis intendendi modis: abundè quoque est, & per homines extendere. ferè autem satis sunt duo homines robusti, qui in diuersa contendant: vnus ab vnâ parte, alter ab alterâ. Extendere autem rectâ secundum naturam oportet, & è regione cruris ac femoris: tam si huius quàm si illius fracti ossa extendantur.

Quæ excidunt ab inferiori parte, quâ cum talo committuntur, in interiorem partem magis prorumpunt. cuius rei causa est suræ processus, qui ab exteriori parte talum magis complectitur, quàm tibiæ processus ab interiori.

4 A Tque ita extenta ambo deligare, vtrumuis deuinxeris. at non eadè crurac brachio accommodatur. namque vbi brachij vel humeri ossa comminuta deligantur, brachium suspenditur, atque, vbi extentum alligatur, caro alio modo figuratur, dum cubitus flectitur. nequit enim cubitus extentus diu haberi. non enim solitus est sæpè in hoc habitu detineri, sed curuatus. quìn, quùm homines ingredi possint brachio comminuto, necesse habent cubitum curuare. crus verò, quia ambulando & stando in interiorem partem, nunc ex toto, nunc propè ex toto intendi secundum naturam, & ferè etiam reliquum corpus consuevit, idcirco sine molestiâ extenditur, quùm opus est. quid quod & in lecto sæpiùs hoc modo continetur figuratum? Sed, vbi frâgitur, necessitas hominis animũ subigit. nequit enim excitari, quare de curuando crure, aut de surgendo nullum verbum facit, sed ita figuratus quiescit, & cubat.

Siue femur, siue crus alligetur, præcipit, vt vtraque commissura extendatur, scilicet, quæ in coxâ est, & quæ in genu. Cur ita figurari debeat, ipse deinceps adiicit euidenti demonstratione vsus, cuius mentem faciliè comprehendes. Horum itaque verborum capita sunt. Consuevit crus, & eorum, qui stant, & eorum qui ambulant, extēdi. à naturâ enim corporis ferendi gratiâ factum,



ab eâdem ad hunc habitum præparatum est, atque eâ de causâ in cubâdo plârunque extensum seruatur, sed brachia & in ingressu, & alioquin ferè modicè curuata continentur. quandoquidem nemo extensis brachijs ambulat. ac propterea brachio etiam deuincto mitellâ cubitum excipiète ambulare æger potest: at crure perfracto, priusquam callo firmetur, ingredi minimè licet.

„ **O**B has igitur euidentissimas causas non conuenit idem habitus brachio, „ atque cruri extendendo ac vinciendo. Quòd si abundè fuerit per duos „ homines adhibita vis, frustra laborandum non est. iactantiæ enim est uti ma- „ chinamentis, vbi res non exigit. At si duo homines non satis extendant, con- „ fugiendum ad eum ex propositis intendendi modis, qui expeditissimus sit. 10 „ Intentione satis adhibita ossa facillè restituntur, & in suam sedem compellun- „ tur, prominentioribus palmarum partibus directâ atque diductâ. Postquàm „ restituta fuerint, extensa fascijs alliganda sunt, quæ siue à dextrâ, siue à sini- „ strâ parte magis attrahi debeant, illis primò inuoluendæ sunt. Ordiantur au- „ tem ab eâ parte, quâ fractura est, primòque ibi circumueiant, deinceps ad par- „ tem cruris superiorem porrigantur, quemadmodum ostensum est in alijs fra- „ cturis. fasciæ verò latiores & longiores, ac multo plures ad crus adhibeantur, „ quàm ad brachium. vbi deligatum fuerit, super aliquâ re planâ mollique col- „ locandum est, ne in hoc, vel illud latus deprauetur, nève in anteriorem, nève in „ posteriorem partem peruertatur. 20

Euidentissimas causas appellauit *πρόφασιν*, quamuis causæ, quas proposuit, veræ sint, neque id vocabuli ad falsas causas significandas (ut vsurpari solet) mutuatur: paulo infra etiam eodem modo ipsum accipit, quùm inquit, [Ob has igitur euidentissimas causas, si os, quod ab exteriori parte est, confringatur, maturè homo ingreditur.] Id quod de surâ dixit veram causam reddēs, cur eâ fractâ crus celeriter moueatur: atque, vbi tibia perfringitur, longo spacio opus sit ad hoc, ut homo uti crure possit.

„ **M**aximè autè pro valetudine est cervical subijcere ex lino aut lanâ, quod „ medium in longitudinem molle sit, vel quidpiam tale.

Crus fulciri iussit eo modo, quem posuit, cervical magis quàm canalem ad- 30 hibens, proximè autem subdit, cuius rei illos accuset, qui canali vtuntur.

„ **D**E canali, qui fracto cruri subijcitur, incertus sum quid dem consilij, sub- „ ijci necne debeat. prodest quidem, sed non quantum existimant, qui il- „ lum admouent. non enim quiescere cogit, ut arbitrantur. nam neque si reli- „ quum corpus in hanc, vel illam partem conuertatur, prohibet canalis, quo mi- „ nùs sequatur crus, nisi ipse homo caueat. Neque item prohibet, quo minùs si- „ ne corpore crus in hanc, vel illam partem moueatur. Sed & subiectum lignum „ immite est, nisi molle aliquid in ipsum indatur: est tamen commodissimum, „ quando vel sterni lectum, vel desidere hominem oportet. Licet igitur, & cum „ canali, & sine eo curationem benè vel malè admouere. Vulgò sibi persuasum 40 „ habent medicum culpâ magis vacare, si canalem subijciat, quanquam res mi- „ nùs artificiosa est. crus enim rectum prorsus iaceat, oportet, & super planâ ac „ molli aliquâ re, quùm necesse sit contineri vinculum, ne peruertatur, dū mem- „ brum iacet, quocunque se vertat, & moueatur. Respondeat item, qui deligatus „ est ea dem, quæ suprà posita sunt. Nam vinculū tale esse conuenit, & tumorem „ in extremis partibus assurgere, & eodem modo laxari, ac tertio quoque die re- „ solui, & rursum deligari: ad hæc id, quod alligatur tenuius inueniri, tum arctius „ vinciri,



1 » vinciri, & pluribus linteis vti, pedemque non arctè comprehendere, nisi fractu-  
 » ra ad genu proximè accedat. Debent etiam ossa modicè extēdi, ac dirigi, quo-  
 » tiescunque vinculum iniicitur. nam, si curatio idonea fuerit, & tumor vt con-  
 » uenit, procedat, alligata sedes tenuior est, atque gracilior, & ossa facilius tra-  
 » ctantur, & ducentibus magis parent. septimo autē vel nono die ad ferulas ve-  
 » niendum est, quemadmodum dictum est in alijs fracturis.


Quosdam medicos noui, qui etiam nunc cruri vel femori affecto canalem  
 vel glossocomum subijciunt, vbi femur quidem lēsum est vniuerso cruri: sed,  
 si quod inter genu & pedem est, lēdatur, nōnulli vniuerso cruri lignum sub-  
 10 ijiunt, nonnulli eam partem duntaxat glossocomo sulciunt. lēdunt, qui vnā  
 femur etiam comprehendunt, sed minus quā alij. noxas docuit Hippocra-  
 tes sic apertē, vt meā explanatione non egeant: verū, si quid iudicauero in  
 verbis eius fore cuiuspiam obscurum, illud explicabo, atque ante omnia, quid  
 inter canalem, & glossocomum intersit. Glossocomum ab atticis appellatur  
 arcula illa, in quā seruare homines solent eas res, quas in precio habent, & scri-  
 pta, quæ recondi volunt, quā nonnulli ad itinera vtuntur. At nihil refert, siue  
 glossocomium, siue glossocomum nominetur, sicut neque siue per duplex. tt.  
 siue per duplex. ff. Constat autem glossocomum, quod cruri subijciēdum est,  
 longius esse debere, & angustius, quā quæ in vsu sunt. eius enim latitudo pa-  
 20 rum excedere debet cruris latitudinem, seu crassitudinem, seu quomodocun-  
 que libeat appellare. vt lanā vndique adiectā benè crus firmetur, sic, vt loci an-  
 gustia, etiam si æger velit, crus moueri non patiatur. sed, ne in dextram par-  
 tem, vel sinistram moueatur, potest imposita lana efficere: at quò minus in  
 superiorem vel inferiorem feratur aut excitetur, prohibere non potest. Quo-  
 circa Hippocrati huiusmodi ligni vsus non placet, quoniā præter cætera in-  
 commoda durum est. nam immite, quod ipse dixit ἀγρόσπον, durum significat,  
 & insuauē, quòd nihil cedat, quemadmodū cervical, & ille puluinus, qui cū  
 cubito subijciatur, ὑπὸ τοῦ ἀνωτέρω græcè dicitur. Hæc enim modicè cedentia cru-  
 ri minimè insecta sunt. Commodum autem est machinamentum hoc, quū  
 30 desidere homo debet, vel ad lectum alterum transferri, vt ille in quo iacet, ster-  
 natur, quā potissimū causā eius vsum admittimus. quāquam alij cervical ad-  
 hibentes habenā transuersā initio illi protinus subiectā, atque, vbi crus in id  
 coniectum fuerit, habenā capitibus inter se aduersis vtrinque ductis in alti-  
 tudinem cruris, & in superiori parte membri inter se deuinctis, fideliter con-  
 tineri crus existimant. quoniā cervical, vbi homo ex vno lecto ad alterum  
 transfertur, cruri vicem glossocomi præstat. Adiecerūt nonnulli ad imam eius  
 partem lignum rectum lanā superdatā, vt pes extremus morā habeat: ne ho-  
 mo videlicet, crus vel ad superiora attrahat, vel ad inferiora demittat. ad su-  
 periora enim ferri, vinculum non patitur: ad inferiora verò, lignum, quod plā-  
 40 tā adijcitur. Verū, vt hæc à medicis stabilia præparentur, non tamen prohi-  
 betur motio articulorum, quū languens possit articulum tali ac genu pau-  
 latim dimouere. De coxæ enim articulo nihil attinet dicere, quū nec à vin-  
 culo, nec à glossocomo comprehendatur. canalis verò in cæteris glossoco-  
 mo similis est, sed figurā ipsā differt. quū ab exteriori parte teres sit, ab in-  
 teriori cauus, ad exemplum fictilis canalis, vndè nomen traxit. Videtur autem  
 hic ad propositum vsum maximè idoneus. namque vniuersum crus in or-  
 bem completitur, magis quā glossocomum, in quo nonnulla loca inania re-

linquuntur, postquam demissum crus fuerit. quidam verò medici plures canales paratos habent, vt ad singula membra eo vtantur, qui idoneus sit, id lignum conquirentes, ex quo cauare eos possint firmos, albos, & molles. Apud nos autem quidam medicus eiusmodi canales complures habebat ex tiliâ confectos, sic, vt ad singula crura eos adhiberet, qui magnitudini membri responderent, non sine vinculis, quæ (vt recensui) à quibusdam ceruicalibus superdantur. Sed vincula in ceruicalibus laxantur, & compositum crus corrumpunt: canales verò, dum homo ex vno lecto ad alterum transfertur, ob ligni molitudinem, sine vllâ compressione id continent.

Ad continendum autem firmiter, Glossocomum à iunioribus medicis inuentum est, seu femur, seu crus fractum sit, cuius structurâ vsumque subiiciam. id autem non ab re mihi videtur fuisse excogitatum, & tam si femur, quam si crus comminutum sit, vbi callus circūdatur, commodissimè adhibetur. Habeat ab imâ parte axem, ad quem extremi laquei in diuersa extendentes deligantur. iniiciantur laquei extremis partibus ossis, quod curatur, fiantq; ex duabus habenis, sic, vt quatuor vterque capita habeat, bina à dextrâ parte, totidem à sinistrâ. Ex ijs capitibus, quæ inferioris laquei sunt, per foramina facta in inferiori parte glossocomi ad axem duci debent, quæ superioris, primò procedere ad superiora: deinde ipsa quoque per latera glossocomi perforata trajici, quibus foraminibus trochleæ inclusæ sint. vtrinque autem ab exteriori parte glossocomi superioris laquei capita ferenda sunt ad axem. His enim ità constitutis vna axis conuersio pariter ambos laqueos extendit, deorsum versus illud, qui ad inferiora fracti ossis alligatur, sursum alterum, sic, vt, vbi crus iacet, liceat in posterum cotidie hanc laqueorum in diuersas partes intensionem corrigere, valentiùs vel leniùs extendendo. Laqueum igitur, qui in inferiori parte est, directâ ductione axis extendit, eum, qui in superiori parte, intercedente alio motu, græci διὰ τῆς μεταληπτικῆς τάσεως dicunt.

- A Axis ad quem laquei alligantur.
- B Laqueus superior.
- C Laqueus inferior.
- D Inferior pars glossocomij.
- E Trochleæ.
- F Superioris laquei capita ab exteriori parte glossocomij.

## GLOSSOCOMIVM.



„ **C**Auendum est, ne ferula è regione talorum, vel eius chordæ, quæ à cru-  
 „ re ad pedem tendit, imponantur. conseruent autem ossa cruris quadra-  
 „ ginta diebus, si rectè curentur: sed, vbi suspicio sit, ne quid ossis dirigi debeat,  
 „ nève aliqua interim facta fuerit exulceratio, infra hoc tempus soluere oport-  
 20 „ tet, tum dirigere, & rursus alligare. At si alterum os abrumpatur, lenius inten-  
 „ dendum est, sed non propterea omittenda intentio est, aut negligenda. po-  
 „ tissimum autem, vel cum fractura primò deligatur, vel certè quàm celerrimè,  
 „ extendenda semper ossa sunt, dum in suum locum reuertantur. Quodcunque  
 „ autem membrum ossibus non rectè compositis sub vinculo adstringitur, ma-  
 „ gis indolefcit. Reliqua curatio eadem est. Ex ossibus cruris interius, quod con-  
 „ spicitur in priori parte cruris, quam græci *αἰσχρὸς μύος* dicunt, curationem ægrius  
 „ admittit, & intentionem postulat valentiolem, neque latere potest, vbi non  
 „ rectè ossa concurrant. totum enim se ostendit, & sine carne est, multoque tar-  
 „ dius homo ingreditur, vbi hoc fractum est: Quòd si exterius os abrumpatur,  
 30 „ casus longè tolerabilior est, neque id ità facillè deprehenditur, quàm minùs  
 „ rectè componitur, quoniàm carnosum est, maturius item æger pedibus con-  
 „ sistit. maximam enim oneris partem sustinet os, quod ab interiori parte situm  
 „ est. tum quia magis laborat, & ob ipsum crus, & ob pondus, quod è regione  
 „ est. femoris enim caput superius corpus fert, id autem ab interiori cruris par-  
 „ te situm est, at non ab exteriori, sed è regione prioris partis tibiæ: tum quia al-  
 „ tera pars totius corporis è regione huc propius accedit, quàm ad exterius os.  
 „ Adde, quòd os interius plenius est, quàm exterius, nō secus, atque in brachio,  
 „ cuius os, quod è regione minimum digittum spectat, tenuius est, & longius.

40 „ Extantes ossium partes, cuiusmodi sunt tibiæ, suræq; extrema, ferulas non  
 „ patiuntur. Cautio igitur esse debet, ne his locis circumdentur. [imponantur]  
 „ dixit *ἐνέσπας* quasi *ἐσπας*, adiectâ præpositione *ἐν*, vt clariùs rem ipsam expri-  
 „ meret. Hæc itaque ossa, quàm extent, & carne minimè tegantur, imposi-  
 „ tis ferulis premuntur. Magis autem premi dicantur, non ipsa, sed muscoli illis  
 „ superiniecti, tum quidam musculorum fines & cutis. hæc enim collocata in-  
 „ ter duo corpora dura, nempe inter ferulas ab exteriori parte, & os ab inte-  
 „ riori, premuntur, atterunturque, & sæpiùs ità læduntur, vt exulcerentur. Calci  
 „ verò à posteriori parte versus priorem innectitur chorda, quæ ab vno diduci-



tur ex musculis, qui continentur in parte cruris posteriori, quæ carnosæ prominet. hæc, quum carnis maximè expers sit, potissimum in homine gracili, superimpositam ferulam nõ sustinet: sed, quum acerrimi sensus sit, si comprimatur, inflammatione vrgetur. ea verò, quæ tibiæ suræq; tuberculis superiniecta sunt, ob duritiem eorum, quibus (vt dictum est) excipiuntur, compressa eatenus læduntur, vt exulcerentur. summæ autem cutis exulcerationes sub comprimentibus ortæ, ἐκδηματὶς ab Hippocrate vocantur.

Verum longioris ossis structura in inferiori articulo dissimilis est. non enim similiter flectitur cubitus, & poples. Ob has igitur euidentissimas causas, si os, quod ab exteriori parte est, perfringatur, maturè homo ingreditur: si, quod ab interiori, tardè.

Quum ipse in prioribus dixerit, suræ os longius, quemadmodum & in brachio os cubiti, vtrunque autem è regione minimum digitum spectare, & tenuius esse, quàm id, cum quo iungitur: deinceps addidit, quâ ratione inter se distent. Explicauimus autem in commentario de ossibus, præter alia, quomodo se habeat vtriusque commissura: atque insuper radium in brachio cum inferiori tuberculo humeri committi, ac circa ipsum moueri in exteriorem vel interiorem brachij partem conuersum: sed in crure, tibiæ solam cum femore committi, quia sura nullum motum præstat. Nam, neque hic articulus in latera vllò modo mouetur, sicut articulus cubiti, sed curuatur duntaxat, idque non eadem ratione, quâ articulus cubiti, vbi humeri ambitus trochleam referens in cauo cubiti recipitur. at in genu duo processus femoris in sinus tibiæ se inserunt. Adde, quòd ex cubiti processibus rostrum referentibus, posterior in posteriori sinu humeri recipitur, vbi maximè articulus extenditur: prior in priori, vbi maximè curuatur. quorum neutrum tibiæ accidit, quum nullum penitus processum habeat rostro similem. nõ enim similiter flectitur cubitus ac poples. cubiti verò eminentiam clarum est vocasse ἀκρότις, quo nomine vsus est etiã in superioribus, de cubito agens, quum dixit [est autem idem cum illo eminentia cubiti, cui præcipuè innitimur.] Eandem eminentiam & ἀκρότις dicunt, & κύβις. sed nunc ait [non enim similiter flectitur cubitus & poples] idem significans, ac si dixisset, illa commissura, quæ iuxta cubiti eminentiam est, & illa, quæ iuxta poplitem, dissimiliter curuatur. Cuius rei exemplum infra habet, quâ de luxatis, vbi asserit, quæ in cubiti articulo sunt, molestiora esse. illud autem multis in locis meminisse oportet, exquisitam nominum rationem, ne ab vno quidem ex vetustis græcis seruari, quum quibusdam abutantur, quædam à proprijs rebus ad alias transferant. Atqui poplitis nomen tale est quale ipsa ala, quæ locum significat sub humeri capite. at poples id appellatur, quod à posteriori parte ipsi genu opponitur: genu autem notant, priorè partem huius articuli vniuersam. Quare, si cui hæc parte cutis exulceretur, eum hominem inquit teneri vlcere in genu. quod si chorda, quæ sub cute os cingit, secetur, genu accepisse vulnus dicunt: non secus, etiã si patella vitietur, quam græci & πλάτω, & ἐμπροσθεν vocant. Ad hæc, qui latera corporis exprimunt, modò ab interiori parte genu, modò à posteriori vlcus ortum aiunt. vniuersum enim hunc locum à lateribus, genu vocabulo appellant. eadem ratione, & poplitem, & alam, & humeri caput: sic etiam cubitum, & talos, & primam palmæ partem ad totum locum significandum vsurpant. sæpè etiam adijciunt, articulum capitis humeri, aut cubiti, genu, coxæ, vel talorum.

1 lorum. constat igitur Hippocratem variè nominibus vti, aliorum maiorum exemplo (vt retuli) contemptâ, quam iuniores excolunt, curiosâ verborum ratione. quæ ab ijs, qui in eâ versantur, exquisita diligentia dicitur.

## De femore.

20 **A**T si femoris os fractum est, valenter omnino extendi debet, ne minùs **q**res postulat, id fiat. siquidem plus iusto intentum non læditur. Nam ossa hæc, quæ per vim diducta sunt, si sic recedentia inter se vinciantur, non sanè poterunt, ita diducta, vinculis contineri, quin celerrimè concurrant, quàm pri-  
mum, qui extendunt, ex opere se receperint.

Quia maximi sunt muscoli, qui femur circundant, non immeritò veretur, ne (quod sæpè contingit) non satis membrū extendatur. Ergo, vt audacter extendamus, intentio (ait) iusto valentior non lædit. fieri enim in hac parte potest, quod suspectum esset in alijs. At quid hoc est? vt deuinciatur os fractum, dum ipsius partes, quæ pertractantur, inter se recedunt, quas non secus, atque vbi membrum naturaliter se habet, coire oportebat nullo relicto inani spacio, in quo ex cōtractâ sanie periculum sit, ne os corrumpatur. Siquādo enim fracti ossis partes, quàm vehementius intentæ fuerint, diductæ vinciantur, non poterunt post iniectum vinculum, vt in cæteris locis cōtineri, in quibus circum-  
actæ fasciæ musculos immobiles seruant. quod in femore monet pertimescendum non esse ob magnitudinem musculorum. quum hos vinculum non superet, sed cedat. quam rem propterea dixit, quòd proprietas est, vinculi quidem femur tueri, quomodo deligatum accepit: musculi verò ad suum initium concurrere. Quum contraria igitur sit proprietas vtriusque, si vinculum superet, naturalis musculorū motus cedit, quum fracti ossis partes diductæ contineantur: sed, si musculorum motus vinculo validior fuerit, ipsi ad initium cōtrahentur, atq; vnâ trahēt, & ad superiora adducent comminuti ossis partē inferiorem.

30 **C**Rassa enim ac robusta caro vinculum superabit, at non superabitur. Id ergo, quo de agitur, extendi valenter oportet, sicque, vt in neutram partem conuertatur, nève minor vis, quàm ipsum exigat, adhibeatur. quum turpe magnopere sit, atque incommodum, femur breuius reddere. brachiū namque, si breuius fiat, celari poterit, neque noxa magna erit: crus si breuius red-  
datur, hominem claudum demonstrabit. ab integro enim, quod longius erit, prodetur, adeò, vt illi, qui malè curandus sit, satius fuerit vtrunque crus frangi, quàm alterum. æquè enim in vtrâque partem inclinaretur. vbi verò extensum sit abundè, prominentioribus palmarum partibus, eodem modo, quo supra positum est, dirigatur, ac deligetur: fasciæq; caput iniiciatur, vt antè indicauimus, ipsaq; sursum versus porrigatur: tum itidem respōdeat, vt in superioribus: præterea, & magis vrgeatur, & laxius vinculum sentiat ijs partibus, quæ  
40 supra positæ sunt: ad hæc similiter resoluatur, ac rursus deligetur: ferulæq; eodem modo superaccommodentur. cōseruet autē femur quinquaginta diebus.

Hippocrates vñtato vocabulo carnem appellauit, quos in superioribus musculos diximus. nam quæcunque caro sentit, musculi pars est, atq; hæc in medijs musculis potissimum se ostendit, quum in extremitatibus musculi neruosi magis quodammodo sint, minùsque carnis habeant.

50 **I**llud etiam scire licet, quòd femur ab exteriori parte gibbū est, magis quàm ab interiori, & à priori magis quàm à posteriori. in has igitur partes conuert-  
m iij



titur, vbi nō rectè curatur. quin & in his partibus minùs carnosum est, quàm in alijs: vt quādo perueritur, latere minime possit. Ergo, si quid eiusmodi suspectum sit, tale quidpiā moliri oportet, quale traditū est ad humerū peruersum.

Gibbum dixit, γαῦσος. at quod hæc vox gibbum significet, res ipsa declarat, siquidem femur nō omnino rectum est, sed à priori, atque exteriori parte gibbum, sicut à contrarijs simum. Vtrum verò vox γαῦσος, postremā syllabā acui an penultimā circumflecti debeat, incertum est. non enim frequenti in vsu est apud grēcos id verbi. quidam à similitudine ducti penultimam circumflecti volunt, quemadmodum, καὶ σος, μαῦρεσθαι, γαῦρος: quibusdam verò magis placet vltimam syllabam acutam esse. quoniam omnia nomina duarum syllabarum, quæ affectū significant, acuto sunt accentu in vltimā, αἰλός, λαγός, σφελός, κυρός, βλεπός, εἰσβός: nec solūm, quæ duabus syllabis constant, sed serè quæcunque affectum notant, ἀφροίτιδος, πολυειτιδος, ἡπατιδος. Cōcedito igitur, vtro quis velit modo pronunciare. at γαῦσος, efferenti tibi vltimā acutā (eos enim, qui librum legunt ire in hanc sententiam tantūm comperi) si quispiā aduersetur, existimans debere penultimam circumflecti, tu quoque, vtcunque illi placet, pronunciato. Quod si alium rursus nactus fueris, qui malit vltimam acui, tu itidem facito, nomina, atque accentus parui pendens, vtpotè, quæ nihil ad philosophiam conferat, & multò minùs ad geometriam, arithmetice, musice, astronomiam. Quare, si nulli arti ad suum finem importunā, contemnendāque nominum inquisitio-  
ne opus est, non modò horum hominum non probare studium conuenit, sed quàm maximè deridere.

Circundare autem aliquot lintea oportet, eaque in orbem circa coxam & ilia. vt inguina etiam, & quod inter anum & naturale est (παγκύβητα græci vocant) inuoluantur. quod & ob aliam causam vtile est, & ne extremæ ferulæ nudam partem offendant.

Coxa, id est os illud, in quod se inferit femoris caput, ἰχίον græcè nuncupatur, sicut & ipsius cauium κοτύλη. vtroq; nomine vtitur poëta in hoc carmine.

ἐνθά περὶ

ἰχίον εἰσρέφεται κατὰ πλάτος τε μέλι καλέσσι.

Ilia dixit ἰχίον, quæ nonnulli accipiunt pro ilium ossibus, nonnulli pro parte, quæ super ipsa est, quæ λαπαρὰ propriè vocatur, quod verbum apud poëtam reperitur in eo carmine,

οὐτὰ κατὰ λαπαρῶν.

Equidem de vocabulo λαπαρὰ dicere possem, adductus experimento, & Hippocratis ac poëtæ vsu, tum ipso morbo, eam significare partem, quæ inter ossa pectoris, & quæ propriè appellantur ossa ilium, est interiecta. de quo suo loco agemus. Quæ autem partes ἰχίον nominentur, non est quod multis agam. ob id enim, quod poëta numero singulari ἰχίον scripsit in illo carmine,

κατὰ ἰχίον

βάμετ' ἰχίον ἐκείνην θισσάνοις ἀραρυῖαι.

tum ob id, quod credibilis est zonā dari inter ilia & thoracis ossa, existimet aliquis hanc ipsam partē corporis ἰχίον appellari. Contrā verò ex eo, quod Hippocrates multitudinis numero ἰχίον dixit: quòdque ad ilium ossa, voluit vinculum pertinere, iure arbitrabitur aliquis ἰχίον hæc ipsa nūcupari. Quod ad hunc locum attinet, quādo superior femoris pars cōminuitur, fascia nō solūm vsque ad inguina ferri debet, sed vltiā aliquam ex superioribus partibus comprehendere. tales sunt, primum coxa, deinde ossa ilium, postremò ea pars quæ sine osse est



1 est (λαπαρειν vocât) quam, vbivis, complecti licet, dum ilium ossa etiam deuinxeris, quibus omiffis, fasciam protinus ad hanc sedem, porrigēdam esse minimē puto, quū Hippocrates maximi fecerit, nullum relinqui locum nudum, sed eque perpetua, donec ex integrâ parte cōprehensum aliquid esse videatur, omnia fascijs alligari. *αλλ' οτι* quidam per *χ* scribunt : quidam per *γ*, *αλλ' οτι* eo vocabulo significatur, quod inter vtrunque crus spacium est. vnde Hippocrates diuaricari vocat *ἐκ τῆς ἀπὸ τοῦ ἑξ ἑκατέρωθεν*. Nā & poëta *ὁ δὲ ἐκ τῆς ἀπὸ τοῦ ἑξ ἑκατέρωθεν* dixit, significare volens [diuaricabant pedibus.]

20 **A** Quâ semper vtrunque satis recedere debent. semper autem cautio sit, ne imponantur super ossa in articulis naturaliter prominentia, neque in articularum vicinâ super neruum.

Solet Hippocrates, vbi de vnâ specie pertractat, complura docere ex ijs, quę communia sunt ac generalia, monens ea non esse propria vnius speciei, sed ad omnes, vel multas, vel aliquot pertinere. Adijcit autem orationi modò particulâ [semper] vt in propositis verbis: modò [quod intellexisse pertinet ad multa loca] interdum [hoc ad omnia vtile est.] Est enim reuera, quod nunc ab ipso proponitur, semper commodissimum, non in femore duntaxat, sed in vniuersum in omnibus fracturis, quę ferulas postulant. Breuiiores enim sint oportet, quàm vt ad eam sedem perueniât, quę fasciâ non excipitur. quod potissimum

30 obseruandum ait, vbi ferularum extremitates proximæ sunt ossium tuberculis.

**T** Vmores verò iuxta poplitem vel pedem, aut alibi sub constringentibus vinculis assurgentes, multâ lanâ succidâ curentur, benè carptâ, & vino, & oleo resperâ: tum cerato inuncti deligentur: atque, vbi ferulæ vrgeât, citius laxentur. extenuarētur autem tumores, si sursum versus ad ferulas tenues fasciæ vincirentur, quæ ab imis partibus orfæ ad superiores intenderent.

Tumores (inquit) sub constringentibus vinculis assurgētes (quos *ὁ ἀφ' ὧν* dixit:) propterea, quod succi expressi magno impetu feratur, curari debent alligando multum lanæ succidâ benè carptæ, item vino atque oleo resperse. cutem verò, cui hæc superimponuntur, iubet cerato inungi, atque ad eadem rationem vinculum adhiberi à tumoribus sursum procedēs. Fasciandi rationem ipse aperuit, docens à quâ parte quis inceperit deuincire, ab eadem transmitti materiam, atque depelli. At de facultate medicamentorū, quibus vtitur, abundè dictum est in operibus, quæ de illis sunt : dicuntur & nunc capita eorū, quæ in illis fuerunt ostensa. Ergo oleum dolorem leuat, & discutiendi vim habet. Vinum siccare potest, repellere, & concoquere, item mollire & digerere. Constat autem lanam succidam (quam nonnulli *ὁ ὑπερβαίν* vocât) & ceratum præter leniendi vim, digerendo quoque esse & repellendo. Nō sine ratione igitur ab eiusmodi medicamentis præsidium petijt. quoniā verò tumor fit iusto maior ab ijs, quæ sub vinculis eò exprimūtur, curatio primūm dirigi debet ad id

40 exhaustiūm, quod in tumidâ parte præter naturam subsistit. At, quū multa sint, quæ hoc efficiunt, quibūsnam vtemur? digerentibus, repellentibus, lenientibus : digerentibus quidem ac reprimentibus, quoniā apertè exhaustiunt : at lenientibus eo nomine, quòd prohibēt, ne materia præ dolore ad vitiatam sedem concitetur, atque ob hanc causam lenius digerētia, ac reprimentia ad inflammatam partem ad mouemus. nam, quæ horum vtrunque fortiter præstant, dolor irritant. His ratiocinationibus ductus Hippocrates, lanâ succidâ vsus, hoc est, cætyo redundante, curationi adijcit oleum, vinum ac cera-

tum, lanámque ipsam bene carptam esse vult, quo lenior sit, & dolorem leuet: 1  
 quæ elota quidem est, carpta facillè mollitur: at succida ob sordem non facillè  
 tractatur, carpitúrque, eoque fit, vt negligèter carpta, dura dolenti parti inhæ-  
 reat. quod Hippocrates, quùm aliquando neglectum animaduerneret, addidit  
 [benè carpta.] Iam verò copiosè ipsam adhibet, vt vino atq; oleo madès con-  
 feruetur, quùm facillè siccescat, quæ exigua imponitur. Ad primum etiam con-  
 silium pertinet ratio vinciendi tumoris, quæ ex tumidis partibus (vt dictum  
 est) ad superiora succos expellit.

» **H**Ac siquidem viâ tumor celerimè extenuaretur.

Diceret extenuari membrum, non tumorem, qui propriè loqueretur. 10  
 danda siquidè opera est, vt tumor ex toto euanescat. maiores tamen complura  
 sic loquuntur, præsertim, qui eloquētissimi sunt contemptâ, quam iuniores ex-  
 colunt, curiosâ nominum inquisitione, non exquisitâ diligētâ, vt ipsi nuncu-  
 pant, qui in eâ versantur. Sed digni vtique essent, quos laudaremus, si hac vel  
 exquisitâ, vel propriâ (vtcunque ipsi nominent) verborum inquisitione, rem  
 clariùs aperirent, quàm Hippocrates: sin obscura atq; humilis est eorum ora-  
 tio, præstat maiorum æmulari negligentiam.

» **E**T ad priorem iuncturam superferretur. ad quem deligandi modū venien-  
 dum non est, nisi tumor aut pustulis, aut nigritie periclitetur. Sed nihil ta-  
 » le sequitur, nisi quis fracturam vehementer adstrinxerit, aut fuerit dependere, 20  
 » aut manu scalperit, aut aliquid cutem attigerit, quod ipsam irritauerit.

Vna quidem hæc scriptura est [ & ad priorem iuncturam superferretur ] pu-  
 tant tamen expresso tumore alij materiam depelli super iuncturam, alij ad lo-  
 ca, quæ iuxta sunt. quorum cōtrouersiam diiudicare facile est, si antè vincien-  
 di ratio constituatur. vbi enim ferulis relaxatis, tumida pars (vt suprà ostēsum  
 est) alligetur, aliquid sanguinis ad loca, quæ iuxta iūcturâ sunt, depelletur: sed,  
 si ferulis summotis, atq; omni vinculo penitus resoluta de integro vinciamus,  
 simul & eam iuncturam adhibētes, quæ fracturis accommodatur, & eam, quæ  
 à tumore incipit, succus hâc viâ expressus vltra partem priùs deligatam ad su-  
 periora transferretur. 30

» **S**I quis femori canalem subijciat breuiorem, quàm vt vltra poplitem perti-  
 » neat, noxam magis quàm opem afferet. quâdoquidem prohibere non po-  
 » terit, quin corpore aut crure moto, femur quoque moueatur. popliti item infe-  
 » stissimus erit, vbi adhibeatur, cogētque id fieri, quod minimè est opus. mini-  
 » mè namque opus est curuari genu. omnia enim deuincti cruris ac femoris vin-  
 » cula necessariò mouerentur, si quis genu curuaret: neq; fieri posset, quin mu-  
 » sculi alio atque alio modo figurarentur, comminutâque ossa dimouerentur. In  
 » primis igitur danda opera est, vt extendatur poples. videtur autem femur in  
 » eum canalem vtiliter conijci, qui à coxâ ad pedem est.

A tumoribus ad canalem aggressus est, què euidēter exposuit. mox autem 40  
 adscribet canalem vel *διὰ τοῦ πλάγιου*, hoc est, qui totum crus excipiat, vel nullo mo-  
 do subijciendum esse. Glossocomum verò machinamentū diximus rectè fuisse  
 à iunioribus repertum.

» **D**etur item fascia lenta iuxta poplitem cum canali, quo modo & infantes  
 » dinuoluuntur in cunis. sic enim, vbi femur in superiorem partem, siue in  
 » latus vertatur, cum canali alligatum meliùs continebitur. Canalis igitur, vel  
 » totum excipere crus debet, vel nullo modo adhiberi.

Quod

1 Quod inquit [cum canali] duobus modis exponitur. nonnulli existimant canalem extrinsecus fasciâ circumdandum, itâ, vt hæc sit Hippocratis sententia. Fasciam dare laxam conuenit, quæ vtrunque complectatur, & hominis poplitem & canalem, qui ipsum excipit, id est, vt ipse poples nō seorsum, sed vnâ cum canali comprehendatur. Alij circumligandum esse poplitem intelligunt, vt crus immobile cum canali contineatur, hoc est, subiecto etiamnum canali. quum neque vinculum per se possit satis fideliter continere, neque canalis, sed ambo simul.

10 **I**tem maximè videndum est, vt in fracturâ tam femoris, quàm cruris, quantum potest, imus calx optimè contineatur. nam, si dependente pede crus reliquum fulciatur, necesse est ossa gibba in priori parte cruris conspici: sin calx iusto sublimior collocetur, reliquo crure leniter suspensio, os in priori parte cruris iusto magis sinum necessariò se ostēdet, idque adeò, si calx hominis naturaliter est grandior. Ad hæc omnia ossa tardiùs conferuent, vbi non figurantur naturaliter, neque in eodem habitu detinentur. Præterea callus infirmior circumdatur.

In superioribus, vbi de cubito mitellâ suspendendo pertractauit, diximus à quibusdam scribi [brachium suspensum] demptâ particulâ [non] à quibusdam eâ adiectâ [brachiū non suspensum] & illos quidem intelligere suspensum brachium, quod non inhæret, neque subiectæ alicui rei insidet: hos verò id, quod fideliter sustinetur. De crure autē, quod fulcitur *ἐρματισμῶς* dixit ducto vocabulo à fulcris, quæ dicuntur græcè *ἐρματα*, quorū meminit poeta in eo carmine. *Ἐπὸ δ' εἰρεῖν ἐρματα πηδῶν*. Sic igitur accipitur vocabulum *ἐρματισμῶς*.

FINIS SECVNDI COMMENTARII  
GALENI IN HIPPOCRATEM  
DE FRACTVRIS.



# Galenī in Hippocratem de fractu-<sup>1</sup>

RIS COMMENTARIUS TERTIVS, VIDO  
VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.



Nterueniunt hæc, quibus os quidem fractum est, at non excidit, nec alioquin vulnus accessit.

Hactenus simplices fracturas proposuit, in quibus neq; os cute excidit, sic, vt nudum se ostēdat, neq; vllō modo vulnus accessit. Constat autem ossa nec excidere, nec nudari, nisi cutis & superiecti muscoli secantur, fieri tamen vlcus potest, etiā si nihil ex comminutis ossibus deregatur. Transīt ergo iam atque aggreditur ad fracturas, quibus carnis quoque vulnus accessit, siue id solum sit, siue præter id, os etiam nudetur.

Quibus sine fragmentis ossa simplici modo comminuta, eodē die, vel certē posteriori reposita sunt, atque in suam sedem restituta, nec testæ alicuius expectatio est, quæ ab ossē abscēdat: aut quibus vulnus quidem est, sed abrupta ossa non excidunt, neque fractura talis est, vt metuendū sit, ne testā quæpiam ab ossē abscēdat. his omnibus aptissima deligandi ratio est, quæ simpliciter fracturæ accommodatur. 20

Fracturæ, vbi vulnus quoq; adijcitur, duplicem curationem docet, alteram quatenus aliquid fracti ossis nudatur, vel testā vrget, quæ à contrito ossē diducta est: alteram, quū nihil tale est, sed extra fracturam, quæ rectē cōposita est, vno vulnere sollicitamur. Nam, si nudum os cute excidit, quod protinus benē compositum fuerit, & restitutum, mutādum esse superius genus curationis nō censet. Verūm alia requiritur curatio, vbi vulnere adiectā fracturā os excedens restitutū est, neque suspicio est, ne aliqua testā à perfractō ossē resoluatur: alia, vbi os tegitur cute, sed expectatur testā, quæ resoluta procedēte tempore à naturā per vulnus expellatur. In priori casu vitur iuncturā, quam posuit conuenire, vbi os integrā cute perrumpitur: in altero variā curationem adscribit, vt mox euidenter ostendet. satius enim est ipsum audire. 30

Nonnulli (atque hi non admodum proficiūt, aut obsunt) vlceribus imponunt aliquod ex purgantibus medicamētis, vt ceratum, quod picem habet, vel quodpiā ex ijs, quæ cruentis vulneribus iniiciuntur, vel quoduis aliud, quod componere soleant. Illos autem laudo, qui pannos superdantes vino madefactos, aut lanam succidam, vel eius generis aliquid deuinciūt: vbi verō vlcera pura sunt, & iam glutinantur, tunc lintea complura adhibent, & per ferulas dirigunt. Hæc ratio curandi aliquid confert, neque multum lædit: ossa tamen in suum locum non similiter reponuntur, sed hāc viā fiunt aliquanto tumidiora, quā par sit. 40

Retuli ad eas fracturas, quibus carnis quoque vulnus adijcitur, curationem duplicem ab Hippocrate admoueri: nunc orsus ab eā, quam primo loco posui, eos primū reprehendit, qui malē vlceri illi medentur, in quo, quū fractum os benē compositum est, nihil aliud, quā ipsum restat, neque vlla suspicio est, ne fragmentum ab ossē resoluatur. Quidam (inquit) medici eos, qui sic affecti sunt, inter initia curant, perinde, ac si vlcere solo detinerentur: vbi hoc ad sanitatem

- nitatem spectat, tunc eâ vincendi ratione vtuntur, quæ ad fracturas pertinet. Caput igitur propositorum verborum huiusmodi est. multus autem est in eorum curatione narrandâ, quâ nonnulli vtuntur. eo quod singula persequatur. Equidem scripsi eos ita curare, sicut, si citra fracturam vulnere mederentur: at ipse, quibus etiam medicamentis vterentur, exposuit, factâ mentione cerati, quod picem accipit, tum medicamentorum, & quæ protinus cruentis vulneribus iniiciuntur, & quæ purgandi vim habent, item panni vino madetis. Rectè autem medicamēta, quæ cruentis vulneribus iniiciuntur, *αἶμα* vocat. namque etiam nunc apud medicos id vocabuli est vsitatum, quo ea medicamenta
- 10 nuncupare solent, quæ vulneribus superdantur, vt primùm illata sunt, & nondum ex toto sicca, sed adhuc cruenta, hoc est, cum cruor (græcè *αἶμα* dicitur) ex cute ipsâ vulneratâ, seu etiam ex carne, in totis speciem destillat. purgans verò medicamētum est, quod modicè siccet (quam rem demonstratū est caput esse in vlcere curatione) ac detergendi facultatem habet, quâ vlcera pura reddit. Huius generis sunt mixturæ, quæ ex ærugine æris & squamâ componuntur, quarum duplex ratio est. siquidem ærugo ab alijs coquitur, ab alijs adijcitur cruda, quæ crudam accipiunt, virides dicuntur: quæ coctam ruffæ, à colore, qui in vtriusque se ostēdit. Igitur hæc medicamenta purgare vlcera possunt, quum mediocrem habeant detergendi facultatem. huiusmodi esse, quæ sordem ab
- 20 vlcere detrahūt, sicut contrâ, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, carere detergendi facultate indicauimus. variè autem miscentur sicuti priora. At, quemadmodum in illis exempli gratiâ, æris æruginem attuli & squamam, potni & alia similia eadem ratione proponere. nūc autem abundè sit illud indicasse, quod *αἶμα* vocata, quibus abest detergendi facultas, sunt, quæ ex bitumine componuntur. Horum exempli gratiâ mentionem faciâ, quum omnia quæ id præstant, in opere de medicamētis fuerint explanata. Ceratum autem, quod picem habet, inter omnes ferè conuenit, lenire dolorem, & pus mouere. tunc verò cōfert, quum vlcus iam inflammatione tenetur: alioquin ipsum nemo imposeret, quum neque detergere sordem possit, neq; vlcus glutinare, aut
- 30 ad cicatricem perducere. At panni vino madentes ob vinum ipsum repellunt. dantur enim ad continendū ab ijs, qui hoc modo medētur, qui adhibere volunt, vlcere causâ eas fascias, quibus antè iniectis aliæ superdātur. Quæ autem scire oporteat eū, qui rectè vlcera curaturus sit, posita à nobis sunt, quo ordine singula requirebant, in tertio & quarto libro de ratione curandi, atque etiam abundè in expositione libri de vlcere: quod ad hunc locum pertinet, satis est hæc retulisse. nam de curatione propositorum affectuum rursus tractādum nobis erit, quum Hippocrates illam exequetur: nunc meminit aliorum medicorum, quos ait, non similiter grauem noxam afferre, atque illos, quorum mentionem facit. Quid igitur est, quod errât? siquidem, quum primum id cognitum fuerit, cōstabit etiam iure ab Hippocrate scribi illos non admodum proficere, aut obesse, qui vlcere non malè prouident, sed fracturâ initio negligūt, idoneum vinculum, postea superdantes, quod proditum est ab initio conuenire, quamobrem (inquit) ossa fiūt tumidiora. Satiùs igitur est per omne tempus curationis comprimi hæc, atque adstringi, quod præsidij ad non paucos dies initio prætermittūt. asserit enim, vbi iam futurum est, vt vlcera glutinentur, tunc, qui sic medentur, incipere deligare eo modo, quo fracturæ conueniūt. Constat autem vlcera suppurare, deinde purgari, priusquàm glutinanda sunt,
- 40



quod triduo fieri nequit, aut quattriduo.

„ **Q**uibus tam cruris, quàm brachij vtraque ossa fuerint, cōminuta, breuiora etiam fiunt.

Breuitatis Hippocratis proprium est id, quod in proposito sermone desideratur, apertè ex eo, quod subiicitur, indicare. quam rem nunc fecisse perspicuum est. præsatus enim eorum, qui superiori ratione curantur, ossa reddi tumidiora, nō definiuit, omnium ne an aliquorum. at nunc ex propositis verbis euidenter colligitur, non omnium, sed eorū duntaxat, quibus alterum fractum est, quum partes, quæ iuxta fracturam sunt, minimè ipsum contineant, vt, quæ per omne tempus curationis, nec adstrictæ fuerint, nec coarctatæ. Membrum tamen breuius nō redditur. quandoquidem alterum os integrum manet, quo naturalis longitudo seruatur. Sed, vbi vtrunque comminuitur, muscoli (vt antè exposuimus) contracti, ad superiores partes vitiata quoque ossa contrahunt. quamobrem extendi ea iubet, antequam cōponantur. Sed, quia sine cōuenienti iuncturâ composita ossa nequeūt contineri, eâ de causâ, donec increseat callosus, curiosè deligat. Quam rem qui negligunt, & vlcis curationi insistant, non solum tumidum magis quàm naturaliter conueniat, membrum reddunt, sed breuius etiam efficiunt.

„ **R**ursus alij reperiuntur, qui lintea in eiusmodi casibus à principio protinus circundantes vtrinque deuinciunt: vlcus verò ipsum relinquunt, & nudum esse patiuntur: deinde super ipsum imponunt aliquod ex purgantibus medicamentis: tum pannis ex vino madentibus ac lanâ succidâ medentur. Hæc quidem curatio aliena est, quâ qui & in his fracturis, & in alijs vtuntur, longè aberrare verisimile est. Maximè enim ad rem pertinet nosse, quo pacto injici primò linteam debeat, & quâ valentissimè coarctari: item quid conferat, quâ potissimum parte conuenit, quum fasciæ caput superdare, tum adstringere: quidve sequatur incommodi, si aliâ parte, atque opus est, orsa fasciæ fuerit, nec quâ maximè expedit, sed hinc vel hinc fuerit arctata. Vtriusque vinculi effectū in superioribus demonstrauimus, cuius testimoniū est ipsa medicina. Illi enim, qui sic deligatus fuerit, necesse est vlcus in tumorem assurgere.

Eorum nunc meminit, qui summo opere lædunt, & quæ ab his admoueantur, planè docet: tum errores ipsorum apertè redarguit, sic, vt meæ expositionis non egeant, qui in ijs, quæ ab ipso afferuntur, laborare non recusent.

„ **N**am, si carnosâ pars, quæ sana est, hinc atque hinc vinciat, media non comprehensa, ea pars, quæ relicta sine vinculo fuerit, maximè turgabit, minúsque erit sui coloris. Quo pacto igitur vlcus hæc effugiet?

Hippocrates quamlibet carnosam partem appellat *ῥοδρα*, vt suprà quoque indicauimus. Nunc illud animaduertendum est, quod qui rationalem medicinam profitetur, vbi præsidium idoneum esse comperit, non expectat longum vsum. putant autem, vbi vlcus sine vinculo dimittentes, vtrinque fasciam circumagunt, excitari inflammationem, & vlcus malè affici ex malâ conditione affectus, at non ex eâ, quam adhibent, curatione. cuius primus rector seipsum falsâ ratione decepit: successores verò vñtatam hanc curationem seruauerunt, eò quod mutare non auderent. ex quo magnum malum sequitur. id illis meritò euenit, qui artes vsu, sine ratione pertractant: vna enim ratio est, quâ fretus aliquis, rei naturâ demonstrante mutare tentat, quæ malè fuerant longo vsu recepta. Quâ ergò ratione motus Hippocrates ipsorū curationem mutauit? non hercle



hercle probabili assumptione, aut alienâ, sed quæ scientiam faceret, ac necessaria esset. Quod si corporibus benè valentibus, sub eâ vinciedî ratione materia vtrinque in medium spacium inter partes deuinctas expressa inflammationem excitat, quî non longè magis id faciet ægrotantibus?

¶ **I**gitur necesse est, decoloretur vlcus, & materia ad ipsum exprimat, tñ labrum chrymet, ac minimè suppuret: ossa verò, & quæ abscessura nō esset, abscedat.

Quæ accidant, vbi malè vlcus deuinctur, hoc loco declarauit. Cuncta autem ab inflammationis magnitudine profiscuntur. quandoquidem ob hanc vlcus labra in exteriora vertuntur, perinde atque ea, quæ propriè oris labra nominantur, vbi inflammatione vexentur. Totus autè locus mali coloris non iniuriâ conspicitur, quod & ipsum constat ex immodicâ inflâmatione prouenire. Destillat verò ab vlcere tenuis, & cruda sanies, similiter ac lachrymæ ab oculis inflammatis. inde translatione vsus, dixit lachrymare vlcus, vbi sic afficitur. Præterea succi, qui inflammationem excitant, crudi permanent, dum ea vinculi ratio admouetur. sed & ossa necesse est procedente tempore vitari. his enim crudorum succorum abundantia madefactis mirum nō est, si qua particula abscedat, vbi qui sic medetur, ab alieno vinculo non desistat. Siugula, quæ in vniuerso sermone restant, euidentissima sient, si quis (vt diximus) animum adiungat, tum in memoriâ habeat, quæ suprà ostensa sunt. eò enim hæc omnia  
10 pertinent, & (quemadmodū ipse Hippocrates admonet) his illa cōfirmantur.

¶ **V**lcus item pulsu affligetur, atque igneum erit, tumor item coget cataplasmata superdari. quod incommodum similiter afferunt, qui vtrinque deligant. quum præter alium pulsum, inutile quoque onus adiciant. Fascias tandem soluunt, vbi vlcus recrudescere conspiciunt, & reliquo tempore sine iuncturâ medentur, nec secus curant quoque, si aliud vulnus nacti sint. siquidē hæc  
euenire minimè censent, eò quod hinc atque hinc deligauerint, & nudum vulnus reliquerint, sed aliquod aliud infortuniū causantur. Quod si hæc deligant  
diu, penitus alienam esse, frequētari verò à compluribus, tum maximè ad  
rem pertinere eam dediscere, apertè non cognouissem, nō tam multa scripsissem.  
50 Adde, quod hæc testantur, quæ suprà exposita sunt, maximè ne, an minime adstringendum sit, rectè fuisse tradita. Oportet autem (vt summatim dicam) vbi nullum expectatur os, quod recessurum sit, similiter curare, atque vbi  
sine vlcere fractura est. extendenda enim æquè ossa sunt, ac dirigenda, & eodem modo vincieda. Ad hæc vlcus cerato, quod picem habeat, inungendum,  
tenuiue panno duplici contegendum, proximæque partes albo cerato illinenda.  
fasciæ verò, cæteræque scienda paulo latiora, quàm si vlcus non esset, & quâ parte primum dantur, latiora multo danda, quàm vlcus. quum, quæ angustiora sunt, instar zonæ ipsum cingant, quod minimè expedit. primus enim  
circuitus totum vlcus completi debet.

40 Indicaui paulo suprà sub hæc vinciedî ratione, tumorem exprimi ad ipsa vlcera. tumorem verò *ἰδίῃ* nuncupat, sic, vt sermo talis sit. Sanguis, qui sub alienâ vinciedî ratione vtrinque ad ipsum vlcus exprimitur, tumorem facit præter naturam, huncque & *ἰδίῃ*, & *αἰσχυρὰ* solitus est appellare. Tumori autem, quum pulsus accedit, atque ardor, inflammationem perficit, quæ propriè *φλεγμονή* superius appellata est, quod vocabulū non sic accipiebatur apud veteres, eo siquidem notabant omnem ardorem, quemadmodum sæpenumero declarauimus: ab Erasistrati verò sæculo consuevit vsurpari ad illos tumores signi-

ficandos, quibus nō modò ardor accedit, sed renixus etiam & pulsus, necessa-  
riòq; rubent. ruborē efficit ingens ardor: renixus & pulsus à multitudine ori-  
tur. Poterat Hippocrates igneum vlcus dicere πυρετῶδες quasi febricitans: di-  
xit autem πυρετῶδες, sumpto vocabulo ab igne, quem græci πυρὴ vocant, quo ar-  
dorem (vt mea fert opinio) nobis reduceret in memoriam. quoniām & febris,  
quæ πυρετῶδες græcè nuncupatur, ab eodem vocabulo ducitur. quūm nihil aliud  
sit febris natura, quā igneus calor.

¶ **F**Eratur item fascia præter vlcus ad partes etiam, quæ suprà sunt, atque infrà.  
Veteres quūm superiorem atque inferiorem partem significare volunt,  
rarò αἰθερὰ καὶ γῆν αἰθερὰ scribūt. his enim vocabulis plærūq; exprimunt partes vtrinq; 10  
à lateribus sitas: Hippocrates tamen hīc antiquā exponendi figurā vsurpauit.  
¶ **E**Rgo caput fasciæ injiciatur è regione vlcis, & laxius paulo attrahatur,  
quā si fractura esset citra vlcus. circumagatur autem eo modo, quo suprà  
positum est: sintq; fasciæ molliores semper, quā si integrā cute os esset abru-  
ptum, neque pauciores, quā prius diximus, sed aliquanto plures. homini ve-  
rò, quūm inuolutus fuerit, videantur aptissimè inhærentes, non tamen adstri-  
ctæ, asseratque super plagam maximè inhære. tum eodem tempore, quo su-  
prà indicauimus, ipsas & benè insidētes, & laxiores sentiat. deinde tertio quo-  
que die soluantur, & rursus alligentur. In cæteris similiter agendum, vt in su-  
perioribus: hīc tantūm latius, q̄ ibi coarctentur. Quòd si fiat, quæ rationi con- 20  
sentanea sunt, locus in quo plaga est, & reliqua etiam sub vinculo comprehen-  
sa, semper graciliora se ostendunt. iam verò & pus ocyus orietur, quā si alia  
curatio admoueat. Carūculæ præterea, quæ in vlcere nigrescunt, & emoriū-  
tur, celerius sub curatione hāc resoluētur, & recedent, quā sub aliā, atq; vlcus  
celerius cicatricem recipiet, si hāc viā, quā si alio modo curetur. Cuncta hæc  
propterea fient, quòd & locus exulceratus: & quæ iuxtà sunt, extenuentur.

¶ *ῥῆσι* semper intelligit Hippocrates [è regione] modò in longitudinem cor-  
poris, modò in latitudinem. veluti nunc, quūm voluit primæ fasciæ caput dari  
super dextram, vel sinistram vlcis partem, dein super ipsum vlcus inuolui, sic,  
vt vniuersum complectatur, neque vllam partem nudam relinquat. 30

¶ **R**eliqua curatio esse debet, perinde ac si ossa citra plagam perfringantur,  
nisi q̄ ferulæ non sunt imponendæ. quamobrem pluribus fascijs hīc opus  
est, quā alibi, quūm & minùs adstringendū sit, & ferulæ tardius circūdandæ.

Interdicit, ne ferulæ imponantur, vbi fracto ossi vulnus accessit, veritus ne  
compressant, atque ob eam rem præcipit, ne arctius super has fasciæ deligen-  
tur, sed vtrāque de causā plures imponantur. Memèto autem, ipsum imperas-  
se, vt plures injicerentur, propterea, quod & minùs coarctantur, & ad ferulas  
tardius veniunt.

¶ **T**Amen, si ferulæ superaccommodentur, è regione vlcis minimè circum-  
ponantur, deturque opera, vt laxiores sint, ne vehementer adstrictæ pre- 40  
mant, quā rem in superioribus quoque proposuimus. Tenuiori autē cibo diu-  
tius contenti sint, quibus à principio carnis quoque vulnus accessit, vel ossa cu-  
te exciderunt, & (vt vnā complexione complectar) grauissimæ fracturæ ratio-  
nem victus tenuiorem amant, & diuturniorem.

¶ *E'* regione nunc intelligit in longitudinem, in hanc siquidem ferulæ impo-  
nuntur. Suprà loquutus est, vt, qui ferulas summouebat: nunc, vt is, qui nonnū-  
quam ipsas accipit. Inquit [Tamen, si ferulæ superaccommodentur] Quid ipse in  
eiusmodi



## COMMENT. III.

193

1 eiufmodi cafibus facere confueuerit, & in ipfo crure etiam, non eft, quod con-  
rendam, quàm rem minimè definiuerit. Exponam tamen id, quod facio. in il-  
lis fracturis, quibus in longitudinem membri, carnis quoq; vulnus accedit, fe-  
rulas vtrinque à lateribus vulneris adhibeo: fed fi hoc tranfuerfum fuerit, non  
patitur ferulas superdari, præfertim, vbi grandius fit.

2 **E** Andem verò curationem requirunt vlcera, quæ non à principio fracturæ,  
sed, vel ob lintea nimium arctata, vel ob impofitas ferulas, aliæ de cau-  
fâ, fub curatione poft eam oriuntur. Cognofcitur autem, vbi vlcus fubeft ex do-  
lore, & pulfu, item ex tumore, qui tunc extremis partibus indurefcit, & fi di-  
30 gito prefferis, exprimitur, ac rurfus citò reuertitur. Igitur, fi quid tale fufpe-  
ctum fit, foluere oportet: atque vbi, vel ea pars, cui superdantur illæ fasciæ, quæ  
primæ iniiciuntur, vel altera, quæ deuincta fuerit, pruriat, in vicem alterius ce-  
rati inungenda eft eo, quod picem habeat.

De vlceribus nunc agit, quæ procedente tempore fracto offi ob circumpo-  
fitas ferulas superueniunt. Docet ergò, quibus de caufis fiant, quibufq; indicijs  
cognofcantur, vbi iam orta funt: poft hæc præcipit, ne per confuetum tempus  
alligatas effe fascias finamus, fed celerius fubtrahentes, idoneam curationem  
quam ipfe euidenter expofuit, admoueamus.

40 **A** T fi nihil eiufmodi fit, fed ipfum vlcus irritatum, nigrum valdè, aut for-  
didum reperiatur: tum caro purulenta, futurumque etiam fit, vt nerui ex-  
cidant, hos non conuenit ex toto nudare, neque fuppurata hæc timere, fed in  
cæteris eadem ratione mederi, atque vbi initio vulnus adiectum eft.

Nudare dixit *anaptyxan*, hoc eft, vinculum detrahare fracturæ idoneum, vt  
vlcus nutriatur. non enim vult nullâ re impofitâ, nudum prorsus ipfum relin-  
qui, fed adiiciens [non conuenit ex toto nudare] mediam curationem indicat.  
effet autem media huiufmodi quæpiam, fi in vulnere aliquod ex propofitis fi-  
gnis apparet, imperat, vt quàm primùm foluatur iunctura fractis offibus acco-  
modata, & vno atque altero die curatio, quâ vlcera poftulant, adhibeatur, mē-  
brumque rurfus deligetur, quemadmodum fubiecta verba demonftrant.

50 **T** Antum fasciæ laxæ admodum ordiantur à tumore, qui in extremitatibus  
eft, deinde femper furfum verfus circumagantur, neque vilo modo coar-  
ctentur: infideant item vlceri commodiffimè, alibi verò laxiùs vinciantur. funt  
autem hæc prima lintea munda, non angufta, & eorum, quæ circumdari fo-  
lent, vbi ferulæ imponuntur, vel numerū æquent, vel non multo pauciora funt.

Imperat hoc loci, vt vinculum orfum à tumore, qui in extremis membris  
affurgit, inde irà feratur, vt nihil nudum relinquat, donec ad ipfam fracturam,  
quâ parte exulceratio eft, porrigatur. ità, vt in vnum committatur vinculum,  
quod tumorem curat, & quod fracturam deuincit: vnâque fit vtriusque inten-  
tio, quæ paucis circuitibus abfoluatur. Iubet autem fasciam commodiffimè vl-  
60 ceri infidere, hoc eft laxam effe eatenus, vt nullo modo adstringatur: fuper cæ-  
teras verò partes, atq; adeò iuxta fracturam magis edicit, vt minimè coarctetur.  
perpetuum enim effe voluit arctiùs eam partem vinciri, vnde fanguis ex-  
primi debet. monet autem, vt in extremitatibus, quæ tumidæ funt, fascia la-  
xiùs alligetur, ad id confilium dirigès, vt vinculum in vnum committatur. At  
non propterea vniuerfam illi curationem committit. non enim id eft, quod in  
hoc cafu remedio fit fractis partibus, vbi nigræ funt, atque emoriuntur: fed  
tumori, de quo ad verbum fcripfit. [Tumor extremis partibus indurefcit, & fi



digito prefferis, exprimitur, ac rursus citò reuertitur.] Hæc tumoribus superueniunt. iure igitur non æquè eos negligit, atque vbi molles sunt, nec ad eisdem dirigit præcipuum totius curationis consilium.

» **V**Lceri abundè est pannum inducere albo cerato inunctum. nam siue caro, siue nervus nigrescat, procidet: his enim acria superdare non expedit, sed mitia, non secus atque adustis. Insuper tertio quoque die soluere conuenit, ac rursus deuincire: tum ferulas vitare, & magis quàm antè conquiescere, atque abstinere. Scire etiam oportet, vbi futurum sit, vt vel caro, vel nervus excidat, hâc ratione vitium minùs serpere, & celerius multo excidere, ac proximas partes fieri longè graciliores, quàm si vlus linteis resolutis, quopiam ex medicamentis purgantibus nutriatur. Iam verò, vbi excidat, quod purulentum est, citius caro increfcet, & cicatrix maturius inducetur hoc pacto, quàm si alio succurramus. Hæc omnia igitur eò pertinent, vt sciamus rectè, & cum moderate deligare. Eo etiam confert idoneus habitus, reliqua victus ratio, & scia quàm aptissima.

» Declarauit ipse adustorum exemplo, cur acriũ medicamentorum vsus eiusmodi vulneribus noceat. siquidem orta sunt ex calidorum atque acrium succorum mixturâ. Cum quo simul etiam ostenditur, albo cerato acrius esse id, quod picem habet. pix enim eo est acrior cerâ, quo calidior.

» **A**T si quis deceptus recenti vulnere nullo modo existimans fore, vt os recedat, quod recessurum sit, eam vinciendi rationem adhibeat, quam simplices fracturæ postulant, eiusmodi medicinam nõ debet pertimescere. quandoquidem nullum ingens malum apportabit, dum possit modò rectè, & citra noxam manu deuincire.

» Timere, inquit, non oportet modum alligandi fracturæ idoneum, quamuis recessuri ossis indicia se ostendant. quænam illa sint, proximis verbis addisces.

» **D**Enunciat autem futurũ esse, vt sub curatione hâc ossa recedant, pus, quod ex vlcere ampliùs profluit, & videtur ad exitum festinare.

» Vbi copiosius, quàm pro vlceris modo, pus feratur, verendum est, ne subiectum os vitiatum sit: sed, si præter id videtur ad exitum festinare, quod *εργασ* dixit, hoc est, si festinanter à vitiatâ parte expellatur, iam certa res est. At vnde cognoscemus membrum festinare ad expellendum? Primum ex oris plange, quæ inter se nõ committuntur, sed dehiscunt, & in interiora vertuntur: deinde ex hominis sensu, qui exiguum quendam motum sentire sibi in altioribus partibus videtur, vbi cæteras non sensu, non animo aduertès, hanc vnâ obseruet, cui hæc superueniunt.

» **R**esolvere igitur ac deligare frequentius oportet ob humoris abundantiam. cum alioquin febres excitètur, & vlus, cum his, quæ proxima sunt, si nimium vinculis coarctentur, emacrescant.

» Humoris abundantiam (vt solitus est) appellat *παλσμος*, seu tenui habitu sit, seu crasso, quale nunc est pus, quod, quâdo pars quæpiam ab ossè recessura est, dixit copiosius euadere.

» **E**Rgo, vbi expectatio est tenuium partium, quæ ab ossè recedât, haud multum expedit variare: fascia tantum laxior circumligetur, ne pus retineatur, sed exitum faciliè habeat, &, dum os recedat, sæpius soluatur, ac deligetur: ferulæque omni modo vitentur.

In quibusdam

1 In quibusdam exemplis simpliciter legitur [variare] non adiectâ particulâ [multum.] sed verisimilius sit illam adijci debere. nam, quum ratio fracturæ alligandæ tribus modis variâ sit, muteturque, non diceret simpliciter [haud expedit variare] quandoquidem additâ etiam particulâ [multum] dicet aliquis Hippocratem falsâ prædicasse, propterea quod imperet nunc, ut fasciâ laxior inuoluatur, ut sæpius resoluator, ac deligetur, ut ferulæ non imponantur, & quarto (id quod ubique ab ipso præcipitur) ut fasciarum numerus augeatur, ubi vel laxius deligantur, vel ferulæ omittuntur. sed, quod seruatur, est modus ille vincendi, qui pertinet ad fracturas, cuius habitâ ratione dixit in curatione [haud multum expedit variare.] Fascijs enim vtendum, quæ primò inijciuntur, quarum vna à vitiatâ parte orsa, ubi ter fuerit super ipsam voluta, desinat in superiori parte, eoque modo feratur, quo antè proposuit, altera item, quæ super priorem fertur, ab eadem parte incipiat, tum deorsum ducta ad superiora reuertatur, minúsque arctetur: Panni quoque extrinsecus inducendi ad eundem modum, quo in prioribus declarauit, & super hos fasciæ dandæ, quæ omnia docuit, ubi vinculum fracturæ idoneum indicauit. At, si suspicio est, ne grandior ossis testa recedat, non ampliùs ad quem modum fracturæ postulant, deuincit, ut proximis verbis subiiciet. Iure igitur hîc scripsit [haud multum expedit variare.] Quod si detractâ particulâ [multum] legamus, audiemus ipsum asserentem, non mutandam esse rationem deligandi, quæ ad fracturas posita est. nihil enim mouet, quum similiter atque in eâ fascijs illis vtatur, quæ primò inijciuntur, & deligare incipiat, ac primò circumagat, posteaque adducat, item pânos æquè inijciat, & alliget, quod nihil aliud est, quàm eandem rationem seruare.

20 **A**T quibus grandius fragmentum expectas ab ossè recessurum, siue initio præsenferis, siue postea cognoueris, non ampliùs eadem medicinâ opus est. sed quod ad intendendum membrum, ac dirigendum pertinet, idem fieri debet: panni verò duplices sint, non angustiores, quàm ut dodrantis di-  
midium æquent (quâ in re contemplari quoque vulnus cuiusmodi sit, oportet)  
30 tum, quod ad longitudinem, paulo breuiore, quàm ut bis fractum membrum complectantur, multò autem longiores, quàm ut semel, totque numero sint, quot res postulat. Tincti autem in vino nigro austero primùm medij superduntur, perinde ac fasciæ, quæ à medijs orsæ in vtramque partem attrahuntur: post hæc ad figuram ascia dextrum caput ad sinistriorem partem, sinistrum ad dexteriolem procedat.

In libro de officinâ medici, de circuitu fasciæ inquit [simplex orbicularis ascia.] Est ascia brevis ille circuitus, qui rectus incipiens ad latus attrahitur, nondum tamen est obliquus, definitq; ad similitudinem ascia, quâ fabri vtuntur. namque à rectâ lineâ paulum recedens curuatur, vnde nomen ascia traxit. In hanc igitur figuram præcipit, ut panni super fractum membrum imponantur: eorumque capita ducantur, non secus atque, ubi fasciæ à medijs orsæ vinciuntur, hoc est, ut panni super membrum medij primùm dentur, deinde eorum capita per vitiatum locum ferantur, non in orbem, sed paululum inclinati sic, ut à contrariâ parte, atque inceperint, ad X literæ similitudinem inter se committantur. quod non fieret, si circumagerentur in orbem. Nam, quæ ita procedunt, planè inter se coeunt. Pannorum longitudinem indicauit, quum inquit [paulo breuiore, quàm ut bis fractum mem-



brum complectantur, multò autem longiores, quàm vt semel]. præcipit enim  
 membrum ab his sæpiùs excipi, sic, vt singuli semel ipsum amplectantur. At  
 non continerent firmiter, si quâ parte committuntur, eadem finirentur, neque  
 vltra procederent, aliâque membri particulâ complecterentur. Ferè autè to-  
 tius membri dimidium secundò panni inuoluendum esse intelligit, quùm in-  
 quit [paulo breuiore, quàm vt bis fractum membrum complectantur: multò  
 autem longiores, quàm vt semel] quod sanè continget, vbi hi dimidiũ mem-  
 bri ambitum amplexi definant. Quare si panni pedalis vtpote longitudinis  
 totum membrum semel inuoluant, duplo longiores esse conueniet ad hoc, vt  
 bis præstare idem possint: sed, si secundò vltra dimidium nõ ferantur, eo lon- 10  
 giores sint, quàm vt semel totum membrum excipiant, quo breuiore sunt,  
 quàm vt idem bis efficiant. erunt autem sic sesquipediales. Diligenter igitur  
 contemplari membri crassitudinem oportet, & de ipsâ pannorum longitudi-  
 nem coniectare, eosque tantos admouere, vt primo circuitu totum, secundo  
 dimidium duntaxat, complectantur. Vbi minùs tuæ coniecturæ confidas, si  
 eos super integrum membrum inducas, ad vnguem longitudinem reperies.  
 Dubium autem non est, quin panni ità coherere inter se debeant, vt nullum  
 inter ipsos inane spaciũ relinquantur. Hos docet ex vino madefieri, quod co-  
 lore nigrum sit, gustu austerum, habitu verò, quale illiusmodi vinum est, ple- 20  
 num videlicet. nam ex cunctis vini generibus ad hæc vitia, id optimum est,  
 quod nigrum & austerum est. communis enim illi gratia est, ob quam in vl-  
 cerum vinculis ingeritur, præterquam, quod minùs mordet, quàm aliud vi-  
 num ex adstringentibus, quod permagni in eiusmodi curatione refert. osten-  
 sum enim est sub dolore inflammationem se concipere. quare potius est, quod  
 modicè, quàm quod vehementer austerũ est. quandoquidè hoc dolorem mo-  
 uet, quùm carnem vltra debitum cogat, comprimâtque. Quamobrem, nec id  
 vtiliter adhibetur, quod tenuium partium, quale albũ est, aut flauum, aut rus-  
 sum. quùm ad altiores partes exulceratę carnis penetret, doloriq; sit, eam com-  
 primens, atque adstringens: at plenum, cuiusmodi nigrum est, ad carnem al-  
 trius non descendit, sed illam refrigerando & contrahendo, qualitatem dun- 30  
 taxat impertit. repellit itaque succos, qui iam recepti sunt, & eos, qui influunt,  
 coërcet. Ratio igitur eligi vinum hortatur, quod nigrum sit & austerum. quã-  
 obrem, vbi velis etiam experimento comprobare, periculum faciens eius fa-  
 cultatis in maximis grauissimisque vulneribus, verum dixisse me cognosces.  
 Dictum autem est etiam in superioribus, oportere vlcus ex eo continèter ma-  
 dere. quandoquidem, vbi superiniecta lintea paulatim siccentur, atque inca-  
 lescant, vlcus inflammari necesse est, potissimum æstate. Quo tempore, quùm  
 pontifices Pergami apud nos semper gladiatores darent, eos, qui grauissimè  
 vulnerati fuerant, curauim, multiplicem pannum vulneribus inducēs, istiusmo-  
 di vino madentem: extrinsecus verò superimponens spongiam mollem: de- 40  
 inde totum ferè diem noctemque perfundens. Vulnerato autem membro pel-  
 lem subieci leniter à pedibus sinuatam, per quam procederet infusum vinum,  
 & quasi per canalem efflueret, atque inani pelui receptum, regestũque  
 rursus infunderetur. Extra alios vsus, quos vinum hoc præstat, ferè nullum  
 odorem mouet, id, quod inter cetera commodissimum est. cum ex alijs quod  
 odoratum est, maximè caput tentet. nigrum & austerum, neque etiam eo  
 nomine officit, sed si vllum excitat odorem, ille exiguus est, cum naturâ frigi-  
 dum



1 dum sit. Ostendimus autem in libro de simplicium uedimentorum facultate, vinum austerum naturâ frigidū esse ac terrestre. Tale igitur, quū ex misturâ constet frigidâ terrestrique, calidos vapores ad superiora minimè transmittit. At, quū plarisque eorum, qui icti sunt, huius præsidij vtendi copia nō sit, quo nos ad gladiatores vsi sumus, diximus inter initia protinus horum commentariorum inungendum esse liquidum ceratum, quo simplices fracturæ illinuntur, quod vino longè imbecillius est, satis tamen efficere potest id, quod res exigit.

10 **I**mponantur autem hi super ipsum vlcus, & hinc atque hinc, neque vllō modo adstringantur, sed eatenus insidant, vt vlcus fulciant.

Nunc rursus, quū (hinc atque hinc) *ἐξ ὧν καὶ ἐξ ὧν* dixit, vt longitudinem membri, non vt latitudinem indicet. seruat autem commune præceptum, vt vincula non parū super integram partem ferantur, vbi ingens vitium est, vt cum maximè.

2 **A**d vlcera verò admoueatur ceratum, quod picem habeat, vel aliquod ex ijs medicamentis, quæ cruētis vulneribus iniiciuntur, vel aliud ex ijs, quæ idonea sunt, quæ perfundantur.

Summa curationis in perfusione sita est primis diebus, quibus & exprimere ab vlcera parte conuenit, quidquid humoris in eâ iam contractum fuerit, 20 & id prohibere, quod a superiori parte concurrat. A tertio die ceratū, quod picem accipit, expeditius est, quo maturatur, quæ in vlcere collecta sunt. At Hippocrates cerato initio, cum vini proprietate vitur, quod vlceras partes attingi nolit à vino puro, sed medium aliquid interijci, ne qua illis iniuria propter adstringentem vini facultatem accedat. non enim medetur vulneribus ensis ictu simpliciter illatis, sed quibus iuxta omnis caro plus minúsve quodammodo necesse est, atteratur. siquidem sub quo ictu frangitur os, caro etiā atteritur. Merito igitur super ipsa vlcera imponi quoque voluit aliquod medicamentum ex ijs, quæ statim cruentis vulneribus iniiciuntur, vt attrita curet, ac mitiora efficiat, præcipit autem, vt idonea legantur, quæ id, quod extrinsecus infunditur, 30 admittant. idoneum autem hoc loco *ὡς φάρμακον* dixit.

2 **S**i æstas fuerit, panni subinde vino madefiāt: superdetur hyeme multa lana succida vino atque oleo resperfa.

Quia vitia hæc, vbi vehementer frigescunt, interdum neruorum distentione periclitantur, & vinum tum habitu, tum naturâ frigidū infunditur, propterea veritus, ne quid hyeme grauius accidat, quū frigidæ medicinæ temporis quoque frigus accedat, occurrit immodico frigori lanam multam inducens, tinctam vino, cui olei paulum adiectum sit, imperatque, vt ea succida sit, quo per æsypum aliquid calefaciat, & modicè refrigeret.

40 **S**ubiiciaturque pellis sic figurata, vt humor per ipsam facilè descendat: & quod effunditur, recipiatur.

Pellem *ἱερὸν* vocauit. quo nomine caprinâ ne tantū significetur, an alia quæuis, quæ in arte hæc superuacuum est, quū non verborum expositio, sed vitiorum curatio proposita sit, in quâ nosse id sufficit, quod subijcere pellem oportet raram non densam, per quam feratur quasi per canalem, non modo id, quo perfunditur membrum, sed etiam sanies, quæ abluatur: eamque à pedibus, vt suprâ posuimus, figurare.

» Eminisse etiam debemus exulcerari eiusmodi partes, si diu in eodē ha- 1  
bitu perseuerent, & ægerrimè ad sanitatem postea perducī.

Quæ cingunt os sacrum (quod & latum appellant) calefacta, atque exesa in torporem incidunt, & vltra cutem exulcerantur, eaque exulceratio difficulter curatur, quùm sub cute sint cartilaginose ossium extremitates, quæ nudata: cicatricem vix recipiunt.

» IN ijs, qui aliquo ex superioribus modis, vel ex ijs, qui postea subiiciuntur, sub  
» vinculis nequeunt ad sanitatem perducī, eò potissimum incumbendum est,  
» vt pars comminuta rectè contineatur, atque è regione corporis, eā obseruatio-  
» ne, vt ad superiora magis spectet, quàm ad inferiora. 10

Præcipit, vt crus omnino è regione corporis colloccetur, sed extremâ partē paulo sublimiùs. De ijs enim superiùs iam posui ex humiliori habitu ad crus plurimum materiæ concurrere, ex sublimiori dolorem excitari. Hâc igitur de causâ vbique cauendus est humilior membri habitus, superior verò hætenus accipiendus, quatenus cruri dolorem nondum affert.

» QVod si benè expediteq; rem agere quis velit, necesse est machinationi-  
bus vtatur, vt fracti ossis intentio iusta sit, ac minimè violenta. præcipuè  
» autem ad crura machinationibus opus est. Quidam sanè reperiuntur, qui quo-  
» ties crus abruptum est, & alligatum, extremū pedem ad lectum deuinciunt, aut  
» ad aliud lignum, quod iuxta lectū defigunt. Hi ergò omnia mala efficiunt, nec 20  
» quicquam boni. eo q; nihil ad extendendū conferat vinculum pedis. quoniam  
» nihilominus reliquum corpus ad pedes fertur, atque eâ de causâ non ampliùs  
» extēditur: neque etiam ad continendum è regione aliquid cōducat, sed potiùs  
» peruertat. reliquo enim corpore in hanc, vel illam partem conuerso, vinculum  
» non prohibebit, quo minùs pes, atque ossa quibus cōtinetur, reliquum corpus  
» sequantur quod si nullo modo vinciat, minùs vtiq; peruertetur. minùs enim  
» relinquetur, vbi reliquum corpus moueatur.

Intentione, quæ per organa adhibetur, quam in his latius, & iam exposuit, & nunc exponit, æquè totum membrum extendi, neque vllam sinī particulam peruerti, superiùs ostendimus. Quæ verò scribit de ijs, qui pedem vinciunt, pla- 30  
na sunt, pergamus ergò iam ad sermonem de orbibus.

» SI quis è corio Ægyptio binos orbes fuit, qualibus vtuntur, qui diu in ma-  
» gnis compedibus detinentur, sintq; orbes hi vndique tunicis inuoluti, al-  
» tioribus quidem à fracturâ, ab articulo humilioribus, tumidi prætereà, & mol-  
» les, accommodentur autem vnus quidem super talos, infra genu alter, à lateri-  
» bus verò vtrinq; habeat ex simplici vel duplici loro exiguos quasi sinus, alios  
» vtrinq; à talis, alios à genu, sinusq; superioris orbis, è regione illis respōdeant,  
» qui in inferiori: Deinde cornea bacula eiusdem magnitudinis prehēdat, scili-  
» cet digiti crassitudine, & eâ longitudine, vt quùm flectuntur, diducere ossa pos-  
» sint, sic, vt non inhæreant. 40


A Orbis infra genu.

B Orbis super talos.

C Sinus vtrinque.

D Cornea bacula.





Sermo de orbibus, quos Hippocrates excogitauit, mihi ita clarus videtur, ut  
 meâ explanatione minimè opus sit. Sed quoniam nonnulli sæpiùs dixerūt ne-  
 scire se, quomodo se habeant, quæ ab Hippocrate tradūtur, incertum est quid  
 agam. ips enim, qui negarunt intelligere se Hippocratem, orbis ipsos mōstra-  
 ui, ac librum legens, sermonem planum feci, singula eius verba accommodans  
 ad eam orbis partem, quā monstrabam, de quā ipse tractauerat. In libro autem  
 non licet orbis demonstrare, sic, ut nesciam, quā viâ hanc orationem aperiam.  
 si quis enim Hippocratis verba, quæ plana sunt, comprehendere nequeat, nec  
 30 mea etiam comprehendet. Ea igitur sæpiùs legat, ac diligenter consideret. cer-  
 tum enim scio, eum, qui hoc sæpiùs fecerit, si antè nō intellexit, omnino intel-  
 lecturum. equidem quicquid lucis addere potero, non omitam. Orbis igitur  
 non debemus tales intelligere, quales sunt pilæ, quibus pueri ludunt. illæ enim  
 verè orbis sunt, sed quos Hippocrates parari iubet à compedibus (ut ipse re-  
 tulit) non abhorrent, quorum afferre similitudinem licet. eos enim concipi-  
 to anguibus similes vel farcimini. ergo, quemadmodum coqui intestinorum  
 sinus similagine infercientes, vel carne concisâ, vel alio eius generis quopiam,  
 farcimen parant. sic tu quoq; corium suito, quod in aue intestinū representet,  
 & molli aliquâ re impleto. Præcipit autē, ut corium sit Ægyptium, id est, vali-  
 40 dum & molle. quodd si in Italiâ, vel Thraciâ, aut vbiuis gētium eiusmodi coriū  
 habeas, Ægyptium ne quærato. Sit autē assutum corium ita longum, ut cōpe-  
 dum modo talos complecti in orbē possit. Alter præterea orbis ad regionem,  
 quæ sub genu est, similiter detur. his enim binis opus est ad singula membra,  
 quæ cutantur. quorum item multa paria disparis magnitudinis habeantur, ut  
 prout vnicuique, conueniūt, huic quidē maiores, illi verò minores iniiciātur. hæ  
 autē tunicę, quas σφαῖρες, id est, orbis vocauit, ex toto esse in orbem nō debēt,  
 neque paris latitudinis, aut altitudinis, sed quæ cuti hærent paulatim patefescen-



tes quodammodo: qua verò attolluntur, rotundæ, neque etiam exquisitæ tales, sed ab interiori parte magis in altitudinē attollantur, inde in orbis speciem desinant, dum ad cutem perueniant à parte exteriori. ea pars, quæ defidit, in inferiori orbe ad pedem propius accedat, in superiori ad genu. Orbibus igitur (vt dictum est) constitutis, quædā appendices innectantur, quas in utroq; vult duas esse, binas in inferiori orbe, quarum sinus sursum spectēt ad genu, binas in superiori, quarum sinus contra deorsum conuertantur. hæc autem à lateribus affuantur ab eâ nimirum parte, quæ maximè attollitur, hinc vna, atque inde altera. in quas conijci vult quatuor bacula extrema, quæ, vbi coniecta fuerint, eodem penè momento paulatim curuentur, vt, dum ad naturalem rectum habitum redeunt, orbis compellant, superiorem ad summum mēbrum, inferiorem ad imum. hoc enim factō fracturæ partes in diuersa extentæ rectè componuntur, feruanturque. Imperat autem, vt ob firmitatē ligni bacula è corno accipiantur, constâtque ad hunc vsum ex eo vtilius adhiberi. Glossocomum verò machinamentum membris in contrarias partes diducēdis aptissimum esse, in superiori commentario indicaui, vbi exequutus sum eius structuram.

„ **M**agnâ curâ, ne imæ fustium partes cuti insidant, sed extremis orbibus. Parentur autem baculorum paria tria, vel plura: sintq; alia alijs aliquanto longiora breuiorave, vt, vbi magis extēdere volumus, commodè possimus: demittanturque hinc atque hinc à talis.

Insidere dixit ἐμίστοι, quasi inhærere significās. edicit enim, ne bacula, quæ ad orbis data ipsos, alterum ad superiora, alterum ad inferiora compellūt, cutem tangerent, sed, sublimiora ipsis orbium sinibus inhæreant. Cornea verò accipi iussit ob firmitatē, vt, quum induntur, vehementer inflexa rursus dirigantur, & ad pristinum habitum reducantur. neque dubiū est, & sursum, & deorsum orbis per hæc eatenus cōpelli, quatenus extenta in longitudinē procedēt.

„ **H**æc, si rectè parentur, iustè intendunt, tum pariter è regione, nec fractura aliquod tormentum sentiet. nam, si quid exprimat, partim ad pedem, partim ad femur trāsmittetur. Commodiùs autem bacula collocantur à talis hinc atque hinc, ne situm cruris impedian, & vt fractura benè oculis subiiciatur & faciliè curetur.

Διμετράς, id est, iustè dixi ab Hippocrate poni pro ἴσως, id est, æqualiter. sed idē significare videbitur ἰσμετράς, id est, equaliter, & ἴσως, id est, pariter, quod proxime subiicitur. Verum ἴσως in partibus vnus rei accipitur, sed ἰσμετράς minimum in duabus rebus. Nunc autē, quod inquit [iustè intendet] intelligendum est de intentione, quæ per duos orbis in cōtrarias partes adhibetur, & de corneis baculis in eos demissis. quod verò subdit [pariter] de eâ intentione, quam singula præstant, puta orbis, qui à talis est, si per se æstimetur, dein is, qui iuxta genu, post hæc ea pars, quæ à dextro baculo, dein, quæ à sinistro.

„ **N**ihil autem prohibet, si quis velit, vel duo bacula superiora inter se iūgere, vel aliquid etiam superinijcere, sic tamē, vt, quod superinijcitur, à fracturâ attollatur. Si orbis igitur leues, firmi, molles, ac noui suat, & bacula rectè extendantur (vt iam proposuimus) machinatio maximè idonea est: sed, si quid horum nō rectè habeat, oberit magis, quàm proficiet. Perpetuum autem est, alias etiam machinationes, vel rectè, vel nullo modo adhibendas esse. turpe enim est, & ab artificio plurimum abhorret, machinationibus vtentem ipsâ machinatione destitui.

Quatuor

- 1 Quatuor erāt bacula, ab utrāque parte cruris duo, vnū superiūs, alterū inferius. duo (inquit) quæ à superiori parte sunt, alligari inter se possunt, vt maneāt recta, ne, dū magnā vi curuantur inter se aduersā, ad proxima loca cōuertātur.
- » **P**latrique tamen medicorum, fracturæ, seu integra cutis sit, seu vulnus etiam  
 » accesserit, primis diebus lanā succidā medentur, neque id videtur ab arte  
 » alienum. Quicunque sanè recentioribus fracturis protinus, vbi lintea nō sunt,  
 » coguntur lanam imponere, maximè veniā digni sunt. siquidem linteis ex-  
 » ptis nihil est, quod multò commodiūs, quàm lana super vitia hæc alligetur. ea  
 » verò copiosè danda est, tum benè carpta, non aspera. pauca enim & mala, pa-  
 » rùm quoque proficit. Sed, qui vno die, aut altero vinciedam lanam cēsent: ter-  
 » tio autem, & quarto lintea iniicientes, tunc maximè adstringūt, atque exten-  
 » dunt, medicinalis artis sunt ignari, atq; admodum imprudentes. In vniuersum  
 » enim omnia vulnera tertio & quarto die minimè vexanda sunt, omnisq; ope-  
 » ra specilli sugienda est his diebus, & quibuscunque alijs vulnera recrudescūt.  
 » In summa enim vulnera plaraque tertio aut quarto die recrudescūt, tum quæ  
 » inflammatione, tum quæ sordibus grauiter excipiuntur, aut febrem inferunt.  
 » quo præcepto nullum aliud tradi potest vtilius. Nam quæ sunt in medēdi arte  
 » grauissima, quibus id non sit commune? non enim pertinet ad vlcera tantum,  
 » sed ad alios quoque morbos complures.
- 20 Propositum auctoris est prauam emēdare consuetudinem medicorum, qui  
 fatiūs existimabant, non protinus à principio fractum membrum extendere,  
 sed primū duobus aut tribus diebus lenientes, tertio aut quarto die à princi-  
 pio vim adhibere. Hippocrates verò curandi rationē docet huic maximè cō-  
 trariam, nempe initio membrū extendēdum esse, tertio & quarto die leniēdū.  
 Quod si, quæ hīc scribūtur, singula cōsideres, plana erūt. apertè enim loquitur.
- » **N**isi si quis dicat, alios quoq; morbos esse vlcera, quod quodammodo ve-  
 » rissimile est.
- Verissimile dixit *ἐμπειρὸς*, quasi probabile. id autē propterea posuit, quia non-  
 nulla à ratione prorsus abhorrent. Quo igitur argumēto mouebitur, qui alios  
 30 morbos vlcera esse affirmet? Morbi sanè, qui dolorem afferūt, probabiliter ad-  
 modum annumerari vlceribus possunt. indicaui enim dolorem inde oriri, &  
 quod continuū soluatur, vbi secatur, extenditur, aut contunditur: & quod im-  
 moderatum incidat temperamentum. Atqui solutionem cōtinui ad vlcus spe-  
 ctare, cuius manifestum est: sed immoderato temperamēto, vbi subita muta-  
 tio accadat, aliquam fieri cōtinui solutionem, in opere de simplicium medica-  
 mentorum facultate demonstraui. Calorem quidem constat penetrare, &  
 quasi exedere, quod continuum est: frigus item, quod vehemēs est, cū sub-  
 ito cogit, quæ soluta sunt, aliquam creare solutionem, in eodem opere ostēsum  
 est. Iuxta hoc igitur non solum probabile, sed verum quoque erit dolorem o-  
 40 mnem ad vlcerum genus pertinere: at non æquē verè, atque id, quod propo-  
 situm est, non tamen absurdè morbi omnes poterunt vlceris nomine appellari.  
 quandoquidem, quum plarisque morbis dolor coniungitur, à quibus sermo  
 transferetur ad omnes, quum ratione quis contēdet totum corpus omnino, vel  
 immoderato affici temperamento, vel contundi, extendi, aut euidenter secari:  
 deinde conficiet à quolibet immoderato temperamento continuum aliquid  
 solui. id, quod, quanquam euidēter sensui non subijcitur, rationali tamen con-  
 templatōne verum esse comprobatur. hoc adeo magis accedit in ijs, quæ ex-



tenduntur, & contunduntur. hæc siquidem proximè accedunt ad ea, quæ di-  
nelluntur, quæ res continui solutio est.

- 34 **S** Epenumerò alij alijs germani sunt.  
Quos confueuimus similes dicere, coniūctos, aut cognatos, Hippocra-  
tes solet appellare germanos. quo vocabulo summā rerum cōiunctionem con-  
fortiumq; significat. Nam, cū multi inter se cognati sint, nulli magis propriè  
cognati dicuntur, quàm germani. Eos igitur, qui maximè coniūcti sunt, quasi  
eandem coniunctionem habeant, quam germani, eo verbo nuncupat.  
" **Q** Vicunque verò existimant lanā vtendum esse, donec ad septimum diem  
ventum fuerit, dein extendendum, dirigendum, & fascijs vinciendum, 10  
" non itā videntur imprudentes. tunc enim inflammationis impetus cōquieuit:  
" atque ossa ab his diebus laxantur, & facilè tractari possunt. Hæc tamen cura-  
" tione longè melior est, quæ à principio vinculum adhibet, sub quā septimus  
" dies membrum exhibet ex toto alligādis ferulis idoneum. quod sub hâc mul-  
" tō postèrius contingit.

Illis in superiori sermone reprehensis, qui tertio, aut quarto die adhiberent  
vinculum fracturæ accommodatum, ad eos nunc transit, qui post septimum  
diem ad id veniunt, quos minùs errare indicat, vt qui partes extendant non itā  
inflammatas: sed, qui tertio aut quarto die id efficiunt, quo tempore inflāma-  
tio, quū maximè vigeat, leniētibus eget, ab eo non mediocriter accusantur. 20

- 35 **A** Lia etiamnum affert incommoda, quæ omnia persequi longum esset.  
Longitudinis temporis accusauit eam curationem, quæ non nisi post  
septimum diem vinculo vtitur fracturis accōmodato, nunc subdit in alia quo-  
que compellere incōmoda, quæ, ne multus sit, omittit. Nos satius ducimus ea  
subijcere, moti ab ijs, quæ in superioribus demonstrauimus. vbi fractura medio-  
cris sit, partes sub hâc vinciendi ratione tumidiores fiunt, vt suprā etiā osten-  
dimus: quod si os asperius & grauius perfringatur, periculū quoq; est in eo ca-  
su, ne corrumpatur, si vinculum, quod ad fracturas pertinet, dum transeat, se-  
ptimus dies differatur. hoc enim iubet à primo adhiberi, quoniam in vtramque  
partem à fracturâ exprimit superantē sanguinē, qui, si diutiùs ibi sub sistat, nō- 30  
nunquam efficit, vt ossa vitiosa sanie plurimū irrigata corrumpantur.

- 36 **Q** Vibus ossa fracta & cute excedentia restitui nequeūt, hoc modo in suam  
sedem collocantur.

Solent græci, qui Asiam incolunt, vsurpare verbum *μετασθῆναι*, vt significant  
in suam sedem collocare. vnde mihi videtur Hippocrates ducere nomen *μετα-  
σθῆσις* per. σ. tertiam syllabam scribens, sic, vt idem significet, quod *μετασθῆσις*,  
quod vocabulum nihil aliud sibi vult, quàm aliquid in suam sedem collocare,  
quam rem *μετασθῆσις* dixit. Malè igitur scribunt nonnulli *μετασθῆσις*, absque. σ.  
non enim per intentionem, quam *μετασθῆσις* notat, sed & per impulsu nuda-  
ta ossa in suum locum reconduntur.

- 40 **F** Erramenta facere oportet ad similitudinem vectium, quibus in lapidicinis  
vtuntur, latiora ex vnâ parte, angustiora ex alterâ. quæ terna habeātur, aut  
etiam plura, vt semper adijci aptissima possint. quibus demissis ossa eodē penè  
momento, quo intenduntur, impellenda sunt. Innitantur autē ab imo, inferiori  
ossi, à summo, superiori: atque (vt vno verbo dicā) non aliter, quàm si vectis ad  
lapidem vel lignum fortiter impellendum admoueat. sint autem ferramenta  
quantum fieri potest firmissima, ne flectantur. Hæc itaq; curatio maximū mo-  
mentum



1 mentum habet, si ferramenta idonea sint, & impulsus conueniens adhibeatur.

10 Constat fabricanda esse ferramenta ad figuram vectium, quibus in lapidicinis vtuntur, non tamè æquè magna, cum, quæ ad impellenda ossa adhibentur, ab ijs nõ abhorreant, quæ ad vrgendos dentes comparantur. Verum ad ossa impellenda parari multa debent, quorũ alia alijs pleniora, vel tenuiora sint, vel minora, ab extremã parte, quã maximè suum effectum præstât. sed quã viã vti eiusdem ferramenti conueniat, Hippocrates ipse euidenter declarat. si quis eius verba non intelligit, aliã expositione, aut interpretatione nõ indiget, sed oculorum sensu. quædam enim res naturã tales sunt, vt aliqui nec discere, nec doceri eas possint, nisi in conspectum adducantur.

20 **E**X vniuersis enim machinationibus, quæ ab hominibus excogitatae sunt, hæ tres sunt omnium valentissimæ, axis versatio, impulsus per vectem, & cuneus adactus. namque homines sine aliquo vno, vel sine omnibus, nullum opus, quod maximã vim postulet, perficiunt. quare non paruifaciendus est impulsus hic. siquidè ossa, vel hæc viã, vel nullã aliã, receduntur: sed, si id os, quod super alterum excedit, vecti idoneum locum non præstet: sitque itã acutum, vt vectis effugiat, scalpro excauandum, donec vecti locus fiat, cui firmiter hæreat. Impellere autem oportet, atque extendere eodem die, vel postridie, sed nõ tertio: quarto verò, vel quinto minimè. nam, si his diebus lacerata ossa nequeat in suam sedè reueri, inflammatio superueniet, ac nihilominus etiã, vbi restituatur.

Axes nuncupantur ab Hippocrate vocabulo *ἄξες* & *ὀύλον*. Horũ itaque versationem ait validissimam esse, sicut & vectis impulsus, & cunei admotionem, quam vocat *σπινθισμὸς*, quæ lignorum per cuneos diductionem, diuisionemque significat.

30 **A**Tqui multò magis neruorum distentio excitabitur, si os restituatur, quàm si restitui nequeat. quod quidem ignorare non oportet. nã, si condito osse neruorum distentio superueniat, in angusto spes est: præstat autem iterum expellere, si potest citra molestiam fieri.

Causam, quamobrem his omnibus vitijs inflammatio accedat, vbi ossa cõdantur, ipse deinceps omnem persequitur, semel ipsam explicasse contentus, nõ secus atque alia multa, quæ in medicinã maximũ pondus habent, vt, qui transferendum nobis sermonem censeat ad cætera eiusdem naturæ omnia. Ecce tibi adscribam eius verba, quibus vniuersum hoc, quod ad multa singularia pertinet, exponit.

40 **N**Eque enim ijs, quæ iusto laxiora sunt, neruorũ distentio, aut rigor super-nascitur, sed ijs, quæ vltra debitum intenduntur. Quod ad hunc locũ attinet, propositis diebus irritare non conuenit, sed operam dare, vt vlcus quàm minimè inflammatione tètetur, & quàm maximè suppuret: atque vbi septem dies, vel paulo plures transferint, si febris non sit, atque vlcus inflammatione vacet, tunc minùs prohibemur eniti ad reponendũ, vbi voti compotes fieri possẽ. non desperemus, quoniã sine effectus spe non cõuenit, & sibi & alteri molestiam asserre. Ergò, si ossa in suam sedem collocentur, quæ curatio ad mouenda sit, iam declaratum est, siue abscessura credamus, siue non. Quòd si abscessura esse videantur (vt dixi) fasciæ in omnibus his ordiri à medijs debent, plarũque, quemadmodum illæ, quæ primæ circundantur, in vtramq; partem attractæ.

Ostensum est in libro de motu musculorum singulos musculos suo munere fungi, vbi versus suum initium contrahuntur. quæ res, quando inuitis nobis

accidit ob inflammationis magnitudinē, nerui distenduntur. Cur igitur, si re-  
ponantur ossa, quæ fracta aut luxata inter se cesserunt, musculorū distentio se-  
quitur? Quæstio ex eo præsertim diluitur, quod membrum redditur breuius,  
quū fractum, vel luxatum os cute excedit: sed postquam in suum locum re-  
posita sunt, quæ nudata erant, suam longitudinem recipiunt. in quo casu co-  
guntur muscoli, quos inflammatio exercet, vnā cum toto mēbro distēdi. duo-  
bus igitur modis distenduntur, & sub inflammatione, & nunc, quū ad pri-  
stinam longitudinem reuertunt.

At tendenda insuper est figura vlceris, ne sub vinculo hiet, ac diuaricetur.  
Trāslatione vsus duo hæc verba vsurpat, hiare scilicet, quod *σπῆδς* di-  
xit, ducto quidem verbo à labijs oris: & diuaricari, quod *ἐκπαλιντεῖσθαι*.] à cruri-  
bus plurimū inter se diductis. diducta enim crura diuaricata dicimus: labia  
verò, quū sine motu maxillæ inter se distant, hiantia. namque, vbi os sic ape-  
ritur, vt labia non coëant, dētes verò inter se committantur, hiare dicitur. Ca-  
uet autem, ne orē vulneris diductē vinciantur. vult enim eas cōtrahi cutis par-  
tibus suum situm recipientibus. quandoquidem subiectum musculorum vlcus  
hæc viā minimè comprimetur, & maximè tegetur. scire enim licet, quæcūque  
cute relinquantur, hæc eādē delectari, nihilque nudari innocenter. At quid mi-  
rum est, si ea, quibus cutis proprium, atque innatum velamentum est, semper  
velamento gaudent innato, cæterisque omnibus læduntur? Equidem, quū  
nihil ex cute præciderem, sed eam ab vltioribus partibus super locum indu-  
cerem, à quo detracta erat, agglutinata vidi, & (quod magis admiratione di-  
gnum est) quū locus iam nigritie occuparetur. Illud item lōgè admirabilius,  
quòd non modò adolescentibus, sed senibus non paucis, cutem ità detractam  
protinus, vbi in plagā nigresceret, sæpè agglutinaui. At nuda caro, si sine cu-  
te relinquatur, ægrè ad cicatricem perducitur, præterquam quòd morsum om-  
nino sentit, & fordida redditur. medicamēta enim, quæ inflammationem coër-  
cent, ac leniunt, cuiusmodi est, quod *παραγρηγορ*, & quod *περαφελμακον* nuncupa-  
tur, affectam partem ab inflammatione tuentur, sed vlcus sordidum efficiunt:  
quæ verò vlcus purgant, ob detergendi facultatē mordent. Sed, vbi pars, à quā  
detracta cutis est, eādē contegatur, nulli eiusmodi noxæ patet. quod simile est,  
atque vbi pustulæ sub varijs causis ortæ in tumorem assurgunt, & interdum  
grauem afferunt dolorem. acutā enim acu (vt nosti) eas aperio, vt exitum ha-  
beant, collectoque ibi humore leuiter expresso, superiectam cutē relinquo. Hæc  
deinde iterum implentur præcluso foramine, impletæque eodem modo ape-  
riuntur, humore expresso cutis ad carnem compellitur, seruatúrque, dum quod  
sub eā exulceratum est, ad cicatricem perueniat. Hæc dixisse volui, vt aper-  
tè ostenderem vlcus quodlibet innatā cute contegendum esse. hīc autem non  
quodcunque tractatur, sed quod altè penitus insedit, quū caro tota ab ossi-  
bus discussa sit. non enim cute excederent, nisi prius vniuersam carnem inci-  
dissent. Hæc igitur meliùs est proximā cute velari. namque, vbi nuda sit, con-  
tactu medicamentorum, quibus nutritur, si oleum accipiant, & vlcus mitius  
reddant, fordida euadit: sin purgent sordem, & detergendi vim habeāt, mor-  
sum sentit. At, vbi iniecta medicamenta, per cutem, suam facultatem carni ex-  
ulceratæ impartiant, nullā ipforum particulā penetrante, proderunt quidē, sed  
nullum afferent ex superioribus incommodis. Iure igitur Hippocrates magni  
momenti existimat oras huiusmodi vlcerum contrahi, id, quod benè vtiq; ce-  
det, si



det, si diligēter figura vlceris animaduertatur. si vna enim ora in alterum latus inclinatur, fascia inde orsa ad contrarium conuertēda est: si pariter in vtrumque, media primò injici debet, atque oræ vulneris inter se committi.

**F**ascia commodè quibusdam à dextrâ parte attrahitur, quibusdam à finistrâ, alijs in vtramq; partem ducitur. Quęcunque autē ossa reuerti in suam sedem non potuerunt, hæc scire licet abscessura esse, non secus etiam ea, quę ex toto carne sunt nudata. nudatur autem quibusdam pars superior, plerisque vero emoritur caro, quæ circa fracturam est.

*Πρωτος* dixit, vt commodè significaret, inutiles translatione vsus, quod mihi libuit notare. quandoquidem eloquētissimus quisque translationem vsurpat, vt rem apertius declaret.

**O**ssa quædam sub fracturâ diuturnâ alijs putrescunt, alijs minimè, & quibusdam grauius, quibusdam leuius: tum modò grâdia, modò exigua ossa infestantur. Ob hæc igitur, quæ posita sunt, non licet vno verbo explicare, quo tempore abscessura sint. nonnulla enim, & quod exigua sunt, & quod in summo continentur, celerius excidunt: nonnulla non excidūt, sed arefacta, & putria squamâ remittunt. præter hæc multum curatio alia ab aliâ differt. Ferè tamen ossa illis celerrimè abscedunt, in quibus celerrimè pus apparet, & celerimè etiam, atque optimè caro increscit. caro enim, quæ in vitiatâ parte succrescit, plerumq; os attollit. Ambitus ergo totius ossis, si quadraginta diebus abscedit, optimè abscedet, quum nonnulla vsque ad sexagesimum perueniāt. Rariora quidē ossa maturius abscedunt, firmiora seriùs, alia, quæ minora sunt intra tempus multò breuius, atque alia aliter.

Ossa, quę putrescunt *συνεπύσαι* dixit, verbo ducto à nomine *συνεψ*. nominant autem quęcunque corrupta sunt, *συνεψ*, idque non rectè. quęcunque enim & vetusta, & diuturna sunt, ab ipso dicuntur *συνεψ*.

**H**is autem de causis os præcidendū est, si restitui nequit, & parum quid excedere videatur, abscindere hoc licet: si noxiū sit, & carnē aliquā ex parte vulneret, ac molestiam afferat, nudatūmq; sit, hoc quoq; abscindendū est. Reliqua verò non multum refert, præcidantur necne. scire enim certum licet ossa, quę carne nudata sunt ex toto, & arida, omnia penitus abscessura. ea verò præcidi non oportet, à quibus squama resoluēda est. ex propositis autem indicijs, conijciendum est, quę penitus abscessura sint. Ad horum curationem pannis vtendum est, ac vini perfusione, sicut antè indicaui in ossibus, quę abscessura sunt: cauendūmq; ne frigida aliquā re à principio perfundantur. nam periculum est, ne cum febre grauis horror sequatur, nève neruorum distentio superueniat. nam frigida semper neruorum distentionem afferunt, præsertim vlceribus. Illud item ignorare non oportet, quod membra, in quibus vtraque ossa comminuta sunt, dum inter se cedentia curantur, & ea quibus fragmentum à toto ossis ambitu recedit, necesse est breuiora fiant.

Causas appellauit *πρωτους*, patet autem ab eo hic quoque sic vocari, non falsas, sed veras causas. vniuersus autem sermo de ossibus putribus planus est, quum imperat, vt id ex ipsis præcidatur, quod in causâ est, cur non condatur, vt quod proximam carnem pungit, atque (vt ipse ait) molestiam affert, hoc est, cum perturbatione, atque tormento reponitur. Addit insuper futurū prorsus, vt ea ossa abscedant, quæ nudata protinus restituta non fuerunt, ad hæc, quæ inaruerunt.



" **Q**uibus femoris vel humeri os excessit, ferè non euadunt. sunt enim ossa  
 " hæc grandia, & medullosa. adde, quòd multa ac magna simul laceren-  
 " tur, nerui scilicet, musculi, ac venæ. Quòd si reponantur, solet neruorum dis-  
 " tentio superuenire: si non reponantur, acuta, biliosaque febres cum singul-  
 " tu, ac nigritie. non minus euadunt, quibus nec reponimus, nec reponere tenta-  
 " mus: magis adhuc euadunt, quibus inferior pars ossis, quàm quibus superior  
 " excessit. Euadere etiam possunt, quibus reponuntur, rarò tamen. multum e-  
 " nim curatio, multumque natura corporis, alia ab aliâ distat, quod ad facili fe-  
 " rendum attinet: multum quoque refert, an ab exteriori humeri femorisve  
 " parte ossa excefferint. multæ enim, & grandes venæ per interiorē partem 10  
 " feruntur, quarum nonnullæ vulneratæ hominem iugulant: per exteriorē ve-  
 " rò pauciores intendunt. In eiusmodi igitur casibus, periculi meminisse opor-  
 " tet, quod propriè circumstat, idque in tempore prædicere. quòd si restituere  
 " cogaris, speresque te id assequiturum, neque ossa nimium inter se cesserint,  
 " neque musculi contracti sint (consueuerunt enim ad suum initium recurrere)  
 " hæc quoque per vèctem impellendo, extendendòq; in suam sedem reponito.

Constat quibus ossa hæc nudantur, non tam ossium, quàm musculorū, neruo-  
 rum, arteriarū ac venarum magnitudine periclitari: ad hæc quoniam propiora  
 sunt neruorum, musculorūque initijs. diximus autem in opere de musculis,  
 vbi ossa inter se cesserint, eos facili in seipsos contrahi, id quod sæpius addu- 20  
 ximus. Cætera, si animum adiungas, in aperto sunt.

" **V**bi restituantur, veratrum molle potui dādum est eodem die, si eodem die  
 " restituantur, alioquin, ne tentare quidem oportet. vlcus verò curandū est,  
 " non aliter, quàm caluariæ ossa, vbi comminuuntur. nihil frigidum imponen-  
 " dum, à cibo penitus abstinendum.

Incertum est, quid sibi velit [molle.] patet autem, vel qualitatem potionis,  
 vel modum significare. nemo autem de modo exiguo, molle, propriè dictum  
 existimaret, nec quâ ratione Hippocrates præparari ipsum velit, facili intelli-  
 gitur. Nos sanè radiculam ex oxymelle interdum dedimus, in quam veratri  
 radicum furculi duntaxat per totum diem, ac noctem fuissent infixi. Huius- 30  
 modi autem purgatio per veratrum leuior est. ipsa autem res comprehendi  
 sanè non potest, quum non adiecerit, quo pacto dari debeat. scimus enim &  
 veteres medicos, & iuniores, & qui inter hos sunt, sumendi veratri varias ra-  
 tiones prodidisse.

" **S**i homo naturaliter amarâ bile redundat, sustineri debet potione aquæ, cui  
 " soxyglycis odorati paulum aspersum fuerit: sed, si amarâ bile non redūdet,  
 " contentus sit aquæ potui. siquidem continenti febre laboret, non minus qua-  
 " tuordecim diebus hoc victu vtatur: sin febre vacet, septem.

Contrariam huic scripturam habet Artemidorus, qui Capito cognomina-  
 tus est, volens, vbi amara bilis non superet, dandum oxyglyces: vbi superet, a- 40  
 quam. Scripsit autem hoc modo [ si homo naturaliter amarâ bile non redun-  
 det, sustineri debet potione aquæ, cui oxyglycis odorati paulū aspersum fue-  
 rit: sed, si amarâ bile redundet, contentus sit aquæ potui. ] Quidam alij cum  
 Artemidoro scripturam hanc superiori præpositam habent. quanquam in li-  
 bro de ratione victus in morbis acutis Artemidorus ipse eum locū, vbi Hip-  
 pocrates agit de potione aquæ, ita scribit [ Alioquin, nec situm tollit, sed ama-  
 ra efficitur. biliosis enim naturaliter bilem facit, & præcordijs aliena est: infe-  
 stissima

1 stissima verò est, potissimumque bilem facit, & vires conuellit, cum inani corpore assumitur.] Qui locus, quum à quibusdam ita scribatur [bilem enim naturaliter facit, & præcordijs aliena est] Artemidorus ipse priori scripturæ potiùs subscripsit, in quâ adijcitur [biliosus] atque ita legit [biliosus enim naturaliter bilem facit] volens aquam non simpliciter cuilibet, sed biliosus dūtaxat bilem facere. Quo pacto igitur nunc dat aquā bibere, quibus amara bilis abundat, nisi forte si existimat amarā bile redundantes, quos Hippocrates vocat *πικρόχολος*, alios esse, atque biliosos. sed nemo est, qui nesciat illos vocari *πικροχολος*, in quibus amara bilis redundat. namque altera bilis, quæ nigra conficitur, acida est: quæ verò pallida, & flaua, amara. Patet autē ob vitia, quibus languens detinetur, vinum remoueri. si quis autem amarā bile naturaliter redundet, quum ab aquæ portione plurimum lædatur, quemadmodum dictum est in opere de ratione victus in morbis acutis, huic tantum permittit dari paululum omnino oxyglycis, quam misturam nominat etiam *ἀσπόμελι*. Eligit autem id, quod dulce est, ne tentet partes neruofas. nam, quod magis acidum est, magis nocet, ac præfertim, vbi ex melle constat, & aceto, non ex fauis (vt suprà indicauimus) quo modo in Hellade quidem, atq; Eli potissimum componitur, nos in alijs regionibus ex fauis conficimus, acetum melli adijcientes, post hæc incoquentes, donec eorū qualitates in vnitatē coierint, atq; aceti vis frāgatur.

20 **D**Einde paulatim pro ratione ad quēlibet victum reuertatur. quibus item recondita ossa non fuerint, eadem purgatio cōuenit: eodem modo vultus nutriendum, & eadem abstinentia seruanda: pars item corporis, quæ tumida est, extēdi non debet, sed contrahi potiùs, vt spaciū in vlcere laxius sit. Ossa autem longiori tempore abscedunt, quemadmodum suprà dictum est. Cauere autem hæc oportet, præfertim, si bella cautio est. siquidem spes in angusto est, & pericula multa circumstant, atque vbi ossa non reponantur, medicus videtur arte destitui: vbi reponantur, homo ad interitum magis præcipitatur, quā liberetur.

Anteā quoque diximus quamlibet victus rationem, quæ exquisitē contraria est ab Hippocrate *φωλλω* nuncupari.

30 **V**bi ossa genu, vel toto loco mota sunt, vel paulum excefferunt, casus multo mitior est, quā vbi ea, quæ in cubito sunt, vel toto loco mouentur, vel paulum excedunt.

Quum ossa toto loco mouentur *ὀλισθήματα* dicit, quum paulum excidūt *ἀκκινήματα*. mitiorem verò casum *ὀνιδέσθω* appellauit, iuxta propriam significationem verbi *ὀνιδέσθω*, quo significatur bonos habens mores. nam, si stolidus græcè vocatur *ὀνιδής*, similiter dicitur, atque *ἀνιδέα* & *κἀμέα*. *ἀνιδέα* quidem vocant suem, vbi dijs immolatur, vt blandē rem appellent: *κἀμέα* verò simiam. nam ab hoc quoque vocabulo cauent, quod testatur Callimachus quum ait [à vocabulo feræ per horam caueto.]

40 **N**Am pro magnitudine tenuior est articulus femoris, quā humeri. Commissura genu duobus ossibus continetur inter se commissis, femoris scilicet, ac tibiæ. sed, sicut in cæteris commissuris necesse est quoddam cauum esse, in quod se inserat caput ossis, quod recipitur, atq; ipsum caput rotundum esse, vt promptē facillēque in cauum conijciatur: ita etiam in commissurâ genu, extremum quidem femur insinuat, tibiæ verò caput recipit. nam, quum hæc femori subiecta sit, duo eius tubercula, duobus cauis admitti re-



spondentibus, quæ media aptè distinguuntur cartilagine quadam neruosa. 1  
Merito igitur Hippocrates ex ossibus, quæ inter se committuntur, articulum vocat, non id, quod proximum processum accipit, sed, quod in cauo recipitur. nunc autem inquit [Tenuior est articulus femoris, quàm humeri]. quoniam, ubi articulus hic, id est, imum femoris caput cum tibiâ committitur, tenuior est, hoc est, minùs tumet: non tamen simpliciter est minor humero, quàm cum cubito coniungitur, sed, si pro portione aestimetur. nam, si imum femoris caput magnitudini femoris responderet, longè maius esset. sed res aliter habet. multò enim maius est femoris os, quàm humeri: imum verò femur paulo maius est, quàm imus humerus. 10

**A**tque hic vnus iustam naturam habet, eamque rotundam. Femoris articulus, qui in genu est solus, inquit iustam naturam habet. Constat autem (vt sæpenuerò indicauimus) iustum ab ipso intelligi, quod æquale est. Si scrutemur itaque diligenter, quâ ratione dicat hunc vnâ naturam æqualem habere, inueniemus nullas in eo partes excedere, quum omnes inter se similes sint, quumque vnâ tantum commissuram habeant. Igitur, quia femur eâ parte in duos rotundos processus finitur æqualis magnitudinis ac figuræ, qui in duos tibiæ sinus æquales coniunguntur: & quia vtrunque extremum femoris scilicet, ac tibiæ situm est è regione totius ossis, eâ de causâ iure quis dicet articulum hunc iustam naturam habere. superius enim femoris caput, quod cum coxâ committitur, neque è regione femoris est. siquidem videtur in interiorem partem proiectum, neque magnitudini eius respondet, cum multo plenius sit femur, quàm humerus, ac nihilominus summum caput humeri longè minus sit, quàm femoris: at neque ipsum humeri caput è regione humeri situm est. Quod si cæteras spectes commissuras, nullam inuenies habere omnem æqualitatē, quàm in genu proposuimus. Ac nò longè abieris, extrema tibia, quæ suræ iuncta, cum talo committitur, neque appendices, neque sinus habet ossibus respondētes. necesse enim fuit, si ita se habere debuit, quæ admodum tibia longè crassior est, quàm sura, sic eius appendicem & ab interiori parte commissuræ, quâ causa est, & ab exteriori, quâ gibba, maiorem esse. 30  
sed res aliter habet. quin & ipse talus non simplicem figuram repræsentat, quâ committitur, sed variam, partēque habet plurimum inter se differentes. Inuenies autem ab his non abhorreere commissuram cubiti, & radij cum manu. Quod si omnia persequi velim, cogar longiùs labi, & multò magis, si cæterorum articulorum omnium naturam exponam, vt maxillæ vertebrarum, & ossis, quod latum appellatur. satiùs igitur duxi rem summam, breuique sermone complectens ad alia transire. is sermo sic habet. De natura omnium ossium scriptus est à nobis liber vnus, ubi vniuscuiusque magnitudinē, figuram, commissuramque explicauimus. quem, si quis præ manibus habeat, inueniet verè hoc loco propositum esse, inter commissuras omnes, solam, quæ in genu est, ad 40 vnguem iustam esse.

**H**umeri autem articulus magnus est, & plures recessus habet. Quum propositum ipsi fuerit genu, & cubiti commissuram inter se conferre, quumque ostenderit casus genu mitiores esse, quàm cubiti, hanc rem conficere volens, dixit [nam pro magnitudine tenuior est articulus femoris, quàm humeri] & insuper adiecit [atque hic iustam naturam habet]. Quod abundè fuisset, si genu cum cubiti commissurâ duntaxat comparasset. sed quoniam



1 niām orationi adijcit [vnus] quū inquit [atque hic vnus iustam naturam habet] cogitur articulorum omnium naturā referre, quam nullus simplicem habet, sed tum figuræ ac magnitudinis inæqualis, tum partium dissimiliū. Nunc igitur, quū ad cubiti commissuram veniat, ostēdatque partes eius dissimiles esse, & inæquales, nos quoque verba eius sequenti, quæ proponūtur, singula explicabimus. Magnum ergo esse inquit humeri caput in cubiti commissurā, idque non immeritō. lateſcit enim hāc parte, plurāq; habet capita inæqualia, quæ *κονύλλος* græcè dicunt. at nullum eorum cauo recipitur, quemadmodum euenit in genu, nisi gibbum quoddam, quod inter ea mediū est, & trochleæ imaginem repræſentat. quū ex magnis tuberculis humeri, quod interius est, cum nullo osse coniungatur. quod ab exteriori parte est, committatur cum radio in summum eius sinum coniectum. Haetenus humerum videmus excipi cubito ac radio: sed alio rursus modo humerus cubiti processus excipit, cum ab vtrāque parte quantum satis est, sinuetur, minūſ quidem à priori, magis à posteriori, quū & cubiti processus, quos à rostri similitudine græci, & foemino genere *κροτάρας*, & neutro *κροτάρα* vocant, non sint æquē magni, quique à posteriori parte est, maior sit. Quocirca cubiti commissura varia & inæqualis est, ac dissimilium partium. atque ob hanc causam rectē ait Hippocrates iustum esse articulum in genu, in cubito nō item. Sed cur dixit [ & plures recessus habet ]? an eo quia voluit cubitum cum genu cōferre? sunt enim in genu duo recessus tibiæ dūtaxat, sicut & duo femoris tubercula, sed in cubiti commissurā vnus est magnus cubiti recessus, qui duobus pcessibus terminatur, vno quidē breuiori à priori parte, à posteriori altero magis oblongo. ipse autem humerus duobus recessibus excauatur quasi foueis quibusdā, in quos cōijci diximus cubiti processus: exculptus item est alio recessu, qui medius trochleā repræſentat.

20 **A**D hāc ossiū cruris longitudo similis est, sed quod ab exteriori parte est, paululū excedit, idq; non est animaduersione dignū, nihilq; magni momenti prohibet, ab hoc oritur exterior chorda, quæ iuxta poplitem sita est.

Paulo maius esse ait exterius os, quod *ὑπερπύλον*, id est suram dicūt, quod & in superioribus iam posuit, cum simplicis fracturæ cruris curationem tradidit. nos autem, quod eo loco diximus, nunc etiā repetimus, imā parte suram tibiā longiorem esse, à genu autē magis dicendum est tibiā esse longiorem. nō enim coniūgitur femur cum surā, verū (vt paulō antē diximus) caput suræ, quod ab exteriori parte est in cauo tibiæ, ab eadē parte recipitur. Sed quā de causā dixerit, à surā nihil, quod magni momenti sit, prohiberi, manifestū est ijs, qui librum de vsu partium legerint, vbi ostendimus in omniū articulorum fabricatione duplex fuisse consiliū, nempē, vt permittat membrū sine impedimēto suos vsus præſtare, prohibeātque (quod Hippocrates dixit *καλύμματα*) ne suo loco ossa moueantur. vt permittat quidē membrum suos vsus præſtare, efficiunt, & 30 caua in summo existentia, & ligamenta laxa: stabilē commissurā reddunt caua admodum sinuata, altiorēſque oras habentia, tum firmioris naturæ ligamenta, breuiorāque, ad hāc robustæ chordæ valentēſque cingentes commissuram à parte exteriori. Sura igitur ad firmitatem commissuræ genu nihil confert, nisi paululum quid, id quod expressit his verbis [ab hoc oritur chorda, quæ iuxta poplitem sita est]. Ad eius autem exquisitam cognitionē nō debes expectare, dum corpus incidatur, cum in omnibus gracilibus euidenter quoque se ostēdat ante corporis sectionē. At quamobré chordas, id est, extremos musculos, cum

in neruos degenerat, *neruos* vocet. sæpenuerò declarauimus. Chorda hæc ab exteriori parte poplitis sita ab eadem commissuram quoque adstringendo ad huius partis firmitatem conducit, prohibetque, ne femur in eam prorumpat.

„ Sed brachij ossa inæqualia sunt, quòdque breuius est, multo plenius est, quod tenuius, plurimum vltra articulum fertur, atque excedit.

Inæqualia dixit brachij ossa, non quòd cum crure hæc conferat, quasi crus inæqualia ossa non habeat, quippe, quum in eo posuerit longius esse, quod ab exteriori parte situm est: sed, quod exterius os tibiam excedat, minimum tamen, cubitus verò plurimum. nam, si diligenter summa pars cruris inspicitur, sura videtur paulo minor quam tibia, eademque in imo crure apertè longior conspicitur. Ergo, quia sura in summâ parte paulo minor est, præ ut in imâ excedit: cubitus autem totâ suâ eminentiâ radium excedit, idcirco dixit vltra articulum ferri, articulum nominans, vel commissuram vniuersam, vel extremum humeri, quod cauo cubiti *ζ* literam referenti inseritur.

„ Neruis item illigatur, quâ parte ossa inter se coniunguntur.

Ligamenta nunc neruos appellat, vbique autem eos ita vocat: lata verò ligamenta, & quasi membranas circa commissuram nominari neruos patebit ex ijs, quæ proximè subiicit, sed & absque illis euidentissimum est, nullum ex ijs, qui propriè nerui nominantur, ad os pertinere. hoc siquidem proprium est ligamentorum, ac propterea chordarum, quum hæc naturam habeant mix-  
tam ex neruis ac ligamentis. Hæc autem omnia absolute tradita sunt à nobis in libro de motu musculorum. sed, nunc ad id veniendum est, quod in propositis verbis exequitur. Illigatur (inquit) id cubiti, quod excedit, id est, eminentia cubiti, ligamentis commissuram comprehendētibz, quâ parte ossa inter se iunguntur, cubitus scilicet & radius. quod idcirco protulit, quia vltra hunc locum, totum id, quod in posteriorem proiectum est, carnis est expers, neque ligamentis commissuræ aliquo modo comprehenditur. ipsi enim innectitur latefcens chorda musculi illius, qui cubiti commissuram extendit.

„ Pluribus autem neruis ad humerum alligatur id os, quod tenuius est, quam quod crassius. Natura igitur horum articulorum, atque ossium talis est.

Ex his verbis colligi diximus totius commissuræ ligamēta *vsqz*, id est, neruos ab Hippocrate nominari, quæ quidem ab imo humero orta, summo cubito, ac radio eâ parte innectuntur. euenit enim in omni commissurâ, vt lata ligamenta, quæ ipsam comprehendunt, ita communia sint ossium, quæ inter se committuntur, vt crassæ membranæ videantur. hæc autem capiti radij etiam iunguntur, sed magnâ ex parte cubito. atque eâ de causâ dixit [pluribus autem neruis ad humerum alligatur id os, quod tenue est, quam quod crassius] hoc est cubitus, quam radius. siquidem ambo ad humerum alligantur per ligamenta innexa, quæ nunc retuli *vsqz*, id est, neruos ab Hippocrate appellari, sed pluribus alligatur cubitus.

„ Ob cuius naturæ modum ossa, quæ in genu articulo sunt, sæpius excidunt, & facilius reconduntur.

Ossium enim, quibus vtraque commissura continetur, structura arctior est in cubito, laxior in genu. Huc accedit, quòd multi processus multique sinus inter se commissi, vnde quaque cubiti commissuram adstringunt: at in genu femoris tubercula in exiguos ac resupinatos tibiæ sinus coniunguntur. Iure igitur articulus hic magis prolabitur, & celerimè reuertitur.

Inflammatiō



## COMMENT. III.

211

1<sup>a</sup> **I**nflammatiō verò non magna supernāscitur, neque articuli vinculum. Oritur inflammatiō vi, quā ossa expelluntur, quāq; in suam sedem collocantur. Sed in genu, quūm vtrunque facili, & sine magnā vi incidat, inflammatiō non oritur, quā, quūm absit, articuli vinculū non sequitur. sub quo cūm neque facili extendatur, neq; facili curuetur, ægrè post curationem mouetur. Fit autem huiusmodi vinculū eā de causā, quā articulus inflectitur ob nervos ac ligamenta, quibus continetur, quā sub immodicā inflammatione extēduntur. Quocirca articulus ob quasdam inflammationis reliquias ita ægrè mobilis redditur, vt alligatus esse videatur. Nā, quūm chordæ ac ligamenta, quę ipsum

10 illigant, comprehenduntque, & extendi, & in omnibus promptè sequi musculos articulum mouentes non possint, sed propter duritiem in contrariam partem attrahāt, affectus vinculo similis proficiscitur. Verūm in cubiti commissurā, quūm tenues extremitates processuum cubiti interdum confringantur, & vbi excidunt, & vbi conduntur: quūmque multorum concursus sit, vinculum articuli grauius oritur, & curatu difficilius.

2<sup>a</sup> **P**lurimq; autem in interiorem partem mouetur, interdum in exteriorem, nonnunquam in poplitem, quā mutationes vniuersæ difficiles non sunt. sed, si in exteriorem vel interiorem partem erumpat, super fedile aliquod humile collocare hominem oportet, crure sublimiori quidem, sed non multo.

30 **Q**uā parte articulus magis adstringitur, eā minus elabitur. perfecte igitur à priori parte adstringitur, quā patella est, quam nonnulli medici, cūm toti genu opposita sit, *εμπεριωσθε* grācè meritò appellant. hāc ab exteriori parte continet lata quædam chorda, cuius initium est à ligamētis, quā à priori parte femoris sunt. ea verò per totam patellam fertur, ac tibiæ capiti innectitur. Priorem igitur partem commissurę genu, & patella, & chorda, quā (vt dictum est) ad tibiæ caput pertinet, optimè tuentur: sed posteriorem exquisitè rotundam adstringit caput eius musculi, quo curuatur crus. est quidem hic musculus exiguus, atq; ob eam causam ipsā commissurā absconditus, latet eos, qui corpora

40 annumeratur. Superfunt duæ partes in commissurā genu, exterior & interior, quā nullā tali re sepiuntur, quali prior & posterior. atque idcirco femur in eas prolabitur. magis autem in interiorem, vt que minùs septa sit.

**E**rè satis est modicè extendere, crus scilicet ab inferiori parte, femur à contrariā.

Quūm extendendi apertè mentionem fecisset, de reponendo nihil meminit, vt de re, quę plana sit, quòd optimè nouerimus perpetuum esse in articulis omnibus reponēdis ad cōtrariam partem eius, in quam venit, prolapsū articulum repellere. At, vbi reponimus, si quædam eminētia ossis non longa extat, os, quod reponendū est, dirigere conuenit. quod etiam docet non secus, ac

40 fecerit in cubiti commissurā. Nihil autem de genu articulo meminit, quūm in poplitem prolabitur, quoniā eādē ratione conditur, atque vbi in exteriorem vel interiorem partem mouetur. membro enim in diuersa diducto, articulus, qui excidit in priorem partem, adurgendus est.

**M**olestiora sunt, quę in cubiti, quā, quę in genu articulo incidūt, & maiori negotio restituantur, idque ob inflammatiōē, & ob naturam ipsam, nisi protinus restituantur. Excidunt quidem hæc minùs quā illa, sed ægrius in suum locum collocantur, dirigunturq; magisq; inflammatiōeprehenduntur,



„ & callo circumdantur. hæc item ferè paululum excedunt, idque modò ad pe- 1  
 „ ctus, modò in exteriorem partem: articulus autem non toto loco mouetur, sed  
 „ aliquid ex cubiti processu, quò excedit, in humeri cauo manet. Hæc igitur, vbi  
 „ in hanc vel illam partem procidunt, facillè reuertuntur. satis autem est è regio-  
 „ ne humeri recta extendere, sic, vt vnus brachium à primâ palmæ parte exten-  
 „ dat, alterprehendat hominem sub alâ: alius item vnâ manu ad os, quod extat,  
 „ admotâ, prominentiori eius palmæ parte ipsum propellat, alterâ verò prope  
 „ articulum datâ cogat in contrariam partem. atq; hæc quidem luxata non ægrè  
 „ in suam sedem reponuntur, si priusquam inflammatio superueniat, recondan-  
 „ tur. Plarunque igitur in exteriorem partem veniunt, veniunt & in interio- 10  
 „ rem. figurâ autem ipsâ exprimuntur, sæpiusque hæc licet absque validâ inten-  
 „ tione restituere. Neceffe est, vbi in interiorem partem erumpant, articulum ad  
 „ naturalem sedem repellere: brachiũ verò magis in pronum habitum conuer-  
 „ sum circumducere. Cubitus ergo plarunque in has partes excidit, sed, si hu-  
 „ meri articulus in hanc, vel illam partem moueatur vltra cubiti processum, qui  
 „ in cauo eius recipitur, quod rarò accidit: sed, si accidat, ad hæc luxata non am-  
 „ pliùs accommodatur directa extendendi ratio. namque vbi sic extendimus, id  
 „ cubiti, quod excedit, prohibet, quo minùs sequi humerus possit. Quæ igitur  
 „ sic luxantur, eo modo extendenda sunt, qui antè traditus est ad extendendum  
 „ humerum fractum, quum alligandus est. ab alâ enim conuenit fursum versus 20  
 „ extendere, à cubito deorsum cogere. Humerus enim hâc ratione diductus è  
 „ regione sui recessus collocabitur, sic, vt non hæreat. hoc, vbi accidet, facillè re-  
 „ stituemus prominentioribus palmarum partibus, partim id humeri, quod ex-  
 „ tat, impulsũ reponentes, partim id cubiti, quod iuxta humeri articulum est,  
 „ à contrariâ parte coactum in suam sedem collocantes, eodem modo in vtroque  
 „ casu. hæc autem intentio ad huiusmodi luxata iustissima est: restitui etiâ pos-  
 „ sent, si recta intentio adhiberetur, minùs tamen, quàm si hoc modo intédan-  
 „ tur. At humero vt in priorem partem erumpat rarò admodum accidit. Sed,  
 „ quid subita vis non expellit? multa enim suo loco excidunt, licet magnum sit,  
 „ quo prohibentur. In hoc autem casu grande est, quod super os crassius exce- 30  
 „ dit, plurimũque nerui tenduntur. quibusdam tamen excidit, cuius rei id si-  
 „ gnum est, quod neque minimũ quid curuare cubitum possunt, quod etiam  
 „ articulum contingenti patet. Nisi ergo subito reponatur, graues, vehemen-  
 „ tesque inflammationes cum febre oriũtur: sed, si statim occurratur, non ma-  
 „ gno negotio conditur. Expedit autem linteum durum, implicitum, non ma-  
 „ gnum, quâ parte cubitus curuatur, transuersum inijcere, tum repentè cubi-  
 „ tum flectere, & quantum maximè potest, manum ad humeri caput porrige-  
 „ re. hæc enim reponendi ratio, ijs, quæ sic luxata sunt, abundè est. Potest item  
 „ directus intendendi modus ad hanc reponèdi rationem aptari. debet autem,  
 „ qui restituit, prominentioribus palmarum partibus id humeri, quod, quâ cu- 40  
 „ bitus curuatur, præter naturam extat, retro cogere: alter ab interiori parte cu-  
 „ biti eminentiam adurgere, sic, vt ad cubitum ipsum è regione spectet. Valet  
 „ autem ad huiusmodi luxata ille extendendi modus, quem suprà narrauimus  
 „ pertinere ad extendendum humeri ossa comminuta, quum vincienda sunt.  
 „ Intentione adhibita prominentiores palmarum partes admouendæ sunt, quæ-  
 „ admodum in prioribus demonstrauius. Verum, vbi humerus in postero-  
 „ rem partem erumpat (id quod rarò accidit) maximè omnium dolorẽ mouet,  
 „ & febrem,

x. & febrem, eaque sub purâ bile continuatur, mortifera est, & paucis diebus ho-  
 minem præcipitat: homo autem extendere brachium nequit. Quod si à prin-  
 cipio protinus adhibearis, coge cubitum extendi, ac per se restituetur: si iam  
 febris anteuenterit, non ampliùs reponendus est. adhibita enim vi dolor ho-  
 minem interimeret. atque (vt vno verbo dicam) nullum articulum, dum fe-  
 bris est, compellere in suam sedem conuenit, sed minimè omnium cubitum.  
 Obnoxia itè est cubiti iunctura alijs grauib. noxis. hoc enim os crassius est  
 quàmque ab altero diducitur, ea neque curuari, neque extèdi similiter potest.  
 id patebit, si quis priorem iuncturæ partem tângat, quâ diuiditur vena, quæ à  
 10 superiori parte lacerti procedit. quæ res vbi accidit, non facilè restituitur. Ne-  
 que enim aliâ ossa, quæ bina inter se iunguntur, vbi dehiscunt, facilè in pristi-  
 num locum reuertuntur. sed necesse est ossibus sic diductis partem reddi tu-  
 midam. rationem verò, quâ deligare conuenit, posuimus, vbi vinculum eius  
 commissuræ, quæ ad talos est, ostèdimus. Est etiam, quum perrumpitur, in-  
 terdum os cubiti, quod humero subiectum est: interdum eius cartilago, à quâ  
 nascitur chorda, quæ sita est in humeri parte posteriori. id, quum accidit, fe-  
 brem concitat, & malis vitijs annumeratur: articulus tamen suo loco remanet.  
 basis enim eius tota hæc parte excedit. At, quum ea pars comminuitur, quæ  
 subiecta est humeri capiti, articulus huc atque illuc mouetur, si tranuersa peni-  
 20 tus frangitur. Sed (vt summatim rem exponam) leuiora vitia sunt, sub quibus  
 os frangitur, quàm sub quibus hoc inuiolato venæ ac nerui grãdiores ibi con-  
 teruntur. hæc enim hominem magis ad interitû præcipitant, quàm illa, si con-  
 tinua febris accedat, sed huiusmodi fractura rarò accidit. Est etiam interdum,  
 quum imum humeri caput frangitur, quâ prominet. id autè multo grauius vi-  
 detur vitijs, quæ cubito incidunt, sed aliquatò leuius est. Quæ ergo viâ restitui  
 potissimùm, curarique luxata singula debeant, diximus: atque id etiam, ar-  
 ticulum protinus reponendum esse, q̃ nerui celerrimè in inflammatione prehen-  
 dantur. nam si, vbi excidant, statim recòdantur, nerui tamè contrahi solent, &  
 aliquandiu consuetam porrectionem, contractionemq; non præstare. Curare  
 30 autè hæc omnia similiter conuenit, & quæ còminuuntur, & quæ dehiscunt, &  
 quæ procidūt. omnia enim pluribus fascijs pânisque & cerato nutrienda sunt,  
 non secus ac cætera, quæ franguntur. Figuranda autem est in his omnibus cu-  
 biti commissura, sicut quando humerus & cubitus fractus deligabatur. huius-  
 modi enim habitus maximè communis est omnium, quæ excidunt, dehiscunt,  
 aut franguntur: maximè item communis mutationis, quæ postea sequitur, si-  
 ue curuari illa, siue extendi debeat. ab eo enim habitu mota èquè, & curuari, &  
 extendi potest. Præterea membrum ità figuratum citra molestiam ægrotan-  
 tis continetur atque suspenditur. Ad hæc, si extento brachio callus obducere-  
 tur, continerètq; satius esset nullo modo increuisse. multum enim esset impe-  
 40 dimèto, & parùm proficeret. expeditius autem esset callo curuatum brachium  
 firmari. multo autè melius est callum circumdari brachio medio inter hos ha-  
 bitu collocato. Hactenus de figurando. Deligare autem conuenit fasciæ capi-  
 te super vitiatâ partè iniecto, seu fracta sit, seu prolapsa, seu diducta, eaq; pri-  
 mos circuitus dare, ac maximè adstringere, sed hinc atque hinc leuiùs, vincu-  
 lóque & humerum & brachium comprehendendi, & vtrunque magis, quàm ple-  
 riq; soleant, vt à vitiatâ sede tumor, quàm longissimè ad partes, quæ hinc sunt  
 atque hinc, depellatur. Inijciatur autem vinculum eminentiæ cubiti, si eâ par-

» te vitium sit, ne tumor ibi excitetur. Cauendum insuper est, quantum potest, 1  
 » ne in vinciendo plurimum vinculum colligatur, quâ cubitus flectitur. adstrin-  
 » genda verò est, quàm maximè pars vitiata. reliqua eadem sequantur, quod ad  
 » vinculum spectat, arctius ac laxius: atque eodem tempore singula, quo supe-  
 » riùs scripsimus in curatione fracturæ: tum tertio quoque die fasciæ soluan-  
 » tur, ac rursus alligentur, sentianturque tertio die laxæ, sicut in fracturis. Ferulæ  
 » quoque debito tempore circumdentur. nihil enim alienæ sunt, tam si fractura  
 » sit, quàm si non sit, nisi homo febricitet. laxissimæ autem imponantur, ac tum  
 » ad humerum, tum ad brachium dentur, neq; crassæ sint: adhiberi item de-  
 » bent inæquales inter se sic, ut vna alteram excedat, quantum conferre 10  
 » ad flexum conijciemus. quin & panni superiniijciendi sunt eâ-  
 » dem ratione, quâ ferulas diximus, sed quâ vitium est, pau-  
 » lo pleniores. Temporis verò coniecturam facere  
 » oportet, & ex inflammatione, & ex ijs,  
 » quæ suprà scripsimus.

FINIS TERTII COMMENTARII  
 GALENI IN HIPPOCRATEM  
 DE FRACTVRIS.



# ' Galeni in Hippocratem de articu-

LIS COMMENTARIUS PRIMVS, VIDO  
VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.

10 **L**ibrum hunc illi proximè subiectum esse, qui de fracturis est, in commētarijs in eum iam diximus, quod nunc paucis etiam dicemus. Eam rem ante omnia planè demonstrat principium vtriusque libri. in illo enim ità orditur [Medicū oportet, quæ suo loco mota sunt, & fracta recto admodum habitu intēdere] vbi apertè de fractis ac luxatis tractaturū se indicat. Sed in hoc rursus, ab initio protinus [con]iūctionem, quā [autem] vertimus, adiungit. quæ ibi adijci solet, vbi aliquid agitur, cuius antè mentio facta fuerit: nunquam tamen in principio sermonis adscribitur. quanquam nonnulli ad id sapientiæ deuenerunt, vt Xenophontis librum, qui œconomicus dicitur, adducant, inde putantes fidem facere, veteres solitos esse [con]iūctionem in principio sermonis vsurpare: ac propterea Xenophontis libri tale esse initium asserunt, *ἡ κοινὴ δὲ ποτὶ αὐτῶν, καὶ ποτὶ οἰκονομίας πολλαὶ καὶ διαλεγμέναι*, non intelligen-  
20 tes eum librum postremum esse inter eos, quos de Socratis dictis ac factis memorabilibus scripsit. Ad hæc ipsa rerum doctrina testatur librum hunc ei, qui de fracturis est proximè subijci. ibi enim pollicitus de fractis luxatisque tractare, quæcunq; ibi explicanda reliquit, hic exequitur, sic, vt nihil in opere desideretur, atque eā de causā dixi Hippocratem iuxta quorundam sententiam vniuersum hoc opus in duos libros non secasse, sed vno colligasse, eumque inscripsisse de officinā medici, qui præ magnitudine postea ab altero distinctus fuit in duos. Nullum autem fracturæ, aut luxati genus fuisse ab Hippocrate prætermis-  
30 sum, exceptis, quæ ad caput pertinent, cum alio libro ab ipso tradantur, euidentissimum est, si in memoriam reuocetur, & quæ in libro de fracturis prodidit, & quæ in hoc ipso ostensurus est. In libro itaque de fracturis scripsit de brachio, cubito, crure ac femore comminuto, tum de ijs, quæ pedi incidunt & manui, postea de illis fracturis, quibus vlcus accedit, & ossa nudantur, postremo de omnibus vitijs genu & cubiti. restabant adhuc ex luxatis humeri caput, quod cum lato scapularum osse committitur, & femoris caput, quod coxā recipitur, maxilla & spina: ex fractis, costæ, maxilla, nasus, auriculæ, quæ in hoc libro persequitur. sed & de ossibus, quæ dehiscunt, ac de ijs, quæ circa articulos conteruntur in vtroq; libro tractat, & si quid in eo, qui de fracturis est præterijt, in hoc adiecit, ità, vt nullū super sit genus fracti, prolapsi, aut diducti ossis. scripsit etiam de musculis, venis ac nervis collisis, & de alijs, quæ (vt retuli) satis  
40 testantur hunc librum illi, qui de fracturis est, subijciendū esse. Huc accedit, quod in hoc ipso exponit vniuersam structuram machinamenti illius, quod in eo voluit paratum haberi medicis, qui in magnā ciuitate medicinam faciunt, simulq; in memoriam reducit, illius se antè mentionem fecisse. Id machinamentū à medicis, qui post ipsum fuerūt, scamnum Hippocratis appellatur. sed satis hætenus ostendimus librum hunc proximè sequi eum, qui de fracturis est. Ad expositionē igitur eius veniamus, adhuc illud præfati, quod in enodatione libri de fracturis proposuimus, nempe sermonem Hippocratis planū esse,

minimâque expositione indigere apud eum, qui primis disciplinis institutus sit, quique fuerit in Hippocratis sermone versatus. si quis enim ita paratus ossium hominis, vel certe simiæ, commissuras inspexerit, facilius adhuc comprehendet, quæ in hoc opere traduntur. si quis autem incidendis musculis operam dederit, & prudens alioquin naturâ fuerit huic (certû scio) superuacua videbuntur complura eorum, quæ in ijs commetarijs posuimus. quandoquidem verba Hippocratis prius tenebit, quàm à me exponatur. sed quoniam non his commentaria scribimus, satius arbitror aliorum habitâ ratione, si quid vel parum videatur obscurum, id nullo modo præterire.

Articulum autè lati scapularum ossis noui vno modo excidere, nèpè in alam. 10  
**A** Ostesum iam est in superiori libro Hippocrate solitum esse mutuari nomen ἀρθρον (quem articulum interpretamur) ad significandum ossium, quæ inter se committuntur, non cauum, quo proximi ossis caput recipitur, sed ipsum caput. nunc verò meminisse etiam oportet humeri caput, quod grande est, inferri in extremitatem ceruicis lati scapularum ossis, quæ leniter caua est: tum cōfuisse Hippocratem interdum eiusmodi res ita exprimere, vt nunc, quum inquit [articulum autem lati scapularum ossis], interdum non ita, sed ac si diceret, Articulum, qui cum lato scapularum osse committitur. quemadmodum in libro de fracturis, vbi sæpenumerò scribit [articulus, qui ad genu]. [vno modo] inquit, hoc est, in vnam partem scire se hunc articulum excidere, quod an verè 20 sic habeat in ijs, quæ sequuntur, considerabimus.

**I**N superiorem verò locum, aut in exteriorem nunquam.  
 Cauum id, quod (vt retuli) in extremâ ceruice lati scapularum ossis situm est, in priorem partem spectat. quare vbi humerus in superiorem partem porrigitur, illius caput eo cauo prorsus toto recipitur. At, quum commissuræ vniuersæ sex sint partes circumstantes, superior & inferior, prior & posterior, exterior & interior. pars huius commissuræ exquisitæ superior tegitur carnosa parte illius musculi, qui, quum literam Δ. repræsentet Δελταδης à quibusdā nominatur: quâ verò ad collum inclinat, superiectum habet dorsum lati scapularum ossis, quâ id summum cum iugulo coniungitur. ab interiori parte obijci- 30 tur processus lati scapularum ossis, quem nonnulli ab anchoræ similitudine vocant ἀγκυροειδής, alij à rostri figurâ ρομφαιοειδής: hinc itaque prohibet, quo minùs in eam partem articulus elabatur, in posteriorem quis nostrum poterit cōcipere, quum ibi latum scapularum os sit? Restant quatuor loca non septa, in quæ putare licet articulum erumpere, quorum omnium meminit: inferioris quidem initio libri, quum inquit [Articulū autem lati scapularum ossis noui vno modo excidere, nèpè in alam]. reliquorum verò trium nominatim, primò superioris, deinde exterioris, tertio prioris. Consideremus igitur quid de duobus modis dicat, quos aggressus est proximis verbis.

**N**on est tamen, quod contendere cupiam, excidat ne an non, & si de eo 40 non desit, quod dicam. sed in priorem partē elapsum, nec vidi vnquam, nec elabi posse existimo. censent tamen quidam medici in priorem partē plurimum excidere. decipiuntur autem maximè ijs, quorum caro circa articulum & humerum tabe consumpta est. siquidem in his humeri caput in priori parte prominens se ostendit. Ego quum in eam partem procidisse articulum negarem, propterea, & à me dicis, & à vulgo malè audiui. vnus enim habitus sum ignarus, ceteriq; omnes periti, vixq; persuadere illis potui rem ita habere.

Exequutus



1 Exequutus duas partes, in quas excidit, superiorem scilicet, & exteriorem, testaturq; ex utrisque in neutram se vidisse articulum luxatum. quasi de utrâque pertractâs adscripta nunc verba proposuit. Quod autem postea ponit, cum inquit [ & si de eo non desit, quod dicam, ] aperte videtur ad alteram propositionum partium referri. nam, si referri ad utramque voluisset, non loquutus esset singulari numero [ de eo ]. An de solo exteriori loco intelligit, siquidem verba hæc ab eo loco proximè subiiciuntur [ & si de eo non desit, quod dicam ]? Potest etiam ( ut nonnulli accipiunt ) de utroq; loco id scripsisse, usus antiquâ loquendi figurâ, quasi ita scripserit [ & si non desit de eâ re, quod dicam ]. Aiunt  
 10 nonnulli dari posse, scripturam hanc corruptam esse, cum à primo librario non rectè fuerit descripta, &, quum nemo deinde ausus fuerit ipsam corrigere, hæcenus corruptam perseverare. Nos autem in quodam exemplo ita scriptum inuenimus [ & si non desit de ijs, quod dicam ] quum aliquis non dubitavit aliter scribere, quam alibi reperiretur. sed, siue de utroque loco, siue de altero tantum dicat [ non est, quod contendere cupiam ], opere precium nobis est utrumq; contemplari, quod attinet ad eius verba illo duntaxat adiecto, quod verbo *ἵκεται* significauit contendere cupio. id enim nihil aliud notat, quemadmodum & verbum *ἵκεται* videre cupio, unde Homerus deduxit vocabulū *ἵκεται*, significans cupientes videre, quum inquit, *ἵκεται ὁ δέσποτις αὐτῶν ἐν τοῦ αἵματος*. Consideremus igitur causam, quam obrem ait nolle se aliquid dicere, & si non desit,  
 20 quod dicat, primò intelligentes, quæ nam sint, quæ dicere posset. Constat autem, si quid dicendum omnino sibi statuisset, ex partium naturâ inueniendum fuisse. partium autem naturam demonstrauimus ad vnguem in libro de ossibus, in eo, qui est de musculis incidendis, & in eo, qui de ratione incidendi corporis. natura enim arteriarum venarum, neruorum nihil ad hunc locum facit, quia casus omnes, ubi articuli excidunt, fiunt ac prohibentur, & ob ossium commissuram, & ob musculos, quibus illa comprehenditur, ad quâ rem nihil conferunt, aut prohibent venæ, nerui, & arteriæ. Ac ne longius à proposito discedamus lati scapularū ossis articulus inter ceteros omnes facillimè prolabitur. quoniam  
 30 vnus forme est, & simplex, non duplex, quemadmodum, qui in genu est, neq; varius, & nullo modo simplex, quemadmodum, qui in cubito : & quoniam humeri caput grande est, & sine oblongâ ceruice in sinu parum desidentē conjicitur. femur verò caput paruum habet, & ceruicem oblongam, id verò cauum, quo recipitur, valde sinuatum est, & altis labris cingitur. adde quod in summo capite per validissimum ligamentum ad suum cauum, quâ maximè altum est, distinetur. Iure itaque femur rarò procidit, sæpè humerus, ut qui neque ligamentum habeat, neq; in altiori cauo se insinuet. Necessè autem est, cum prolabitur, principio in eam partem moueri, in quam compellitur vi illius habitus, quo figuratur, ubi manere necessariò non potest, & quod suo pte nutu deorsum  
 40 feratur, & quod interdum prohibeatur angustia loci, siue ob ossium processus, siue ob musculorum vires. Igitur lati scapularū ossis commissura superiectum habet à superiori parte summum lati scapularū ossis, quâ cum iugulo coniungitur, & ideo, quamuis in eam aliquando articulus moueatur, quum ab ossibus, quæ ibi sunt, non admittatur, statim pondere inclinatum deorsum feretur : ab exteriori verò inagnis musculis continetur, præterquam quod articulus deorsum naturaliter inclinatur. interdum tamen violentus habitus, qui musculos possit inter se diducere, potest in spacium, quod inter eos est, articulum com-



pellere, quo deinde adstrictus musculis contineatur. atque hâc de causâ dixit Hippocrates nolle se contendere, excidâtne articulus humeri, an non. quatenus enim deorsum fertur, manere in priori parte non potest: diductis autē musculis (vt dictum est) nihil alienum videtur adstrictum ibi contineri. Hæc adducere potuit de humeri capite luxato in alium locum, quàm in alam. sed, cum id nunquam viderit, commentitias causas scribēdas esse minimè credidit, ubique magis fide dignum existimans, quod euidenter apparet, quàm quod à ratione ducitur. Sic & quæcunque ipse ad curationem excogitauit, priusquam nos doceat, experimento comprobatur. non sicut nonnulli ex iunioribus medicis, qui in scriptis de ratione medendi, nobis ea imperarunt, quæ ipsi nunquam antè sunt experti. Sed & ipse Hippocrates in hoc libro, quùm tractasset de ijs, quæ spinæ incidunt, subdidissetque posse experimento redargui, quæ ipse excogitasset, inquit [Pulchra enim huiusmodi monumenta sunt eorum, quæ, cum experti sumus, sine effectu inuenimus, & causarum, propter quas parum processerint].

„ Siquis carnem detraxerit ab eâ parte, quæ superiecta commissuræ humeri  
 „ cum lato scapularum osse ad ceruicem intendit, & ab eâ, quâ situs est mus-  
 „ sculus, qui versus superiorem partem extendit, & à chordâ iuxta alam, & à iu-  
 „ gulo ad pectus humeri caput, quamuis prolapsum nō sit, in priori parte admo-  
 „ dum se ostēdet. naturaliter enim humeri caput in priorem partem prominet: 20  
 „ reliquum verò ossis humeri in exteriorem conuertitur.

*ερεχλαρ*, quem humerum vertimus, dicitur ea totius brachij pars, quæ inter duos articulos sita est. duos autem articulos intelligi volo, & eum, qui ad latum scapularum os, & eum, qui ad cubitum est: *ερεχλαρ* verò illa, quæ superiecta commissuræ humeri cum lato scapularum osse ad ceruicem intendit. *ερεχλαρ* enim græcè nominatur ex totâ commissurâ id, quod oculis subijcitur. nam quod lati scapularum ossis minimè se ostendit, à posteriori parte situm est: ab inferiori omne id, quod apparet, quùm totum brachium sursum porrigitur. ala *μυχαλα* græcè nuncupatur. Præfatus igitur Hippocrates, vbi in carne, quæ humeri commissuram contegit, macies summa oritur, caput humeri ita extans conspici, vt quibusdam excidisse videatur, docet vniuersam eius naturam ex arte corporis incidēdi, præcipiēs, vt si quis apertè intueri ipsam velit, ab eâ parte, quæ superiecta commissuræ humeri cum lato scapularum osse ad ceruicem intendit, carnem detrahat, hoc est, scalpello circumcidat, donec, quæ in commissurâ sunt, ossa nudentur: detrahat similiter ab eâ chordâ, quæ iuxta alam est. terni enim hîc musculi sunt, primus à lato scapularum osse ac iugulo oritur, quem à similitudine literæ Δ vocât *δελταειδης*. Huius musculi, quod carnosum est, tegit vniuersam commissuram, chorda in longitudinem tendit per os humeri, cui illigatur altera chorda grandioris musculi, qui à pectore incipiens cum superiori cōnectitur, quâ sita vena est, quæ sub alâ ad cubitum procedit. Meminit etiam 40 huius ipsius, quùm inquit [ & à chordâ iuxta alam]: sed, quùm ait [ & ab eâ quâ situs est musculus, qui versus superiorem partem extēdit]. potuit loqui de musculo, qui Δ literam repræsentat, cuius, quod carnosum est, operit vniuersam commissuram. potuit etiâ muscolum illum intelligere, qui orsus à priori parte ceruicis, à duobus capitibus ligamēta valida habet, quorum alterum à lati scapularum ossis processu anchoræ simili, alterū à sublimiori labro ceruicis eiusdem ossis dependet.

Verfatur

## COMMENT. I.

219

„ **V**ersatur humerus in cauo lati scapularum ossis à latere, vbi brachiū iuxta  
 „ latus extēditur: at vbi totū in priorem partem porrigitur, humeri caput è  
 „ regione caui lati scapularum ossis collocatur, neq; ampliùs videtur in priorem  
 „ partem excedere. Ergo, quod propositum est, nunquam vidi humeri caput in  
 „ priorem partē promoueri, non tamen contendere velim, eo necne promoueatur,  
 „ Quūm humerus igitur in alam excidat, complures restituendi peritiā habent,  
 „ quippe quūm multis excidat: callere autē omnes modos, quibus medici  
 „ luxatum reponant, & quā ratione ipsis vtendum sit, eruditi est. Tunc autē adhibere  
 „ modum validissimum debes, cū maximā vi opus esse intelligis. v. a.  
 „ lidissimus autem est, qui omnium postremus adscribitur.

Versari dixit ὁμιλεῖν, quod vocabulū græcè ferè mutantur antiqui, nō ad significandū colloqui, quemadmodū nunc plæriq; sed hac voce intelligūt inter se cōuenire, & quasi vnā versari, quod ὁμῶς ἐλάττω dicebāt. quin & Homerus eodem modo id vsurpat in ijs, quæ scribit in clipeo appicta fuisse à Vulcano, cūm inquit, ὁμιλεῖν δ' ἄνευ χειρὶ βροχέλι. Humerū itaq; à latere ait versari in cauo lati scapularum ossis, vbi brachiū iuxta latus extēditur, ὁμιλεῖν dicēs versari, vt eo verbo significaret simul esse, & ipsum contingere. At vbi (inquit) brachiū totum in priorem partē porrigitur, humeri caput è regione sinus lati scapularū ossis collocatur, neq; cū erectū maneat, videtur ampliùs in priorē partē excedere.

20 **Q**uibus humeri caput sæpenumerò excidit, ipsi per se restituere possunt. In commentarijs quoque de fracturis ostēdi articulos duabus de causis frequenter vel leui occasione erumpere, aut enim ob ipsos sinus parūm desidentes, atque ipsis labris resupinatos: aut ob humorem earum partium, quæ commissuram comprehendunt, ob quem laxantur, & facilè extenduntur. Adieci etiam articulos ijsdem de causis promptè restitui. quamobrem ab ægrotantibus per se citra operam medici reponuntur.

„ **I**n alam enim conijciētes tubercula digitorum alterius manus, articulum ad  
 „ superiorem partem adurgent: cubitum verò ad pectus adducunt.

Primus restituendi modus hic est, quūm seu ager ipse, seu medicus aliquis  
 30 humeri capitis digitorum tubercula subiicit, nō quouis modo, sed à parte interiori, vt primò ad priorem partem caput humeri compellat, dein ad superiorem, ipsumq; è regione collocet sui caui. vbi (vt arbitror) muscoli, qui cōmissuram complectuntur: ipsi subseruiunt, & efficiendi socij erūt. ipse enim ait in opere de fracturis, quod & nos in libro de motu musculorum, id propriū esse atq; innatū musculis, vt in seipsos contrahātur. non enim à seipsis, sed quiescentes atq; ociosi, ab ijs, qui in contrariā parte siti sunt, tenduntur. Hic musculorū motus humeri caput in alam luxatū nō patitur in eodē loco manere, sed ipsum attrahit ad latus, dū expellatur, subiiciaturq; ceruici lati scapularū ossis. Quocirca tria in restituendo sunt agenda. primò quidē in priorem partē impellendum est, deinde in superiorē, postremò in posteriorē. hoc siquidem necesse est quocunq; modo quis reponere id tentauerit. Igitur, vbi partes, quæ cōmissurā comprehendunt, naturaliter madent, & laxæ sunt, humeri caput, vel leuiter intento brachio in priorem partē adducitur: at, vbi valide sint, valentiùs intendi debet. Quamobrem plures inuenti sunt restituendi modi, quorū omnium caput di vnū est, quod ego retuli. spectat autem ad ea tria, quæ proposui agēda. inueniuntur hæc ex eo, quod maximè commune est & generale, positum quidem ab Hippocrate: demonstratum verò à nobis in libris de ratione curandi, quod



& nunc etiā docebimus, quantū poterit breuissimè, nempè ex ijs, quæ natura-  
liter habent, nihil esse corrigendum. siquidè ea nobis consiliū est nō tollere,  
sed tueri: quæ verò præter naturā sunt, propositū est in naturalē statū restituere.  
necessè autem est id, quod in antiquā sedem, vndè excessit, reuersurū est, rursus  
idem iter facere, quod perinde est, ac si dicas cōtrarium iter facere. nam ijs, qui  
Athenis Eleusinē proficiunt iter contrarium non aliud appellari pōtēst, q̃  
Eleusine Athenas. quanquā primum iter, quod fecerunt Athenis abeūtes, po-  
stremum est, vbi redeunt. Cōsiderato igitur in singulis luxatis, vndè cōperit  
articulus expelli, quā pcesserit, & vbi cōstiterit. oportebit enim excidēdi finē,  
principium esse reuertendi, atq; inde rursus ad excidēdi principiū procedere. 10  
Ac ne lōgius discedamus in proposito casu, cū humeri caput suo loco motū  
in priorē partē venit, ob pondus deorsum fertur, deinde in posteriorē partem  
ad latus vi musculorū attrahitur. cū ergo reueri ad suam sedē debet, inchoa-  
ri à posteriori regione necesse est, tūc; primò in priorem partē impelli, postea  
sursum adduci: deinde, cū sitū est è regione sui caui, duorū alterū faciendum  
est, vel res tota musculis committēda, vel vnā cum ipsis attrahētibus adurgen-  
dum est. at, vbi rem musculis cōmiseris, inferiorē locum sine fulcrā ne relin-  
quito. sustineri enim hīc re aliquā humerū oportet, ne, cū musculi nondū sic  
confirmati sint, vt ipsum attrahant, deorsum feratur, priusquā ab illis in suā se-  
dem adducatur. Ergo, cū tria hæc itinera sint, optimū est, vnūquodq; ad re- 20  
ctam lineam fieri. primò quidē in priorē partem, deinde in superiorē, tertid in  
posteriorē. sepē autē non sic, sed circa ceruicē lati scapularū ossis circūducentes  
humeri caput restituimus, cuius sanè generis est primus reponendi modus per  
digitos, vel ipsius hominis, vel medici. Eum modū appellat Hippocrates κατὰ  
ποσφάλλον, qui citra noxā proficit in cōmissurā humeri cū lato scapularū ossē,  
quippe, quæ nullū oblōgum processum habeat, neq; in capite humeri. ex toto  
enim totūdum est, neq; in labris illius caui, quo recipitur. Quibus itaque sæpē  
pmouetur, necesse est cōmissurā esse laxā, & cauū exiguis labris cōtineri, atq;  
eā de causā ipsi per seipsos articulū restituunt, quibus itā habet, integre manus  
digitorū tubercula in alā cōiiciētes, sic, vt inter latus & humeri caput demittā- 30  
tur: in quo casu digiti vicē vestrā pręstāt, cū tubercula in acutū desināt ad ef-  
figiē summi cunei, hac igitur summitate faciliè inter humeri caput, & latus in-  
ferūtur, quod si ibi semel admittātur, cū faciliè restitui possit ob humorē par-  
tium, quæ cōmissurā cōprehēdūt, digiti quidē eā parte p̃tinus admissi articulū  
à latere in priorē partē reducunt. at cubitus, quū ad pectus adducitur, hume-  
rū attollit: cūq; digiti simul interim impellāt, & circūducant iuxta inferiorē &  
priorē partē cōmissurę, humeri caput ad sui caui orā ascēdit. q̃ si semel eò fue-  
rit cōpulsus, leui momēto in ipsū cauū reuertitur. hic autē restituēdi finis fuit.

¶ Vndem restituendi modū adhibere medicus poterit, si sub alā ab interio-  
ri parte articuli prolapsi digitos demittens, à latere ipsum reducat: suū ve- 40  
rò caput ad renitēdum obijciat, quā iugulum cum lato scapularum ossē com-  
mittitur, genibus iuxta cubiti iuncturam ad humerum datis ad latus repellat.  
¶ Expedit autem eum, qui restituet, manu strenuā esse. vel ipse manibus & capi-  
te, quod dictum est, præstet, alter cubitum ad pectus adducat.

A Digniti demissi sub alā ab interiori parte articuli prolapsi.

B Caput obiectum, quā iugulum cum lato scapularum ossē cōmittitur.

C Alter cubitum ad pectus adducens.






Medici in restituendis luxatis quædam agunt, idiotis quoque communia. 1  
id quod nunc faciunt in proposito restituendi modo: quædam propriè adij-  
ciunt ijs, quæ communia sunt. commune est medicorum pariter & idiotarum  
per digitos impellere, & humerum attollere: sed proprium medicorum, caput  
obijcere homini, quâ iugulum cum lato scapularum ossè committitur, & hu-  
merum adurgere genibus ad imum eius datis. Obijcitur autem caput, ne ho-  
mo sequatur, quùm humerus digitorum impulsu in priorem partem adduci-  
tur, quæ primò fieri debent, tum tertio genibus adurgendum, quod in eo tem-  
pore totius curationis, quæ per manum admouetur, opportunissimè sit, quùm  
humeri caput à latere penitus reductum, nò protinus occurrit ceruici lati sca- 10  
pularum ossis. tunc enim neque oportet articulum in priorem partem addu-  
cere, sed in superiorem compellere. quod optimè continget, si quis imum hu-  
merum ad latus trudad, quatenus enim in interioriorem atq; inferioriorem partem  
fertur, eatenus, quod ipsi opponitur, in contrarias partes ducitur. At, vbi hu-  
meri caput in priorem simul & superiorem venit, facillè recòditur. Sed, si no-  
lit medicus genibus imum humerum adurgere, imperet alteri, vt ipsum ad pe-  
ctus adducat. hoc suprâ ostensum est fieri ab idiotâ, quòd sepè articulus exci-  
dat, edocto quâ ratione agendum sit: sed cui nunc primum excidit, non licet  
id efficere, nisi si generosus est, atq; aduersis rebus non perturbatur. hic siqui-  
dem iussus à medico per se ad ceruicem humerum excitabit.

» **R** Eponitur item humeri caput, quùm brachium retrodatur ad dorsum, tum 20  
» alterâ manu eminentia cubiti sursum compellitur, alterâ à posteriori par-  
» te vrgetur articulus.

Hoc restituendi modo magis circumducimus, quàm superiori, sed sub ipso  
etiâ necesse est in tres partes articulum agi, quæ tamen singulæ proprijs fi-  
nibus non circumscribuntur, neque angulum efficit, quùm ex vnâ parte ad  
aliâ transfertur, sed in orbem deducitur. perinde ac si anguli à quadrato re-  
tundantur. Quid autem accidat, quùm articulus in orbem agitur, circumduci-  
tûrque, planè intelliges ex descriptione huius figuræ.



Concipito caput humeri, quem articulum lati scapularum ossis 30  
vocat, quùm primò agitur, ferri à latere ad partem priorem per  
lineâ C.D. inde sursum per lineam D B. postea in suum cauum  
conijci, vbi A. quòd si ita feratur, non circumducitur: sed, si an-  
guli D.B. quasi infringantur, non ampliùs per tres lineas rectas  
feretur, sed per vnâ curuam. Sic itaque circumactus humerus  
ad oram adducitur sui caui. ad quam vbi venit, modico impulsu in suâ sedem  
reuertitur. Atque hoc commune est omnium, quæ circumducendo reponun-  
tur. id quod etiam euenit ei restituendi modo, quem nunc exprimit, siquidem  
brachio in posteriorem partem ducto ad spinam, quùm necessariò humerus  
sequatur, caput huius in priorem ac superiorem partem translatus circumdu- 40  
cetur, primò circa inferiorem partem commissuræ, deinde circa priorem, do-  
nec ascendat ad oram sui caui, in quod, vbi coniectum fuerit, continebitur,  
tuncque restituendi finis est. Quemadmodum autem in superiori modo resti-  
tuendi, ne homo sequens in priorem partem conuerteretur, præcepit medico,  
vt capite

1 vt capite obiecto summum lati scapularum ossis, quâ cum iugulo committitur, retrò repelleret: ita nunc, ne in posteriorem partem conuertatur, contrarium imperat, vt scilicet manu obiectâ à posteriori parte totius commissuræ, hominem in priorem repellat.

» **H**ic reponendi modus, atque is, qui superius positus est, secundum naturam non sunt: circumagentes tamen in suam sedem articulum cogunt.

Dixit non secundum naturam esse, eo quod articulus ad rectam lineam non feratur, sed in orbem magis, vt ostensum est. quâ in re periculum est, ne abscondantur processus aliqui. Quod autem inquit [cogunt] vim eorum indicat.

» **S**ed, qui per calcem reponere nituntur, propè secundum naturam cogunt.  
10 Quâ de causâ hunc reponendi modum asserat propè secundum naturam esse, apertè intelliges, quum ipsum vniuersum cognoueris: quod fiet, vbi, quæ subijciuntur, animaduertas.

» **H**ominem oportet humi resupinare, medicum verò ab eâ parte, à quâ articulus eruperit humi sedere, deinde suis manibus hominis brachium affectum prehendere, ac deorsum versus extendere, & calce in alam demisso, dextro quidem in dextram, sinistro in sinistram, in contrariam partem vrgeret. necesse autem est in sinum alæ rotundum aliquid demittere, quod ibi aptetur, maximè idoneæ sunt pilæ paruæ admodum, ac duræ, quæ è corio ferè sunt.  
20 tur. nam, nisi tale aliquid indatur, non potest calx ad humeri caput peruenire. brachio enim ab inferiori parte extento, sinuatur ala, quoniâ chordæ ab utrâque parte alam constringunt inter se aduersæ. Oportet autem aliquem ab alterâ parte eius, qui extenditur, sedentem, continere hominem ab integri humeri cum lato scapularum ossè commissurâ, ne corpus ducatur affecto brachio ab alterâ parte extento: possit, loro molli abundè lato pilam in alam coniectam excipere, cuius lori vtrunque caput alter extendat, qui à capite hominis sedeat, pedèque eam partem repellat, vbi iugulum cum summitate lati scapularum ossis coniungitur. Pila verò, quantum maximè potest, intus conijciatur, atque ad latiss, & à capite humeri recedat.



- A Medicus suis manibus brachium affectumprehendens, ac deorsum versus extendens, & calce in alam demisso in contrariam partem vrgens.
- B Aliquis ab alterâ parte sedens, continens hominem ab integri humeri commissurâ cum lato scapularum ossè.
- C Lorum molle, quod pilam excipit in alam coniectam.
- D Alter extendens vtrunque lori caput, & pede repellens eam partem, quâ iugulum cum summitate lati scapularum ossis committitur.



## C O M M E N T. I.

225

1 Si quis, quæ sic traduntur, non intelligat, huic opus est non verbo expone-  
re, sed agendo rem monstrare. atque idcirco mihi placet, quemadmodum su-  
prà retuli, librum ipsum Hippocratis sæpius legi, verbis diligenter considera-  
tis, atq; adhibito omni studio, ut quod proponitur, intelligatur. Equidem tibi,  
ut quæ ab Hippocrate scripta sunt tenenti, causam adjiciam, quamobrem hunc  
reponendi modum propè secundum naturam esse affirmet, quosque superiùs  
posuit, tanquam non secundum naturam reprehendat. Primò quidem hic re-  
ponendi modus humerū extendit, quod neuter ex superioribus præstitit, quā-  
obrem à quouis meritò laudetur. nos enim ad quem vsum intentio adhibere-  
10 tur, extendendumque perpetuò esse, antequam restituere, aut componere ten-  
temus, in opere quoque de fracturis ostendimus. Deinde, in hac curatione cal-  
ce homo retrò repellitur, ne sequatur, quum brachium attrahitur. Hæc ita-  
que duo agentes in diuersa contendimus, loro quidem circa alam iniecto ho-  
minem in posteriorem partem ducimus, pede in priorem repellimus. patet au-  
tem eundem esse, qui vtrunque efficiens in diuersa contendit. Hæc in propo-  
sito reponendi modo secundum naturam adhibentur. sed, quum impulsus ab-  
sit, à conuenienti modo recedit, eo quod nequeat exigua pila inter latus & hu-  
meri caput penetrare, ac multò minùs etiam calx. At, ubi eo nihil indatur,  
quomodo impellemus? ubi nō impellamus, neque reponere secundum natu-  
20 ram poterimus.

" E S T & alius reponendi modus, quo super summum humerum alterius ho-  
" minem collocant. maior autem esse necessariò is debet, super quem collo-  
" catur. hic autem apprehenso brachio laborantis summum humerum suum ex-  
" citatum alæ hominis subijciat.

- A Homo collocatus super summum humerum alterius.  
B Maior, super quem collocatur.  
C Leuis puer à posteriori parte appensus.





1 Primus reponendi modus, quem posuit, per digitos fuit, siue ægrotantis, siue medici: alter per calcem: tertius est, quem vocant ἀὰ τῆς ὑπομυμῆς, eo quod Hippocrates dixit, ὁ ὑπομυμῆς ἐς ἀνθρώπου, quum significare voluit eum modum, quo super summum humerum alterius hominem collocant. Quomodo autē hoc fiat, ipse aperte docuit, quum præcepit, vt qui super summum humerum collocaturus hominem esset, suis manibus prolapsum ipsius brachium prehenderet, atque ita summum humerum suum attollens in hominis alam conijceret, vt cauum, quod in eā est, eiusmodi eminentiæ locum præstaret.

10 **P**Ostea conuertatur, quasi sedili velit insidere, eò spectans, vt summo suo humero æger alā suspendatur: ipse verò seipsum ab eo humero magis excitet, quā ab altero, suspensique humerum ad suum pectus quā celerrimē adducat. ita verò figuratus concutitur, quum hominem suspenderit, vt reliquum corpus in contrariam partem inclinetur, atque humerus contentus. Quod si homo leuis admodum fuerit, appendatur ei à posteriori parte leuis aliquis puer. Hi restituēdi modi omnes ad palæstram sunt aptissimi, quoniam luxata ibi, vt restituantur, nullum aliud machinamentum desiderant, quibus alibi vti etiam conuenient.

20 **E**ποστὲναι dixit verbum [conuertatur] significare volens, summum humerum, super quem homo collocatur, conuerti, sicut quando ad sedile accedimus, vt illi insidamus. Ægrotantem verò, quum ab humero pendeat, constat à tergo eius, super quem collocatur, suspendendum esse. hac siquidem viā in contrariam partem ducetur, atque brachium, quod à fronte trahitur. Quod si leuis fuerit, qui suspenditur, appendi leuem puerum præcipit, vt grauius reddat pondus, quod tendit in partem contrariam. vult etiam concuti articulum humeri ipsius ægrotantis ab eo, super quem collocatur, vt è regione suæ sedis constituatur. sæpius enim diximus, vbi articulus ita collocetur, faciliè recondi. quum nobis etiam nihil impellentibus, musculi, quod expedit, efficiant.

30 **S**Ed & qui super pistillum cogunt, propè secūdam naturam restituunt. Inuoluatur autem pistillū molli aliquā fasciā, minū enim elabitur: atque inter latus & humeri caput demittatur. Quod si pistillum breuius fuerit, homo alicubi sedeat, sic, vt vix iniicere humerum super pistillum possit. Ferè autem pistillum adhiberi longius conuenit, sic, vt homo stans penè ex eo pendeat. Deinceps humerus & brachium iuxta pistillum extendatur, corpus verò alter in alteram partem adurgeat, manibus ad collum datis iuxta iugulum.

Atque hi etiam, quatenus in diuersa contendunt, secundum naturam reponunt: quatenus verò humeri caput (vt in sequentibus ostendit) pistillo circumducitur, à reponendo secundum naturam absunt. quæ autem hic scribit, singula in aperto sunt.

40 **H**ic reponendi modus moderatè secundum naturam est, ac restituere articulum potest, si rectè adhibeatur.

Hunc modum secundum naturam esse affirmat moderatè, quod significauit verbo ἐμετρώς, quemadmodum & homo moderatus ἐμετρός græcè dicitur. putarūt nonnulli verbum ἐμετρός vsurpari pro maximè, atque idcirco (vt opi-

nor) in principio huius orationis remouerunt dictionem [ propè ] ità scriben-  
 tes [ Sed & qui super pistillum cogunt, secūdum naturam restituunt ]. Debue-  
 runt autem, etiam si Hippocrates id non monuisset, per se intelligere, cuius rei  
 hunc reponendi modum in sequentibus accuset: accusat enim, quū inquit  
 [ licet enim pistillo humeri articulus inhereat, periculum est, ne corpus in hanc  
 vel illam partem labatur ] ac propterea ait eum modum, qui per scalam adhi-  
 betur, meliorem esse. Modus igitur, qui pistillo vtitur, ad summum perfectio-  
 nis non accedit. quare neque verbo *ἐμμελὲς* [ maximè ] significatur. magis enim  
 eum probat, qui per scalam est: magis item eum, qui per spatham habentem in  
 summo capitulum rotundum ac leniter cauum. 10

„ **Q**uin & alius quidam modus est per scalam adhuc melior. quandoqui-  
 „ dem tutius suspensum corpus non magis in hanc, quàm in illam partem  
 „ inclinabitur. licet enim pistillo humeri articulus inhereat, periculum est, ne  
 „ corpus in hanc vel illam partem labatur.

Quintus hic est reponendi modus. ob quam verò causam vtilior sit, quàm  
 qui positus est quarto loco, apertè ipse exposuit.

„ **A**lligandum autem est super gradum rotundum aliquid, quod alæ sinui  
 „ conueniat, quo humeri caput in suam sedem compellatur.






Ex eo ipso ligno, ex quo gradus conficitur, tale quidpiam extat initio pro-  
tinus, quum scalę machinamentum paratur, quo nos etiam frequenter vtimur.  
simile autem est ligno, quod proximè subdet, quod summum habet capitu-  
lum rotundum ac leniter cauum, vnde apud recentiores medicos ferè omnes  
græcè *ἀμψύς* nomen inuenit. consuevit autem illis organis adijci, quæ erecta  
collocantur: cuiusmodi est organum tum Andreae tum Fabri. neutrius autem  
structuram adscribere nunc oportet. posita enim est à sexcentis architectis  
iunioribus, quâ de organis scribunt. nobis autem institutum est Hippocra-  
tem explanare, qui ad omnia validissimè in contrarias partes, seu extendenda,  
seu impellenda, eo machinamento vtitur, quod scamnum appellatur.

Inter omnes reponendi modos hic præstantissimus est. lignum accipitur ad  
summum quinos, vel certè quaternos digitos latum, crassum verò binos, aut  
etiam minùs, longum cubitos duos, vel paulo breuius, quod ab altero extre-  
mo rotundum sit, angustissimum ac maximè tenue, in summo capitulum ro-  
tundum ac leniter cauum habeat, parùmque extet ab vnâ parte, non quidem  
versus latus, sed versus humeri caput, vt huic subiectũ, alæ iuxta latus accom-  
modetur. Summo item ligno, vel linteum, vel mollis habena agglutinatur, vt  
mitius sit: deinde caput ligni in alam demittitur intrò quantum potest inter  
latus & humeri caput: brachium totum super lignum extēditur, alligatúrque  
paulum infra humeri caput supra cubitum, & supra manum, vt quàm maximè  
immobile sit. est autem maximi momēti extremum lignum vltra humeri ca-  
put in alam intimè indere.

COMMENT. I.

231




p iiij

Sextum reponendi modum, quem potissimum laudauit, hic docere ingreditur, aperte exponēs structuram ligni, cuius extremo superimpositum est capitulum rotundum ac leniter cauum. Hoc quia simile est labro, quod græci vocant *ἀμβων*, medici totum lignum *ἀμβλω* appellant. tale siquidem labrum est, quale videmus in ollis conuersum in interiorem partem, versus cauum. vnde quidam comicus, vt per iocum morderet, dixit quendam ollarum *ἀμβωνας* delingere. Attici igitur masculino genere *ἀμβωνας*, Iones fœminino *ἀμβων* huiusmodi labrorum figuras appellant. Commodissimè autem capitulum hoc demittitur inter latus atque humeri caput, vtilissimūque est ad impellendum, quum firmiter, quod gibbum est ex humeri capite, excipiat. in vniuersum autem singula ipsius verba plana sunt.

» **P**ost hæc tignum transuersum inter duas columnas bene alligandum est,  
 » supérque id brachium cum ligno imponendum, ità, vt ab vnâ parte brachium sit, corpus ab alterâ, sed tignum iuxta alam: dein ab alterâ parte circa  
 » tignum attrahendum brachium cum ligno, ab alterâ reliquum corpus. Vincitur autem transuersum lignum, sublime, vt reliquum corpus suspensum imis  
 » pedibus sit. modus hic reponendi capitis humeri præstantissimus est. Iustissimè enim impellit, modò lignum retrò magis, quàm humeri caput demittatur: iustissimè item in contrarias partes inclinat, osque humeri tutum seruat.  
 » Vbi casus quidem recens sit, articulus citiùs opinione reconditur, priùs item, 20  
 » quàm extentus videatur.

Columnas constat ab ipso *στέλας* appellari. tignum verò transuersum, quod ab vnâ columnâ ad alteram peruenit, *σπωτήριον*.






• Ed & quę iamdiu exciderunt, hoc tantummodo reponi possunt, nisi tem- 1  
 • pore caro in cauum venerit, atque humeri caput locum sibi tritum fecerit,  
 • in quem veniat. Vbi autem luxato humero malum ita inueterauerit, hęc viâ  
 • arbitror posse restitui. nam quid non moueat iustus impulsus, manere tamen  
 • suo loco non puto, sed prolabi, vt consuevit. Idem efficies, si super gradū vim  
 • adhibeas, hęc reponendi ratione vsus.

Locum tritum & callosum nominauit *τεῖλον*, quem efficit humeri caput,  
 quod adstrictum diu continetur in eâ parte carnis, quę iuxta commissuram  
 est, in quam fortè à principio erumpens constitit. *κοτύλιον* dixit cauum com- 10  
 missurę, quod (vt dictum est) super insidet extremę ceruici lati scapularum  
 ossis. Plærunque autem tam ipse, quàm alij medici *κοτύλιος* appellant alta caua ac  
 magnis oris septa: sed nunc iure suo mutuatus est hoc vocabulū ad significan-  
 dum cauum, in quod proxima caro coniicitur, quum articulus luxatur, & lo-  
 cum occupat, in quo humeri caput antè recipiebatur. Igitur & propterea, quod  
 ipse sinus capitis humeri obstructus est, & propterea quod locus, in quem ve-  
 nit, occalescens, sinus vicem præstat, fit, vt, si quando reponatur, cōtineri non  
 possit. cum caro, quę iuxta erat, sinum præter naturam occupet, & ea, quę ossi  
 locum facit, occalescens commissurę sinum referat.

• Atque omnino fuerit, si recens adhuc vitium sit, super magnum sedile  
 • Thessalum vim adhibere. sed parari lignum conuenit, quemadmodum di- 20  
 • ctum est, atque hominem in latus conuersum sedili insidere, brachio cum li-  
 • gno super eam partem sedilis iniecto, cui sedentes dorso inhaerent, atque ab  
 • vnâ parte corpus attrahere, ab alterâ humerum cum ligno. Idem quoque face-  
 • re licet super fores bipartitas. His autem vtendum est, prout præsto sunt.







- 1 Sedilis quondam hæc figura fuit potissimum in Thesiliâ, vt ad rectam lineam attolleretur eâ parte, cui sedentes dorso in hærent, super quam adhiberi voluit vim in diuersa extendendi, quemadmodum antè super tignum docuit. Verùm, quomodo collocare languentem super sedile oporteat, ipse apertè explicauit. Idem efficient fores bipartitæ, si super eas vis adhibeatur: inueniuntur autem huiusmodi fores, in quarum medio interiectum est lignum firmum, quale paulò antè dixit tignum inter duas columnas. ex his foribus altera ab inferiori parte aperitur, à superiori altera, atque hæc de causâ bipartitas fores vocauit, quasi duplicem quandam duas in se continentem paruas. Docet igitur  
 10 prolapsum humerum super lignum inter duas fores situm imponi, vt intentio in diuersa admoueat.

De humero ijs modis prolapsio, quos Hippocrates non vidit.

- T**Estatur quidem Hippocrates humeri caput prolapsum in aliam duntaxat se vidisse: quidam verò ex recentioribus medicis scribunt, in alias quoque partibus excidere, vt in quas etiam prolabi possit. nos autem quinquies hætenus eiusmodi casum nacti sumus, semel in Asiâ, Romæ quater, nec sapius arbitrator Rome accidisse, quoniâ medici omnes, vt me consulerent, quæ præter opinionem euenerent, mihi ostendebant. Quater igitur procidit, ac semper in priorè  
 20 partem. erat autem discrimen, eo quòd nunc magis ad commissuram accedebat, nunc ab ipsâ magis diducebatur in longitudinem, vel latitudinem membri. Mirabar autem quodammodo, quid fieret, vt Hippocrates hoc nunquam viderit. ex recentioribus verò vnus dicat semel se vidisse, alter bis: nemo autem ita sapere, sicut nos hætenus conspeximus, & fortè rursus etiam conspiciemus. Existimamus autem non casu, sed ratione id nobis accidisse, vt deinceps ostendemus. In Asiâ nostrâ primum inspeximus humerum ita prolapsum, quum Smyrnæ adhuc à præceptoribus erudiremur (est autem hæc vrbs multo maior illâ, cuius vbique meminit Hippocrates) vt qui ibi plurimum essemus. Post trigesimum & secundum annum Romæ degimus, quam urbem tot homines ha-  
 30 bitant, vt Polemo rhetor eam celebrans dixerit terræ habitatæ compendium. Quod autem quater hætenus eiusmodi casus euenerit, patere planè potest, eo quòd omnes medici (vt posui) mecum communicarent, quæcunque præter opinionem nacti essent. ac non modò Romæ nihil me latere huiusmodi potuit, sed neque in portu, atque in proximâ vrbe, quâ Hostiam nominât. quum omnibus amicis vterer, quicunque illis locis medicinam exercerent, quæ & ipsa frequentissima sunt. At vrbes, quarum meminit Hippocrates, vbi diutius egit, non plures incolunt, quàm Romæ vicum vnum. nihil ergo mirum, si in frequentissimâ vrbe plures incidunt in idem malum. Illud prætereà experientiâ discens, ductus sum ad causam inueniendam. nonnullis enim palæstrâ, non-  
 40 nullis medicorum operâ, visus est articulus eo modo excidere. nam duo quidem ex ijs, quos vidi, articulum in aliam venisse mihi retulerunt: medicis autem imperitè vrgentibus, musculorum complexu arctè contentum fuisse secus ac principio apparuisset. Quocirca, si Romæ has duas causas præter hominum frequentiam adicias, requies, non quidem cur tot nactus sim, quibus humeri articulus ita prociderit, sed cur non plures. Hippocratis enim sæculo medici optimè artis præcepta discabant, atque ea præsertim, quæ ad huiusmodi manus operam pertinent. Ea nunc à medicis, vel nullo modo addiscuntur, vel certè

exiguo temporis spacio: deinde palæstræ vsus mirum in modum increuit, vbi eius magistri membra varijs modis contorquent, atque peruertunt. Requires igitur (vt dixi) non cur tot, sed cur in tot hominū milibus non plures viderim, quos magistrorum numerus in palæstrâ, & inscitia medicorum in huiusmodi noxam compulerit. Restituuntur autem luxata hæc ijsdem consilijs scilicet extendendo, impellendo, & collocando. Non conuenit autē itā impellere in hoc casu, sicut quando in alam articulus eruperat. ibi enim opus erat articulum primò in priorem partem, deinde sursum adducere, dum collocaretur è regione sui caui: nunc autem, quum penitus in priori parte commissuræ sit, siue in interiorē, siue in exteriorē partem adstrictus à musculis inclinatur, impellere ipsum oportet ad contrariam regionem. in quo faciēdo periculū est, ne ipse deorsum lapsus à musculis in alam trahatur. quam rem in diuersa extendentes præcipuè vitamus. non est autem ab re, dum in diuersa contēditur, locum sapire, qui sub alā est, quod nos Smyrnæ fecimus, ad articulum in priorē partem elapsū. accidit autem in palæstrâ, quum brachium cuidam à luctante duplicaretur, sub quo modo potissimū articulus in priorē partem prorumpit. nos verò homine resupinato intētionem in contrarias partes adhibuimus similem illi, quæ per calcem fit, quodam à posteriori parte sedēte, ac loro lato sub alā iniecto, sinu aliquā re prius cōpleto. Nos (vt diximus) articulum è musculis, quibus adstringebatur, expellentes, dein remissā intentione suimus attractum à musculis in seipfos recurrentibus in suum locum reponi. Hic igitur promptè restitutus est. in palæstrâ enim protinus curationem aggressi sumus, satisq; fuit affectum brachium à nobis ipsis extendi, non secus, atque in eo reponendi modo, vbi calce vtimur. Interdum etiam extendendi causā laqueum iniicimus. sit autem laqueus ex ijs, qui facultatem habent, extendendi æqualiter, qualis est duplex Carchesius, qui ex duabus habenis conficitur. Sed, vbi iamdiu procidit, opus fuit scamno Hippocratis, quod ipse in sequētib; tradet. Hæc de articulo prolapsio: pergamus iam ad ea, quæ tractat de corporum varietate, quibus magis aut minùs humeri caput elabitur.

¶ Illud autem ignorare non oportet, quòd in luxatis facillè restituendis, naturæ à naturis plurimū differunt, & multum cauum à cauo distat. nam hoc quidem facilius, illud verò minùs facillè superatur. multum etiam discriminis est inter eos, quibus neruorum coniunctio laxa est, & quibus tenta.

Cum sermonē de restituēdo absoluerit, causam docere incipit, quòbrem nonnullis facillè quiuus articulus excidit, ac sine magno negotio reponitur, nonnullis cōtrā rarò excidit, sed magno negotio restituitur. quā in re nos suprà & ossium cōmissuras causati sumus, & superiniectos musculos valentes, aut laxos.

¶ Quibusdam enim hominibus humor in articulis est propter adiunctos neruos, si naturā laxi fuerint, & extēdi facillè patiantur. Cōplures autem videre licet itā humidos, vt vbi velint, sine dolore articulos suā sede moueant, atque item sine dolore restituant.

Commūtasse mihi sermonem videtur, quum neruosa corpora laxiora fiant ob humorem hominis naturalem: at non propterea quòd laxiora sint, idcirco humor sit in articulis, cuius oppositū indicant Hippocratis verba. Videtur autem mihi voluisse neruosa corpora propter humorē hominis facillè plurimum extendi, non tamen hoc suā oratione assequitur, sed particulā [propter] abusus lectorem adducit ad intelligendam causam.

Differunt



**D**ifferunt etiam inter se corporis habitus, quibus enim membrum boni habitus est, & carnosum, articulus minùs excidit, & ægrius reponitur: quibus quàm solet tenuius est, & minùs carnosum magis elabitur, & faciliùs restituitur: cuius rei indicio sunt boues, quibus femur suo cauo magis erumpit, tunc, quùm ipsi emacrescunt. emacrescunt autem boues maximè vltimâ hyeme. Tùc igitur maximè his articuli luxatur: modò quid tale in medicinâ feribere conueniat, sed certè conuenit.

Naturæ atque articularum differentie, sub quibus ipsi, seu promptè, seu vix procidunt, & reuertuntur, duæ sunt, quas sæpiùs recensui, cùm in superioribus habebantur. Illis nonnunquam tertia accedit, quam nunc exequitur, à crassitudine vel macie corporis orta, quam *ἄσπις*, id est, habitum dicunt. hominibus enim, quo habitiores efficiuntur, eo articuli ægrius excidunt, ac reponuntur. quoniam carnis copiam vndique constringuntur: cōtrà ijs, qui emacrescunt, relaxatur cutis eius carnis, quæ commissuram complectitur, parùmque prohibet, quo minùs articulus excidat, & reuertatur: nec quidquam deterius agitur cum his, qui naturâ graciliores sunt, quàm cum his qui pleniores. Ostēdimus enim in libro de temperamentis graciliorem esse naturæ siccioris, plenioris magis madere. Quocirca musculi, quùm gracilibus robustiores sint, commissurâ coarctant. plenioribus caro, quatenus magis abundat, adstringit id, quod articulū ambit: quatenus autem mollis est, faciliè peruertitur, quùm rotundorum ossium, quæ suâ fede mouētur, capita admittat, sic, vt vtriq; quod ad articulos excidentes attinet, æquales sint. Si quis tamē habitior aliquādo emacrescit, faciliùs huic articulus elabitur, ac rursus recōditur, tunc, quàm antea: nō secus etiam, si quis naturâ gracilis, carne impleatur, ei vix procidit, atque ægrè reuertitur. Quam rem cōprobat per ea, quæ in bobus apparēt, ita apertè loquutus, vt nullā explanatione opus sit, nisi alicubi in vno, vel altero vocabulo, quæ à me notabūtur.

**R**etē enim scripsit Homerus ex omni pecore boues tēpore hoc maximè pati, atq; inter boues, qui arant, quùm hyeme laborent. his igitur maximè articulus excidit, quoniam maximè extenuatur. Namque aliud pecus pascere exiguas herbas potest: bos non item, priusquā grandiores fiant. aliud enim pecus tenuem habet labrorum prominentiam, tenues item malas: bobus contrā labrorum prominentia crassa est, malæ item hebetes & crassæ, atque idcirco exiguis herbis non possunt eas subijcere.

Pecus *πρόβατα*, nunc dixit, significare volens vniuersum pecus, quemadmodum & in libro de morbo comitali, vbi ad verbum legitur [*ὅτι ἐστὶν ἄλλο πρόβατον ἐν δὲ ἡ βοῆς καὶ ὁ ἄσπις*]. Simile quid apud poētā legitur, vbi ait,

*πολλὰ πρὸς πρόβατα ἐστὶ.* Vult enim significare gregem pecudum armentumque, quam vocem è maioribus multi similiter vsurparunt.

**V**erùm animalia, quæ solidi pedis sunt, vt potè, quæ vtrinque sint dentata, vellere possunt, & exiguis herbis dentes subijcere, gaudentque eiusmodi herbâ magis, quàm grādiōri. omnino enim melior est ac firmior exigua herba, quàm quæ grādis est, antequam ad maturitatē veniat, ac propterea scripsit.

Sicut quando redit gratum ver bobus, in orbem

Crura quibus vertuntur- quoniam grandior herba iucundissima illis videtur. Sed & bos naturâ hunc articulum laxiorem reliquis habet, atque eâ de causâ pedem circūuoluit, magis quàm cætera animalia. præsertim vbi macie, senioq; confectus sit, quas ob res omnes boui maximè prolabitur. Plurima

» de ipſo ſcripta ſunt, quoniàm hæc fidem faciunt eorum omnium, quæ propo-  
 » ſita ſunt. ſed, vt eò reuertatur oratio, vnde digreſſa eſt. gracilibus magis prola-  
 » bitur articulus, ac citiùs reponitur, quàm ijs, qui bono habitu ſunt: minùſq; in-  
 » flammatione tentantur madentes ac graciles, quàm ſicci & carnoſi.

Vellere Hippocrates *σαρκάζει* dixit, quo vocabulo nonnulli ſignificari vo-  
 lunt labra vehementer inter ſe coniungere, ſic, vt herbæ partem anellant: alij  
 inferioribus dentibus cum ſuperiori labro idē efficere. nam qui derident (*σαρ-  
 κάζοντες* græcè dicuntur) dentibus labrum mordent. Verùm illi quidem ſupe-  
 rioribus dentibus mordēt labrum inferius: animalia verò, quæ ruminant, cūm  
 inferiorem tantūm dentium ordinem habeant, eo ad mordendum vtuntur. ac  
 propterea accipiunt alij vocabulum *σαρκάζει* in illis, quæ dentes inter ſe com-  
 mittunt. quoniàm, quæ carnem vorant (*σαρκοφαγοί* vta vocantur) tam ſuperio-  
 ribus, quàm inferioribus dētibus vtuntur. atque his vidētur fauere verba Hip-  
 pocratis, quūm *σαρκάζει* dixerit, nō de ijs, quæ rumināt, ſed de ijs, quæ vtrinq;  
 dentes habent, quæ *ἀμφόδοντα* græcè nuncupantur. Hæc quidē pāſcere exiguas  
 herbas poſſunt, cuiuſmodi ſunt equi, aſini, muli: at ex ijs, quæ ab vnâ parte tan-  
 tūm ſunt dentata, illa duntaxat, quibus labri prominentia tenuis eſt: atque id-  
 circo inter animalia, quæ herbis veſcuntur, ſoli boues hyeme paſtu indigent.  
 quoniàm nequeunt exiguam herbam aut *σαρκάζει*, id eſt, dentibus abſcindere,  
 aut labris prehendere. boues enim non habent labra itā tenuia, vt exiguam  
 herbam circūplicare atque comprehendere poſſint, quemadmodum & ca-  
 præ & oues. Hæc tria animalium genera multiſidos pedes habent: ſed ſolidi  
 pedis ſunt, quæ vtrinque ſunt dentata. appellantur autem græcè *μόνυχα* cōtra-  
 cto vocabulo, vt aſſerunt, qui nominum interpretationem excolunt à dictione  
*μόνυχα*, eo quòd vnum vnguem habeāt, græci *μόνον ὄνυχα* dicunt. ſolidipedum  
 enim pedes extremi vnguibus hominis reſpondent. [Minùſq; inflammatio-  
 ne tentantur.] Quūm faciliùs articulus excidat, ſequitur, vt ſimiliter recondatur.  
 quo fit, vt nulla vel certè quàm minima inflammatio ſuperueniat. namque, vbi  
 magnâ vi procidat, ac reuertatur, muſculi dolore vexantur, quem ſubſequi-  
 tur inflammatio.

» Minùſque in poſterum articulus alligatur. atqui, ſi citra inflammationem  
 » mucci iuſto plures fuerint, idcirco etiam facilè procidet. ferè autem cir-  
 » ca articulos mucci redundant magis in gracili, quàm in pleno.

Quod inquit [in poſterum] referri poteſt ad duo tēpora, & ad id, quod re-  
 poſito articulo proximum eſt, cūm inflammatae partes curātur, & ad id, quod  
 deinceps citra moleſtiam inſequitur. eo quidem tempore, quod repoſito arti-  
 culo proximum eſt, vbi inflammatio ſit, articulus ab ipſâ conſtringitur. quod  
 ipſe etiam narrauit: poſt curationem à validis eiufmodi hominum muſculis,  
 & à quâdam duritie, quam muſculis ingens inflammatio relinquit, articulus  
 quaſi vinculo coarctatur.

» Sed & caro quoque graciliū, qui arte non fuerint rectè extenuati, muccoſa  
 » magis eſt quàm eorum, qui pleni ſunt. Vbicunq; autē mucci cum inflam-  
 » matione ſunt, inflammatio articulum illigat, ac propterea non admodum el-  
 » bitur, vbi mucci redundāt, qui lapſurus vtique fuiſſet, niſi locum vel ampliùs,  
 » vel minùs inflammatio occupaeſſet. Qui repoſito articulo, partibus, quæ iux-  
 » tã ſunt, nullâ inflammatione affectis protinus humero vti ſine dolore poſſunt,  
 » hī nullâ curâ ſibi opus eſſe arbitrat̃ur. Sed medici officium eſt præſagire con-  
 » tra eorum



1 » tra eorum opinionē. siquidem his rursus prolabitur, magis quàm quibus nervi  
 » inflāmate tentātur. Hoc in omnibus articulis itā habet, & præcipuè in cō-  
 » missurā humeri cū lato scapularum ossē, ac in genu. namq; hi præcipuè luxātur.  
 » At quibus nervi inflāmate vexantur, humero vti non possunt. dolore enim  
 » prohibentur, atque inflammatione extendente. His itaque inderi oportet ce-  
 » rato pannisque, & multas fascias circumdare: tum lanā mollem ac mundam in  
 » alam subijcere, donec id cauum compleatur, vt vinculum fulciat, & articulum  
 » sustineat. Continere autem humerum oportet, plarunq; in superiorem par-  
 » tem conuersum. sic enim fiet, vt humeri caput longè collocetur à loco, in quem  
 10 » proruperat. conuenit autem humeri articulo deligato humerum ipsum ad la-  
 » tus deuincire, fasciā in orbem circa corpus porrectā.

Quicūq; seu fame, seu obsidione, seu luctu, seu mœrore, siue etiā cibi fasti-  
 dio alimenti non satis sumentes extenuati sunt, caro non statim siccescit, sicut  
 illis, qui arte rectè sunt extenuati: sed ferè in omnibus propositis casibus ma-  
 dentior efficitur, quibusdam tunc ob inopiam liquatis. magis adhuc tabescūt,  
 qui in mœrore sunt; quē græci poëtę μελεδών idcirco dicunt, quasi mēbra edat,  
 deuoretq; sub hoc itaq; adeps omnis tabescit, & quæcūq; caro mollis ac recēs  
 concreuit. sed, vbi medicus de industriā corpus aliquod extenuat, per ea, quæ  
 excogitauit, moliri id cōtēdit: deinceps frictione vitur, quo tēpore opus est, si  
 20 » quid liquatur exhaurire, vel per sudorē, qui sensui subijcitur, vel p expirationē,  
 quæ non sensu, sed ratione percipitur. Ad hæc par est ipsum esculenta & pocu-  
 lenta nō temerè dare, sed conari per hæc, vt quæcūque educēda sunt, benè exitū  
 habeant, non modò, quæ per deiectiones, sed & quæ per urinā. eo enim pacto,  
 si quis in corpore humor liquaretur, vndiq; extra corpus efflueret. nam, vbi in  
 corpore maneat, tēpore mucosas carnes efficit. Quodcūq; igitur tenue omni-  
 no, ac feri naturā habēs liquatur, effertur, & per expirationē, quæ sensu nō cō-  
 prehēditur, magis q̃ alio modo discutitur: tātum autē subsistit id, quod aliqua-  
 tenus crassum est, quod tēpore glutinosum efficitur, & à muccis nō abhorret.

30 » Necesse est insuper humeri cōmissurā sensim, molliterq; perfricare. opus  
 » autem medico est multarum rerum & frictionis etiam experiente. siqui-  
 » dem ab eo, quod eodē nomine appellatur, nō idem effectus oritur. potest enim  
 » frictio laxiorem articulum illigare, & iusto duriorē soluere. Verū de fri-  
 » ctione alibi pertractabimus. Ergo hanc humeri commissuram cōuenit molli-  
 » bus manibus perfricare, tum leniter, quod alioquin vtile est.

Efficit frictio sensim molliterq; adhibita, ne quæ remaneant inflāmate  
 reliquæ. variè autem pcedat, oportet, modò manus à superiori parte deorsum,  
 modò ab inferiori sursum ferātur, deinde obliquæ nō solū ab inferiori parte  
 sursum, sed à superiori deorsum, post hæc in orbē, & quasi trāsuerse à dextrā in  
 sinistrā, & rursus à sinistrā in dextrā, vt musculorū fibræ omnes molliātur. Ma-  
 40 » iores enim græci ad frictionem significādā mutuati sunt vocabulū ἀντερείπας  
 pro τερείπας. at nolim tibi persuadeas (quemadmodum nonnulli existimarunt)  
 Hippocraté velle manus in perfricandā humeri commissurā ferri ab inferiori  
 parte sursum, quod τερείπας frictionem, ἀνὰ surῶ significet. nam verbum ἀντερείπας  
 vniuersum frictionis genus exprimit: non eam duntaxat, quæ ab inferiori par-  
 te sursum procedit. quod & ipse indicauit, quū inquit, [sed de frictione ali-  
 bi pertractabimus] vbi frictionem ἀνὰ τερείπας vocauit. non enim pollicetur se de  
 vnā specie tractaturum cæteris omnibus omissis. Sed in libro etiam de offici-



nā medici omnes exposuit, genus vniuersum *ἀνθρώπων* appellans, quū inquit, [frictio ad resoluendum valet, & adstringendum, præter hæc ad implendum ac minuendum, & quæ sequuntur] quæ tum in commentarijs in eum librū perfecti sumus, tum in opere de tuendā sanitate latissimè narrauimus.

» **A**rticulus non violèter dimouendus est, sed quatenus citra dolorē moueatur. confirmantur autē omnes, alij quidem longiori tēpore, alij breuiori.

Inflammatione remissā nihil expeditius est, quā eiusmodi motus. soluit enim illius reliquias omnes, quibus neglectis articuli cōtracti atq; illigati red-duntur vtrisque enim vocabulis appellantur.

» **H**is autem indicijs exciderit ne humerus, intelligendum est.

In libro de fracturis, antè ad eos, qui errāt, aggreditur, quod nūc quo-que facit. nam postquā errantes redarguit, reponendi rationē subiicit, quæ nō solum sequitur, quod propositum erat, sed eius etiam fidem facit. Eam ergo primū exequutus, nunc deinceps indicia subiicit humeri capitis luxati, quæ in exercendā arte necessariò præcedunt, in tradendā non item necessariò. eorū verò, quæ præcedūt, aut sequuntur, illud tibi indicio sit, qd non rectè effici po-  
tèst opus, quod sequitur, aut percipi, quod præceptum est, antequā intelligatur quod præcedit. Ratio quidem luxati restituendi, antequā intelligatur in quam partē articulus eruperit, apertè demonstrari nequit: sed nihil eam addisci pro-  
hibet, priusquā notæ enarrantur. Principio itaq; orationis, si id vnū edocti si-  
mus, humerum in alam prolabi, & ipi inuenire modum reponēdi possumus, & ab altero etiam doceri: non tamen comprehendere modum reponēdi, nisi  
antè sciuerimus humerū in alam procidere, sicut neq; quo pacto in alam pro-  
cidit, nisi prius nouerimus naturā vniuersæ cōmissuræ. Si quis igitur restituē-  
di modum præfatus, deinceps adijciat, in quam partē articulum luxatū resti-  
tui docuerit, necessariū ordinem perturbat. id quod accidit etiam ei, qui pri-  
mò incipit ostendere, in quas partes articulus erumpat, dein transit ad cōmis-  
suræ naturam exponendam. nam, si quis penitus nosset, quomodo articulus in  
alam excideret, superuacuum esset cōmissuræ naturam hunc docere: sed, si  
quis primò audiat, percipiatq; quonam modo hæc habeat, deinde in quā par-  
tem articulus venerit, huic nihil opus est ad hoc, vt restituēdi modum doceatur. Eodem etiam modo nunc nihil nos prohibuit signorū incirria, quo minùs  
reponēdi rationem intelligeremus. quæ res communiter euenit in omni cura-  
tione tradendā. potest enim doceri quis, quā ratione curetur inflammatio ioci-  
noris, seu vetriculi, seu renū, siue intestini crassioris, antequam ipsorū affectus  
teneat: non tamen curare potest, priusquā eos intelligat, sicut neq; ratione cu-  
rationē inuenire, aut doceri ab altero, priusquā naturā calleat partis, quæ curatur.

» **P**artim quidem, quū homines iustum habeant corpus, & brachia, & cru-  
ra, ad exemplum integri extimare vitiatum oportet, & ad exemplū vitiatum  
» integrum, neque spectare alterius hominis articulos.

Quod ab vtraque parte tam dextrā, quā sinistrā æquale est ad vnguem, iustum appellauit. Sed quoniā membrorum forma in hominibus varia est, imperat, vt affectum membrum cum pari hominis membro conferatur: atque inde quatenus à naturali statu recesserit, coniectura fiat

» **A**lijs enim magis extant, alijs minùs, sed ipsius laborantis, an integer vi-  
tatio dissimilis sit.

Eos, quibus articuli naturaliter extant, prominētque *ὡς ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ* appellauit.

Quæ res

1 **Q**Uæ res rectè quidem ostendetur, magna autem eius incitiam est. Hæc de  
causâ non satis est ratione artē hanc scire, sed vsu experiri ipsam oportet.

Incitiam dixit παρασώσις non omnem simpliciter intelligens, sed eam, quæ cōiuncta est ac proxima scientiæ, indicabit autem ipse in sequentibus, quā fiat, ut interdum decipiantur, qui protinus cum vitiato integrum conferunt.

2 **M**ULTIS enim articuli præ dolore vel aliâ de causâ, ut nō exciderint, nequeunt  
tamē eo modo, quo in sanis corporibus figurari. Intelligere igitur, ac sci-  
re huiusmodi habitum oportet. nam multò magis in alâ sentitur caput humeri  
prolapsi, quā eius, qui naturaliter habet: ad hæc locus, qui à superiori parte  
10 super commissuram est, cauus apparet: item latum os scapularum summū, quā  
cum iugulo cōmittitur, extare videtur, cū articulus inferiori loco recipiatur.

Incitiam, quam ipse παρασώσις dixit, nunc vnam ponit, quæ in figurando  
accidit. Interdum enim nequeunt affecta mēbra aliquo modo figurari, quam-  
uis hoc ægris nō accadat, propterea quòd articulus eruperit, sed vel dolore, vel  
musculorum intentione. deinceps incitiam alteram subiicit.

3 **I**N quo etiam accidit incitiam, de quā in sequentibus ageamus. est enim me-  
moratu digna.

In eo quòd locus, qui humeri commissuræ superiectus est, cauus cōspicitur,  
quendam incidere errorem ait, quem in sequentibus dicturum se pollicetur. id  
20 autem interdum euenit, vbi iugulum à lato scapularum ossē diducitur.

4 **P**ARTIM etiam à latere cubiti eminentia recedere magis videtur ab eo hu-  
mero, qui prolapsus est, quā ab altero: si quis tamē cogat, adducitur qui-  
dem, sed cum dolore.

Indicium quoque hoc fallax est, nisi sub alâ humeri caput cōtingas, quod in  
eam venit. quo fit, ut brachium adduci ad latus sine dolore non possit.

5 **A**Dde q̄ cubito extēto brachiū iuxta eiusdē partis aurē nō ita porrigi po-  
test, quēadmodū & integrū, neq; in latera similiter. Hęc itaq; indicia sunt  
humeri capitis luxati. restituedi verò modi hi, q̄ scripti sūt, & curationes egedē.

Hoc quoque signū ex illis est, in quibus esse incitiam proposuit. quod cui  
30 dentissimum est ex ijs, quæ prodidit, cū inquit, [Multis enim articuli præ do-  
lore, vel aliâ de causâ, ut nō exciderint, nequeunt eo modo, quo in sanis corpo-  
ribus figurari]. Si quis (ut ipse ait) promptè brachium possit ad latera porrige-  
re, id certum indicium est articulū naturaliter habere: quòd si aliquā ex parte  
prohibeatur, potest huius rei causa esse dolor, vel musculorum intentio.

6 **M**AXIMÂ autē animaduersione dignū præceptū est, quā ratione curare eos  
cōueniat, quibus sepè humeri caput elabitur. cū multi ob calamitatē hęc,  
quāq̄ alioquin idonei, certare prohibeātur. multi etiā eā de causâ redditi sint  
inutiles ad bellū, ac perierint. Ob id etiā animaduersione dignū est, q̄ neminē  
nouerim, qui rectè curaret: sed alios quidē manus homini nō injicere, alios cō-  
40 trariū ei, quod expediret, excogitare moliriq̄. A dufferunt iā cō plures medici;  
vbi humeri articulus excideret, eū locū, qui à superiori parte cōmissuræ est, &  
eū, qui à priori, quā p̄minet humeri caput, & à posteriori parte paulo infra su-  
periorē sedē cōmissuræ. Profectò huiusmodi vstiones cōmodæ fuissent, si hu-  
meri caput in superiorē, priorē, aut posteriorē partē venisset: nūc, cū in infe-  
riorē erūpat, expellūt magis q̄ cohibent. excludunt enim humeri caput à spa-  
cio superiori. Sic autē adurere hos cōuenit. cutis sub alâ prehēdēda digitis est,  
atq; attrahēda è regione potissimū eius partis, in quam humeri caput elabitur.



In hac etiam oratione pleraque plana sunt. quare à me prætermittentur, nisi i si qua videantur obscura.

**T** Vm, cute sic attractâ, itâ admouedû candēs ferramentû est, vt traijciatur.

Imperat, vt ex cute extetâ nihil relinquantur, quod nō vratur, sed cādēs ferramentû traijciatur à dextrâ parte alâ in sinistram, atq; ab hac ad dextram.

**F**erramentis autem adurere oportet, non crassis, neque nimiû rotundis, sed oblongis. celerius enim manu impulsâ traijciuntur.

Ferramenta extremitate rotunda appellauit φαλακρά, cuiusmodi sunt capitulata illa, quibus ad alas vtuntur (πύγες, vel διαπύγνια nuncupantur) atque item spatæ capitulatæ: quæ verò his contraria, oblonga sunt, περιμήκη dixit, quorum extremitas non est rotunda, sed acuta. Illis aliquo modo similis, quæ ad perforandum accommodantur.

**S** Intq; candentia, vt traijci quàm celerrimè possint. quæcunque enim plena sunt, tardiùs traijciuntur, & crustæ inde latiores resoluuntur, periculumq; est, ne vlcera abrumpantur. quod, & si nihilo deterius esset, turpius tamen atq; expers artis penitus haberetur. Vbi ergo candens ferramentum traieceris, ferè abundè erit in inferiori parte duntaxat aduulsi.

Candentia esse voluit ferramenta, quæ ad alam admouentur, quod expressit vocabulo διαφυνί.

**A** T si nullum instare periculum videatur, ne vlcera abrumpantur, sed magnum spacium in medio integrum relinquantur, instrumentû, quo ad illud vtimur, tenue traijciendû est, ab vnâ vstionis parte ad alterâ, cute adhuc extentâ, non enim posset aliter traijci. quo facto remittenda cutis est: postea inter vtranque plagam alia media facienda est, admoto tenui ferramento candenti, donec ad priûs demissum instrumentum pertineat. quatenus verò prehendere cutem sub alâ conueniat, hinc conijcere poteris, quòd glandulæ sub alâ sitæ sunt, atque in multis alijs corporis partibus.

Vlcera vocauit ὤτειλας, quemadmodû & ποῖτα, qui de receti vulnere inquit, ὅφρα ὡς αἷμα ἐπὶ θρόνον ἀνάσθῃ ὡς ὤτειλας.

Vbi extentam cutem (vt ait) transuersam ferramento traieceris à dextrâ in sinistram præcipit, vt iterum aduras, demisso candenti ferramento, non ampliùs trásuerso ab vnâ parte ad alteram, sed prorsus in altitudinem. Oportet autem inter vtramque plagam, quam candens ferramentum fecit, non exiguum spacium interijcere. nâq; vbi exiguum sit, periculum est, ne vlcera abrumpantur, atque vna magna exulceratio fiat. quamobrem & si nihil deterius accadat, siquidem adurimus, vt partem exicemus, atque adstringamus. nō tamē necesse est magnâ inductâ cicatrice locum deformem reddere, quûm per exigua foramina liceat æquè succurrere.

**S** Ed alibi glandularû vniuersam naturam persequemur, quid sint, quidq; & in quibus indicent, aut possint. Glandulas itaque prehendere non conuenit, nec quæcunque glandulis interiora sunt, id siquidem valdè periculosum est.

Glandularum vniuersam naturam appellauit ὑλαμελλω, quam pollicitus est alibi docere. non tamen extat hic liber Hippocratis de vniuersâ glandularum naturâ. Sed quidam ex medicis iunioribus, qui Hippocratē sequuntur, paruum libellum confecit, quem inscripsit [Hippocratis de vniuersâ glandularum naturâ] qui, tam loquutionibus, quàm sententijs, longè superatur à germanis libris Hippocratis: adde quòd neque vllus veterum medicorum eius libri meminit, neque ab ijs, qui indicem scripserunt, commemoratur.

Proximè



1 **P**roximæ enim sunt nervis, qui magnam vim habent. extra glandulas plurimum prehendum est, nam id fit innocenter.

Subiectos esse ait glandulis in alâ nervos magnâ vim habētes, quos nuncupavit τῆρες. Ridiculè igitur quidâ ex recētoribus medicis existimant nervos illos duntaxat ab ipso appellari τῆρες, qui coniugati à cerebro oriuntur. quoniam in secūdo de morbis vulgaribus, cū dixit [duo enim nervi à cerebro iuxta os magnæ vertebræ, & quæ sequuntur] nervos appellavit τῆρες. nervi enim, qui ad brachia intendūt (vt in confesso est apud omnes, qui incidēdi corporis peritiā habent) à spinæ medullâ in ceruicibus dependent, quâ parte ad thoracem accedit, quos constat ab ipso nominari τῆρες, tū in propositis verbis, ac deinceps bis, in ijs, quæ subiiciuntur: tū infra rursus, vbi de spinâ agens, nervos appellat τῆρες.

10 **I**llud etiam ignorare non oportet, quod vbi humerum valdè in superiorem partem porrexeris, nihil prehendere ex cute sub alâ poteris, quod extendere operæ precium sit. nam, vbi in superiorem partem porrigatur, cutis, quæ sub alâ est, absumitur. Ad hæc nervi etiâ nullâ ratione violandi sunt. hi siquidem in eiusmodi habitu prominent, atque extēduntur. Sed, si humerus paulum excitetur, multum cutis apprehendi poterit, & nervi, quos cauere oportet, intrò magis recedent, longiûsque aberunt ab eo, quod apprehenditur.

20 **A**bsumi in alâ cutem ait, vbi totum brachiū sursum porrigatur. antè siquidem laxa erat, itâ, vt supereffe videretur. brachio autem sic figurato extenditur, circa partes, quas contegit, itâ, vt quod priùs supereffe videbatur, pereat, & quasi absumatur, quū brachium sursum porrigitur.

**A**t nōne in vniuersâ arte in primis danda opera est, vt quo pacto singula iustè figurentur, inueniamus?

Iustè intellexit quasi æqualiter. hoc autem fit, vbi seruatur, quod vnicuique rei conuenit, & proprium est. Id nūc, quo de agitur, vstio cutis in alâ est, quam ad mouere oportet, humero conueniēter figurato. nam, si itâ demittatur, vt latus attingat, nimis parū excitabitur, neque poterit altitudo alæ se ostendere, neque cutis sanè digitis extendi atque aduri: sed, si humerus plurimū attollatur, digitis extendi nihil ferè cutis poterit. sub hoc enim habitu circa subiectas partes extenditur. adde, quod nervi prominent. Eatenus igitur attollere humerum conuenit, atque ab alâ reducere, vt locus in conspectum veniat: sitque quâ subijcere digitos faciliè possimus, & cutem extendere, atque adurare. Quæ, quū primū excitato brachio fieri possunt, admouenda manus est membro itâ figurato, neque vltius attollendum. non enim aliâ de causâ humerus attollitur, nisi vt possit cutis sub alâ digitis extendi hætenus, vt candens ferramētum admoueat, prout ipse indicauit, itâ, vt si hæc præstare potuissemus humero demisso, eiusmodi habitu nihil antiquius fuisset, quū laxiorem cutem efficiat. sic enim plurimū attrahitur, ac manus sine vllō periculo penitus admouetur.

40 **H**æc circa alam, satisque est sic prehendere, modò quâ conuenit, candentia ferramenta demittantur.

Prehendere dixit de cute.

**E**xtra alam duæ tantū sedes sunt, quū aduruntur morbo auxiliantes. Dictionem [extra] dixit ἐκ τοῦ, quâ posuit non vt loci differentiâ notaret, sed quemadmodum apud Demosthenē, atq; alios rhetores vsurpatur, qui cū ἐκ τοῦ ἡ τοῦ πρὸς λέγουσιν dicunt, præter rem significare volūt. Id igitur, quod

Hippocrates asserit, tale est. Præter vstionē alæ, duæ aliæ sedes sunt morbo auxiliantes, quum aduruntur. vsus autē est vocabulo *πρωτεύουσα*, quo constat ipsum non aliud significasse, q̃ auxiliātes. quod fecit etiam Euripides, cum Orestem induxit hęc loquētem *αἰώσια μὲν ὀδύνη, ἀλλὰ πρωτεύουσα πατὴρ*. Differunt autē inter se *πρωτεύουσα*, & *υμωρῶν*, quod vocabulū cum accusandi casu iungitur, hoc siquidē significat cruciās. eādē ratione & Menādri fabula inscribitur *ἐκ τῆς υμωρῶν*.

» **V**Na quidē est à priori parte inter caput humeri, & chordā, quæ ad alā est. Nos quoque vidimus articulum contineri in hoc loco, qui pars totius prioris regionis est. nam, quum ea lata sit, vna quidem eius in medio ad vnguem est, duæ autem vtrinque: vna ab interiori parte, cuius nunc meminit, altera ab exteriori, de quā paulo infra loquitur. Est autē admiratione dignus, qui, quum nunquam viderit humeri caput in aliam partem excidere, quā in alam, non contētus fuerit ipsam tantūm adurere, sed adiungens duas alias regiones, illas cōiecerit, in quibus nos vidimus caput humeri fixū: ex his in eam, quā vena sita est, per summū humerū procedens, vbi duo muscoli concurrunt, & magnus ille, qui à pectore oritur, & qui à literē *Δ* similitudine *Δελφιδος* nuncupatur, quater vidimus humeri caput prorupisse: in exteriorem verò partem mediæ regionis semel, de quā tractabit in sequentibus.

» **Q**uā demittere candens ferramentum cōuenit, vt cutem traijciat, non tamen nimis altē. proxima enim est crassa vena, ac neruus, quorū neutrum calefaciendum est.

Crassam venā intelligit nunc eam, quę per summū humerū fertur ad cubitum *ἄμυδα* gręcè vocatur, quasi latam vel grandem. cui innectitur coniunctio duorum musculorū propositorum, cuiq; adiūgitur neruus, qui distribuitur in partes cutis, quę iuxta venam est. cauendum autē esse, ne in adurendo neruus, aut vena attingatur, apertē declarauit, non tamē ostēdit, à priori ne an ab interiori parte venę, vel prorsus super ipsam adurendū sit. Fieri enim hoc potest, in primis cutē attrahendo, quo modo in alā diximus, dein trāsfuersam adurēdo, post hęc instrumentum, quo ad illinendū vtimur, traijciendo, atq; in orbē iterum adurēdo. Quemadmodū autem in alā, quamuis sub sint nerui maximi, & cum ipsis arteria ac vena latissima, tamē aduri cutem voluit, securitatem subiectarum partiū comparans eo instrumēto, quo illinimus, demisso, sic in propositā nunc vstione nihil mirum, si cutem venę superiectam aduri iubeat. illos autem neruos dixit *ὑδιναιγοράτους*, quod vocabulum mutuari solet ad ea, quæ magnam vim habent, quemadmodū illi, quod non longē distent à spinę medullā, & maximē pleni sint. Sed circa venam, quæ ab interiori parte tendit ad cubitum, neruum simpliciter dixit, non adiiciens *ἐπιναιγοράτους*. multum enim distat à medullā spinæ, atque exiguus est.

» **R**vsus alio loco licet adurere ab exteriori parte multo supra chordam, quæ ad alam est, paulo infra humeri caput. traijciatur autē cutis candenti ferramento, sed non nimis altē. ignis enim neruis est inimicus.

A Regio superior.

B Inferior.

C Interior.

D Exterior.

E Prior.

F Posterior.


G Linea media sine latitudine.

H Vena ad interiorem cubiti secundem pertinentens.

I Linea supra lineam mediam.

Venit ad





- 20 Venit ad tractandū reliquum ex ijs locis, in quibus recipitur humeri caput prolapsū. hic autem est in exteriori parte prioris regionis, in quā semel etiam conspexi humeri caput venisse. non rectē autem in plerisque exemplaribus legitur [Rursus alius locus quem licet adurere à posteriori parte est] hic enim locus non à posteriori, sed ab exteriori parte commissuræ est. Si quis igitur exquisitè definire loca velit, quæ iuxta humeri commissurā sunt latitudinem habentia, hic profectò omnia intuitus in priori regione mediam dicet esse quandam lineam, sine latitudine conceptam in medio ad ynguem, quæ supernè in humeri longitudinem tendat: & vtrinque in latitudinē terminari priorem regionem, ab interiori quidem parte eā venā, quæ ad interiorem cubiti sedem
- 30 pertinet, ab exteriori verò aliā quādam lineā, quæ distet à lineā mediā, sine latitudine conceptā, quātum ipsa vena recedit. Hi sunt ergo termini prioris regionis. duo autem alij vtrinque sunt, quā feruntur chordæ ad alam, vnus interiorem regionem, alter exteriorem finit. eam verò intelligito interiorē commissuræ regionem, quæ est inter venam, & chordam, quæ ab interiori parte alam terminat: sed exteriorem, eam, quæ incipiens à lineā, quæ tantum distabat à mediā lineā sine latitudine conceptā, quantum ipsa vena, tendit ad chordam, quæ ab exteriori parte alam finit. quare iuxta diuisionem hāc quidquid erit superius chordā, quæ ab exteriori parte alæ sita est, non dicetur vtique à
- 40 posteriori regione commissuræ, sed ab exteriori. siquidem regio posterior in commissurā est, quā latum scapularum os sumum est: inferior in alā cōtinetur: superior verò inter lati scapularum ossis summitatem atque humeri caput.

» **P**orro mederi in totā curatione vlceribus debemus, vidētes, ne multum attollatur humerus, sed modicè, quatenus vlcerū curatio postulat, quoniām

» frigus eo minùs adspirabit. adusta enim omnia tegenda sunt, non secus etiam

» moderatè curanda. nam sic minùs hiant, minùs sanguis erumpit, minùs neruorum distentio sequitur.



Causas ipse exposuit, cur edicat, ne multū humerus vnquam attollatur. pri-  
mū, q̄ vsta omnia tegere expedit, sic tamē, vt curari possint, & non frigeant,  
quū alioquin (vt ipse testatur) frigus vlcera mordeat, cutem induret, pus fieri  
in dolore non patitur, ac multo magis in ijs, quæ calor excitauit, sicuti nunc  
ignis [minus (inquit) hiant] hoc est diducuntur vlceris oræ. ob id enim frigore  
magis excipiuntur, & tardiùs sanescunt, grandioremq̄ cicatricem recipiūt.  
Quod autem subdit [minus sanguis erūpit] communiter ad omnia vlcera re-  
fertur, non propriè ad ea, quæ proposita nunc sunt. nam si quis sic cutem vrat,  
quemadmodum præcepit, periculum nullum sanguinis eruptionis sequetur.  
fortasse autem nerui tantū distentione periclitabuntur ob frigus, quod cute 10  
nudati contraxerunt, cuius rei in fine orationis meminit.

„ Vbi vlcera pura sint, & ad cicatricem intendant, tunc sanè oportet hume-  
rum diu noctūque semper ad latus deligatum continere.

σι τε λὰς nunc propriè de cicatricibus dixit, non de vlceribus, quemadmo-  
dum antè. monet autem maximè dandam operam esse, ne humerus, nisi pau-  
lulum duntaxat à laterè diducatur, idq̄, quū vlcera curantur. quoniam pu-  
ra vlcera opportunissima sunt illis omnibus casibus, quos in oratione proximè  
præcedente narrauit, atque ijs præsertim, qui ab exterioribus causis oriun-  
tur. antè siquidem sordida erant, atque inflammata, sordèmq̄ & humorem  
præter naturam superantem pro velamento, ac tegmento quodam habebant, 20  
quin & inflammationis calor extrinseco frigori obsistebat: at, vbi inflàmatio  
conquieuit, & pura reddita sunt, ac sine superante humore, magis quàm antè  
sentiant ea, quibus lædūtur. ob hæc igitur omnia facilè sub exterioribus causis  
ac præcipuè frigidis dolent, & refrigerātur, propter sensum verò acriorem ve-  
hementiori dolore cruciātur, cui accedunt ea mala, quæ sequi dolorem solent.

„ A T vbi vlcera conualuerunt, humerus diu debet ad latus similiter deligari.  
„ Namque hæc viâ cicatrix maximè confirmabitur, atque id spaciū, in quod  
„ maximè humerus procidit, contrahetur.

Hic etiam indicauit, quo consilio hæc præceperit, quū inquit [namq̄; hæc  
viâ cicatrix maximè cōfirmabitur, atque id spaciū, in quod maximè hume-  
rus procidit, contrahetur] quasi ità dixerit, quo minor cicatrix inducetur, eo  
magis alæ cutis contrahetur. Quod maximum momētum habet in prohiben-  
do, ne in hanc partem humerus elabatur. 30

„ Q Vibis recondi humeri caput non potuit, si adhuc crescūt, humerus non  
„ æquè augetur atque is, qui integer est: sed quāuis aliquid augeatur, alte-  
„ ro tamē breuior redditur.

Ea nunc persequitur, quæ necessariò ijs accidunt, quibus humeri caput suo  
loco non est. Primū ac maximè commune, cui reliqua omnia superueniunt,  
est, quòd minùs alitur. quam rem, si membrum iam perfectè increuit, gracili-  
tas sequitur: si adhuc augeatur, exiguitas. Nō alitur autem membrum ob mu- 40  
sculorum & venarum, quas continet, deprauationem: eius quoq̄ rei causa est  
totus articulus immobilis. nam & integra membra, vbi diutiùs omnino im-  
mobilia maneant, apertè graciliora conspiciuntur.

„ I Am verò, qui à primo natali die humeros breuiiores habēt (χαλιδγκωνες græcè  
„ appellātur) ob duplicem noxam id mali experiūtur, vel quod dum in vtero  
„ sunt, humeri luxētur, vel aliam ob noxam, de quâ postè aliquādo scribemus.

Dicti ne sint χαλιδγκωνες à similitudine felis (χαλιν græcè dicitur) an ab alio  
quopiam

1 quopiam, relinquēda quæstio est ijs, qui in huiusmodi studia incumbunt. medicum verò scire conuenit nasci quosdam vtriusque humeri articulo luxato, dextro & sinistro, sicque humeros breuiiores esse: neque ignorare alteram huius vitij causam, de quâ tractaturum se pollicetur. Difficile autem est alteram inuenire, præter illam, quam ipse deinceps ait illis accidere, qui teneri sunt. Inquit ergo.

2 " **S**ed quibus tenerâ adhuc ætate iuxta humeri caput in intimis partibus, al-  
" téque suppurationes oriuntur, omnibus sanè humeri breuiiores fiunt: ac si-  
" ue fecentur, siue vrantur, siue per se pus aperiatur, scire licet hæc ità se habere.  
10 " Maximè verò brachio vti queunt, quibus à primo natali die humeri breuiiores  
" sunt: neque ipsi tamen sursum ad aurem porrigere brachium possunt, cubito  
" extento, nisi multò minùs, quàm ab integrâ parte.

Potest hoc etiam, dum in vtero sunt, accidere: aliam verò noxam, quæ ijs, qui in vtero geruntur, causa sit, vt articulus elabatur, difficile est inuenire, sed has ambas accidere nihil prohibet. potest enim, dum infans in vtero est, à naturâ suppuratio fieri, aperiiri, & ad cicatricem vlcus perducì. quod magis adhuc euenit, vbi humeri caput elabatur ob humorem infantis naturalem, & quia cauum commissuræ ipsius humeri tale est, vt faciliè articulum expelli patiatur.

20 " **Q**uibz verò ætate iam robustâ humeri caput erupit, neq; restitutum est,  
" pars, quæ super commissuram est, tenuatur, & gracilioris habitus fit, vbi  
" dolore liberâtur non æquè præstare possunt opera omnia, quæcunq; requirunt,  
" vt cubitus à pectore diductus in latera attollatur: ad ea autem valent quæcun-  
" que efficienda sunt humero vel in priorem partem, vel in posteriorem ad pe-  
" ctus adducto. nam terebrâ, ferrâ, secure, ac rastris vtuntur, dummodo cubitum  
" non admodum attollere necesse sit, atque ad alia omnia idonei sunt, quæ bra-  
" chia postulant ita figurata.

His, qui hoc vitio tenentur, pars, quæ super humeri commissuram est, pro-  
tinus etiam inter initia tenuior apparet, & gracilior, quàm humeri caput lati  
scapularum ossis cauum reliquerit, sed & istiusmodi in posterû adhuc ampliùs  
30 " conspicitur. eo quòd procedente tēpore emacrescant partes musculi, & literam  
" referentis, quòd redditus sit imbecillis, quàm sequens humeri caput, vi deor-  
" sum seratur ad alam: & quòd immobilis maneat, neque suo munere fungatur,  
" quod erat humerum attollere. quare frigidior & imbecillior redditur, atque  
" emacrescit. quandoquidem labor firmat, ignauia tabidum reddit.

De summitate lati scapularum ossis, quâ cum iugulo coniungitur.

40 " **Q**uibz lati scapularum ossis summitas diducitur, extare videtur os, quod  
" recedit. est autem hæc ligamētum iuguli cum lato scapularum osse. Di-  
" uersa autem est hæc parte natura hominis à cæteris animalibus. medici itaq; in  
" hoc casu maximè decipiuntur. excitato enim osse, quod recedit, humeri com-  
" missuræ pars superior apparet depressâ, & caua, ità, vt quasi prociderit hume-  
" ri caput, prouideât. Noui ergo complures medicos alioquin non ignobiles, qui  
" summo opere læderent, dum niterētur huiusmodi humeros restituere, vt qui lu-  
" xatos esse extimarent, nec priùs desisterent, quàm vel rem desperarent, vel in-  
" dicarēt per se non posse humeri articulum restituere. His eadem curatio con-  
" uenit, quæ cæteris eius generis, nempè ceratum, panni, fasciæ, atque eadē vin-  
" ciendi ratio: veruntamen deorsum cogendū est id, quod excedit, tum eâ parte



» plurimi panni iniiciendi, maximèque adstringendum, humerúsque ad latus  
 » continendus est, suspensus à parte superiori. Hâc enim ratione id, quod recef-  
 » sit, proximè adducetur. quam rem scire optimè licet, atque prædicere, omni pe-  
 » riculo vacare, si alioquin tibi videatur. ex hoc enim casu, nec paruum, nec ma-  
 » gnum in humeri commissurâ oritur detrimētum, sed aliquid decoris eo loco  
 » amittitur. nunquam enim huiusmodi os in naturalem & antiquam sedem re-  
 » uertitur, sed necessariò, siue ampliùs, siue minùs à superiori parte pminet. ne-  
 » que enim aliud os vllum in pristinam sedem reuertitur, quod recesserit ab ali-  
 » quo osse, cum quo naturaliter iungeretur. paucis autem diebus à dolore libera-  
 » tur latum scapularum os summum, si commodè vinciat. 10

Indicat lati scapularum ossis summitatem esse coniunctionem: dicit etiam ipsam esse os, quo alligatur proposita ossa ambo. constat autem summitatē lati scapularum ossis esse chartilaginofum os, quod situm est, quâ iugulum cum lato scapularum osse committitur, à quo dependent membrane, quibus extrema ossium colligantur. Hoc, vbi recedat, iugulum etiam sequi cōsuevit, & idcirco restituitur iugulo deorsum compulso, sic, vt eâ parte in orbem quodammodo inclinetur. quo fit, vt in iuuenibus faciliùs cogatur. nam, quo magis ætas procedit, eo magis corpora nostra siccantur. Ergo, quemadmodum sicca ligna minimè idonea sunt, quæ curuentur, madentia autē & viridia faciliè id patiuntur. eodem modo & ossa eorum, qui adhuc increscunt, coacta curuari possunt, 20 ac multò magis, vbi rara sint, & cauis plena, quale est iugulū. Equidem experimento sensi iugulum in meipso curuari. nam, quum vinculi vi vehemēter compelleretur, altè vrgebat. quod ego pertuli quadraginta dies, quibus iugulum ad humeri caput ita adductum est, vt ijs, qui nunc aspiciunt, nūquam recessisse videatur, quisque tunc quum recessit, diductum interuallo trium digitorum viderunt, rem admirentur. Inde tamen factū est, vt humerus id temporis minimè nutrireretur, ita, vt penitus emacresceret, cumque eo brachium etiam nutriri desineret. Sed his omnibus, vno vinculi præsidio succurrens, non multo tempore à soluto vinculo totum membrum refeci. in adolescente autem, ac multo magis in puero, os faciliùs vinculo cogitur. ego verò, quum id mihi accidit in palæstrâ, annum agebam trigesimumquintum. nullum tamē alium ex ijs, qui firmissimâ ætate essent, æquè licuit ad sanitatem perducere, eo quod vinculi vim minimè ferrēt. Ipse igitur locum sensi frigidum prorsus, sic, vt totum diem ac noctem perfundere calidum oleum cogerer, pelle toto corpori subiectâ, super quâ nudus iacebam, quum caniculæ æstus vigeret. A pedibus igitur inani pelue subiectâ pellis ita figurata erat, vt oleum per eam commodè funderetur. quidquid autem in pelui coactum erat, in ollam conijciebatur iuxta ignem, vt calefieret, eoque inde accepto totus affectus locus perfundebatur. at quum, vel modicum quid aliquando intermittebatur, sentiebam continuò musculos iuxta ceruices distendi, sic, vt apertè constaret sequituram esse ner- 40 uorum distentionē, si ignaui fuissent, qui perfundebant. mihi etiam aliud euenit, quod non parum in causâ fuit, vt muscoli malè afficerentur, atque id quoque enarrasse operæ precium erit, ne quis existimet malè affici musculos, propterea quod iugulum duntaxat deorsum fuerit coactum. In palæstrâ enim lati scapularum ossis summitate diductâ magister intuitus partem superpositam humeri commissuræ, depressam, existimans humeri caput in alam excidisse, intentionem tentat, atque impulsus, quæ quidem artificiosè agit. at quum sine vlllo profectu operam



operam perderet, arbitror peccari aliquid in impellendo, quamobrem alios adhiberi iubeo, qui cum ipso humerum, & ab inferiori parte, & à cōtrariâ extendant, atque ipse integrâ manus digitos, quantû possum, intrò demitto ad humerum, qui excidisse videbatur, vt inditi inter latus & humeri caput, ipsum impellerent: nihil autem inueniens in alâ præter naturam, iubeo, vt extendere cessent, qui cum magistro simul vim adhibebant, eo quod humeri caput non procidisset. hi verò existimâtes mē fracti animi ob dolorem esse, hortantur, vt sibi meipsum committâ, nec ab extendendo desistunt, itâ, vt musculum auulsiissent (quæ res alijs iam accidit) nisi fortè alter aduenisset, qui optimè no-  
 10 uerat me nullo modo ob mollitiem extendētes prohibere. hic eos remouet, ac me rogat, quid mali sit, quidquæ faciendum censeam, respondeo summitatem humeri diductam esse, opus autē mihi esse oleo, linteis, lanâ. eo igitur ad balneum, multoque oleo perfusus maneo in labro, quoad possum, dū, quæ ad curationem facerent, afferrentur. quare musculis assidua perfusio necessaria fuit, quum malè affecti eâ ratione fuissent. multi autē vinculum non sustinēt, etiam si id non accidat, sed malunt in posterum, quæ ex eo malo molestia sequitur, ferre, quàm id quadraginta diebus sustinere. neque enim breuiori spacio consequi eos posse existimo, vt iugulum itâ exquisitè curuetur. Reliqua Hippo-  
 ctatis verba plana sunt.

20

## De iugulo.

“ Iugulum comminutum, si ex toto fractum sit, facilius curatur: si in longitudinem, ægrius. hæc autem contraria sunt, atque aliquis existimet. Id igitur, quod ex toto fractum est, magis utiq; in suam sedem cōpelli potest, ac si sum-  
 “ mâ curâ prouideatur, quod sublimius est, magis deorsum cogetur idoneo ha-  
 “ bitu, ac debito vinculo. quamuis autem ex toto in suam sedem non collocetur,  
 “ tamen ea pars, quæ excedit, non valdè acuta apparebit: At quibus in longitu-  
 “ dinem frangitur, simile vitium est, atque vbi ossa diducuntur, de quibus suprà  
 “ tractauimus. non itâ enim in suam sedem restituitur, extânsque ossis extremi-  
 30 tas aspicitur admodum acuta. In vniuersum autem scire cōuenit, nihil hume-  
 “ ri commissuram aliâmvē partem lædi, quum iugulum frangitur, nisi (quod ra-  
 “ rò accidit) corrumpatur.

Ex toto frangi dicit, quod nullâ parte hæret, cuius cōtrarium est, quod non ex toto abruptitur. Id vno modo fieri expressit, quum inquit [si in longitudinem, ægrius] simulq; demonstrauit, quod ex toto abruptitur, trāsuersum abrupti: quod non ex toto, in longitudinē. ergo, vbi ex toto comminuitur, partes cedere inter se plerunque solent, atq; vna sursum ferri, altera deorsum, tum altera in interiora, in exteriora altera. quâ de causâ videtur fractura grauis, & egre sanabilis. Verum altero modo, quum fractura in longitudinem est, leuior  
 40 quidem apparet, ægrius tamen curationem admittit. nequit enim iugulum fasciâ excipi in orbem, sicut membra. quâ viâ duntaxat propelli, atque adduci posset, quod in longitudinem fissum est. Quod si hæc, quæ nunc ostendimus, in memoriâ habeantur, nihil obscurum videbitur ex ijs, quæ ab Hippocrate in sequentibus ponentur.

“ Iuguli fractura deformitatem affert, deformitas autem principio maxima  
 “ est, deinde minor.

Satiùs fuisset dicere [minùs apparet] principio enim rei nouitate deforme

vitium videtur: procedente tempore, sicut alia omnia, quibus assuescimus, ita deformitatem paruifacimus.

» **S**ane scit autem citò iugulum, atque alia ossa, quæcūque rara sunt, quoniã  
 » scallo hæc maturiùs obducuntur. igitur, vbi casus recens est, ægri solliciti  
 » sunt, putâtes malum grauius esse, quàm sit, medici autem sedulos in probè cu-  
 » rando se exhibent: procedente tempore laborantes, vt qui non doleant, neque  
 » ingressu, neque cibo prohibeantur, rem contemnunt, at medici, vt qui locum  
 » reddere decorum non possunt, se subducunt, neque offensorum negligentiam  
 » iniquo animo ferunt. interim callus festinat increfcere. Deligandi autè ratio ea  
 » conuenit, quæ plerisq; cerato, pannis, fascijs mollibus, adhibitis. Hæc autè pro- 10  
 » uidisse oportet, atque item nouisse in hac præsertim curatione, plurimos pan-  
 » nos quâ os extat obijciendos esse, ac fascias plurimas, ibiq; maximè premen-  
 » dum. Nonnulli existimarunt plumbi aliquid alligandum, quod oneri esset, vt  
 » deorsum cogeret, quod extaret. fortasse autem nec illi sapiunt, qui simpliciter  
 » vinciunt. quandoquidè neque propositus modus fracto iugulo conuenit. nihil  
 » enim serè cogere potest, quod excedit. Sunt & alij, qui cognoscentes vincula  
 » ipsa aliena esse, neque in naturalem locum adducere, quod extat, deligant qui-  
 » dem eiusmodi ægrotantes pannis fascijsq; superdatis, perinde atq; alij: sed ho-  
 » minem fasciâ aliquâ cingunt, quâ parte comodissimè cingitur, vbi pannos ob-  
 » iecerint, quâ fractura extat, sic, vt eâ parte in tumorem assurgant, caput fasciæ 20  
 » ad cingulum à priori parte deuinciunt, fasciâque è regione iuguli porrigunt  
 » ad partem posteriorem, & in cingulum demissam ad priorem adducunt, at-  
 » que inde rursus ad posteriorem. Alij fasciam in cingulum non demittunt, sed  
 » inter anum & naturale, tum iuxta anum ipsum, dein circa spinam ducentes,  
 » sic fracturam comprimunt. Hæc, quum ab eo audiuntur, qui vsum non habet,  
 » propè videntur secundum naturâ esse: at, vbi quis ea experiatur, inutilia com-  
 » periet. neq; enim aliquod tēpus immobiles manent, etiâ si homo cubet, quanq̃  
 » hoc modo proxima essent, tamē si cubans crus flectat, aut ipse curuetur, omnes  
 » fasciæ mouebuntur. præterquam quod hæc vinciendi ratio alioquin fœda est.

Causam ipse adiungit, quamobrem hæc celeriter sanescant: sed cur callus  
 maturè increfcat, causam nõ expressit, vt quæ ex naturâ ossium, de quibus tra- 30  
 ctatur, percipi possit. quoniã in ijs, quæ rara sunt, multum humoris cōtrahi-  
 tur. In prioribus autem demonstrauimus, effuso humore ob affecti ossis vim  
 spissato, in oris fracturæ callum increfcere, qui, vbi satis increuit, fracturæ oras  
 illigat, atque adstringit. neque enim os altioribus partibus solidatur, quemad-  
 modum caro, sed (vt dictum est) in summo, quasi vinculo adstringitur. quæ  
 sequuntur, si diligenter considerentur, omnia plana sunt.

» **S**iquidem anus comprehenditur, fasciæq; in hac loci angustia colliguntur.  
 » Quod verò ad eas fascias pertinet, quæ in zonâ induntur, non ita arctè hæc  
 » cingitur, quin sursum ferri cogatur. quod vbi accidit, necesse est totū vinculū 40  
 » relaxari. Proximè autem moliri quis sibi videbitur, quauis nihil magnū effi-  
 » ciat, si fascias nonnullas in cingulum demittat, sed plærâque ad primum vin-  
 » culū adhibeat. hæc enim ratione maximè stabiles erunt, & alteri circuitui al-  
 » ter auxiliabitur. Plurima quidem dicta sunt ex ijs, quæ ad iuguli fracturam at-  
 » tinent. scire autè licet, iugulum plæruncq; ita frâgi, vt ea pars, quæ à pectore est,  
 » sursum feratur: quæ à summitate lati scapularum ossis, deorsum. cuius causa est  
 » pectus, quod neque admodum sursum, neque admodum deorsum mouetur.

Loci



1 Loci angustiam dixit στενωπορῶν. quod nomen (vt quibusdam placet) non componitur ex vocabulis στενός, & πόρος, quæ significarent humidū angustum locum, sed deducitur à voce στενωρός. quæ nihil ampliùs sibi vult, q̃ στενόν, quod significat angustum. vnde quādam additione (quam figuram πικρογλυῶ dicunt) deducitur στενωπορῶν. quæ nihil aliud sibi vult, quàm angustiam. quod ex ijs euidenter colligitur, quæ Simonides, sic scribit ἔπει τις ἔτω δισκίους οὐ ἔμεσι ἀνὴρ λήκεται λίμνῃ, δὲ πόρος δὲ λίμνῃ στενωπορῶν. εὐτυχὲς οὐ ἀνθρώπων. effertur autem secundā syllabā tenui spiritu.

10 **E**Xiguus enim est motus articuli, à parte ossis pectoris. Exiguum motum vocauit κίγκλισμα. At siue vocabulū sumatur à motu cillā aue, quæ græcè κίγκλις dicitur, eo quod assidue caudā moueat, siue à quouis alio, non pertinet propriè ad hūc locum: sed magis persequi causam oportet, cur commissura iuguli cum pectore, quamuis sicut aliæ nonnullæ referri inter minimas non debeat, tamen nihil ferè mouetur. sed quam huius rei causam Hippocrates tradat, audiamus de verbis ipsius. Os pectoris στήθος appellat, quo nomine significasse nunc videtur, non omne id, quod est à priori parte thoracis, sed medium os, in quod se inserunt costæ, quod græcè à iunioribus medicis στήθιον vocatur, de quo rectè dixit.

20 **I**psū enim os pectoris sibi continuatur, & spinæ. Os pectoris sibi ipsi continuari manifestissimum est: sed & spinæ etiam liquidò constabit, si quando in cadauere detractā carne costas videris à posteriori parte, spinæ, à priori, ossi pectoris inherere.

30 **S**ed, & iugulum prope humeri articulum supernat. cogitur autem moueri sepius, eo quod cum summitate lati scapularum ossis iungatur. Maxime autem, vbi perumpitur, pars, quæ ab osse pectoris est, sursum fertur, neque facile solet deorsum repelli. quoniam naturā leuis est, spaciūmq; ipsi latius patet à superiori parte, quàm ab inferiori: latum verò scapularum os, humerus, & quæ his inherescūt à costis, & osse pectoris optimè soluuntur. quāobrem possunt plurimum attolli, atque demitti. Itaq; vbi iugulum frangitur, ea pars, quæ est à lato scapularum osse, deorsum conuertitur. facilius enim deorsum fertur vnā cum humero, ac lato scapularum osse, quàm sursum. Quando igitur sic se res habet, decipiuntur, qui censent posse, quod superexcedit os, deorsum compelli. namque in aperto est inferiorem partem ad superiorē adducendam esse. ea siquidem mouetur, ea à naturali sede recedit. constat autem hanc aliter nullo modo propelli posse. vincula enim nihil magis adducunt, quàm repellant. si quis autem humerunt, ad latus, quantum potest, adductum sursum attollat, vt humeri commissura maximè acutā se ostendat, hoc pacto concurret cum osse pectoris, à quo recessit.

40 Solet Hippocrates quāsdā figuras ac linguarū proprietates vsurpare, quāuis cōsuetam locutionē sequatur. Simile quid apud Xenophōrem legitur. ipse enim, si quisquā est, qui vsitatā locutione vtatur, in his nomē proficitur suum. sæpius tamē inserit vocabula linguæ propria, ac trāsata. quod rariùs apud hūc, frequentius apud Hippocratem reperitur. quemadmodum in præcedentibus verbis, vbi κίγκλισμα dixit paruum motum, nunc verò, πλοῦτος ἐστίν, quod supernat. id autem quasi sine fulcro significat. cuius rei testimonium facit, quod subiicit, quum inquit [cogitur autem moueri sæpius, eo quod cum summitate lati scapularum ossis coniungatur]. at summitas lati scapularum ossis rur-



sus ob humeri articulū sēpissimē mouetur, quū ipse imbecillis sit, & maximū i motus initio verō sermonis [propē] dixit. dubium autem est ad locum ne, an ad rem debeat referri. vel enim accipiemus, prope articulum, frequenter iugulū moueri, quam sententiam magis probo, vel (vt quibusdam placet) [propē] referemus ad frequētem motum, itā, vt mens eius sit. Iugulum maximē propē accedit ad ea, quæ frequenter mouentur, quū humeri articulo iungatur.

» **S**I quis igitur legitimū vinculum adhibeat, vt celeriter glutinetur, cætera  
» Verō omnia extra huiusmodi habitū superuacua existimet, rectē vtq; sen-  
» tiet, celeritēq; hominē ad optimā valetudinē perducet, quem iacere maximē  
» ad rem pertinet, satisq; sunt quatuordecim dies, si quiescat, summum viginti. 10

Legitimum vinculum appellat, quod omnibus in consuetudine est, ac iam est veluti lex quædam non scripta. sic enim & in vitā fit, vt quos mores, omnes student, legibus similes sint. Vinculum igitur, quod ad fracturas pertinet, huc non admodum accommodatur. atque idcirco fusiū de ipso scripsit in primo de fracturis. hīc autem nullum vitium exponitur, ad quod eiusmodi vinculum adhibeatur. Ostendimus enim in commētarijs in eos libros, & nunc etiam in memoriam redigemus morbos omnes, quibus accommodatur id vinculum, quod ad fracturas pertinet, traditos fuisse ab Hippocrate in eo volumine: in hoc autem omnes, qui alteram vinciendi rationem postulant. Porro autem in eo vinculo, quod ad fracturas pertinet, fascia super affectū membrū in orbem 20 circumdatur, sed in alterā vinciendi ratione fertur ad alias partes, ac plurimum ad eas, quæ vitiatę sedi cōtrarię sunt, quod in libro de officinā medici testatur, cū inquit [cōsentit autem cum capite humeri fascia ad alterā alam demissa].

» **S**I in iuguli fracturā (quod rarō accidit) contrariū eueniat, vt scilicet id ossis,  
» quod à pectore est, subiiciatur id, quod à summitate lati scapularum ossis  
» sublimius feratur, ac super alterū excedat, nullo magno præsidio opus est. de-  
» misso enim lato scapularum osse, cum humero, rectē ossa inter se concurrent,  
» ac quæuis ratio vinciendi satis erit, & callus paucis diebus increfcet.

In superioribus quidem demonstrauit, vbi totum iugulū transuersum abrū-  
patur, ferē quod à pectore est, sursum conuerti: quod à summitate lati scapula- 30  
rum ossis, deorsum. nunc eum modum persequitur, qui rariū accidit, sub quo  
ea pars iuguli, quę est à summitate lati scapularū ossis, sursum fertur, quæ à pe-  
ctore demittitur, atque hic (vt ait) facilius sanescit. nam demissā summitate lati  
scapularum ossis, simul etiam demittitur ea iuguli pars, quæ ipsi continuatur,  
sicque alteri æquata illigatur, curaturque.

» **Q**uod si non comminuatur hoc pacto, sed ab hāc vel illā parte in latera e-  
» rumpat, in suum locum collocandū erit, lato scapularū osse vnā cum hu-  
» mero excitato, quemadmodum & in superioribus explicauimus. vbi restitui-  
» tum fuerit in pristinum statum, reliqua curatio celeritē perficietur. Plarun-  
» que igitur, cū partes inter se cesserūt, ipso humero sursum coacto restituitur. 40

Quod ab ipso nunc proponitur, accipere debemus in osse, quod in interio-  
rem, vel exteriorem partem prolabitur. intellige nunc, quam dico interiorem  
partem, eam, quæ altē sita est in corpore: exteriorem, quæ ad cutem.

» **V**Bicunque autem, quod à superiori parte est in latus, vel in inferiorē par-  
» tem veniat, commodē restituitur, si homo resupinetur subiectā aliquā re  
» inter scapulas, quę attollat sic, vt pectus quā maximē recuruetur: aliquis item  
humerum iuxta latus extentum sursum adducat: medicus verō alterā manu ad  
humeri

1. humeri caput datâ prominentiori palmæ parte repellat: alterâ quod diductum  
 est, componat. sic enim maximè in naturalē sedē restituet, sed (sicut iam dixi-  
 mus) superius os deorsum ferri maximè solet. Plerisq; vbi alligati sunt, conue-  
 nit ita figurari, vt cubitus iuxta latus cõtineatur, sicq; humeri caput excitetur.

Vbi ea pars iuguli, quæ cum pectoris osse cõmittitur, vel in latus, vel in in-  
 feriolem partem prorumpat, tunc ait commodè restitui, si homo resupinetur,  
 subiecto inter scapulas iuxta spinam puluino, seu ceruicali, siue tali quopiam,  
 vt hâc viâ thorax totus recuruetur. hoc autem expressit vocabulo *παραγρηδὲς*,  
 quod poëta etiam vsurpauit, quum inquit, *παραγρηδὲς δὲ ἤσπευκτο καὶ πένοντο*.

10. Homine igitur ita figurato, præcipit, vt medicus alterâ manu humeri ad latus  
 adducti, caput in exteriorem partem repellat, sic enim diductæ iuguli partes  
 plurimum inter se recedēt, recuruato pectoris habitu multū ad eam rem con-  
 ferente: alterâ manu componat, atque in vnum adducat diductas iuguli par-  
 tes. humerum verò iuxta latus sursum compelli interdum satius esse in sequen-  
 tibus adscribit.

- Ed quibusdam (vt narrauimus) debet humeri caput sursum vrgeri: cubitus  
 autem ad pectus adduci: manus verò ad summitatem lati scapularū ossis ab  
 integrâ parte porrigenda est. Quod si homo cubare nō recusset, aliquid impo-  
 nere conuenit, quo fulciatur, sic, vt humeri caput maximè sublimē sit: at si in-  
 ambulet, fundam à ceruicibus suspendere ex fasciâ oportet, quæ cubiti emi-  
 nentiam complectatur.

Hæc figurandi ratio efficit, vt humeri caput in exteriorem partem compel-  
 latur, cum quo adducitur, & iuguli pars quæ summitati lati scapularū ossis ad-  
 iuncta est. Sed eiusmodi habitu inquit serè opus non esse. quod superiori satis  
 restituatur, sub quo humerus iuxta latus extensus adducebatur, cubito ibidem  
 collocato, non quemadmodum nunc pectori superimposito. Abstinere igitur  
 debemus ab imponendo cubito super pectus, non quò hic habitus priori sit  
 deterior, sed quo per illum duntaxat, pleraque præstari possint, quæ ad repo-  
 nendum idonea posita sunt. Quo modo, si res non succedat, ad habitum tran-  
 sibimus secundo loco ostensum.

FINIS PRIMI COMMENTARII  
 GALENI IN HIPPOCRATEM  
 DE ARTICVLIS.

Galenī in Hippocratem de articu-<sup>1</sup>

LIS COMMENTARIVS SECVNDVS, VIDO  
VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.

- 1 **M** Axilla paucis haftenus toto loco mota est.  
Qui operam dant corporibus incidendis γινώσκοντες dicūt eam  
partē, quā genis subiecta est: genas verò, quā μάλα vocāt, eas,  
quā leniter rotundā in facie prominent. Quemadmodū igitur  
Hippocrates dixit [articulum autem lati scapularum ossis]  
pro articulo, qui cum lato scapularum osse cōmittitur, sic nūc  
maxillā articulum intellexit, quū maxillam ait, quam γινώσκοντες appellat. Sic  
etiam poēta dixit, ὑπὸ τῶν ἀμφοτέρωσιν χαμαὶ δ' ἀπεντὸς ὀδόντας,  
ἰνὸς θωρὶς ἰσχυροῦσιν σπὺς ὡς λιγυροῦσιν. vbi videtur appellasse γινώσκοντες malas &  
maxillam, quas ipse etiam Hippocrates in sequentibus γινώσκοντες nominat. Atq;  
hæc de vocabulo, cur autem scripserit paucis maxillam toto loco moueri, ipse  
deinceps docebit, animum igitur adiungito.
- 2 **O** S enim, quod à malis procedit, cum eo coniugatur, quod ab aure, hoc au-  
tem maxillæ capita excludit. quorum vnum à superiori parte situm est, al-  
terum subiectum. Item ex maxillæ capitibus vnum quidem ob longitudinem  
non facillè expellitur, quod rostro simile, iugale os excedit.

Antea quoque diximus in expositione libri de fracturis, & in primo com-  
mentario, si quis non intelligit, quā ita clarè ab Hippocrate exponuntur, huic  
opus esse monstratione ossium, præcipuè hominis, vel certè simiæ. satius autem  
est non tunc, cū liber legitur, sed prius per oclū ossa inspicere. Diximus item  
scriptum fuisse à nobis librum de ossibus ad eos, qui primas institutiones addi-  
scunt, in quo antè exerceri melius est eum, qui percepturus est, quæ ab Hippo-  
crate scribuntur. Atqui, vt in superioribus scripsi, sic etiam nunc faciam me-  
diam quandam expositionem, inter eam, quæ conuenit ijs, qui inspexerint, &  
eam, quæ ijs, qui nō inspexerint. Hoc enim pacto, qui inspexerint molestè ser-  
monis longitudinem non seruet: qui non inspexerint quasi descriptionē quan-  
dam habebunt exquisitæ cognitionis, quæ haberi non potest, nisi ossa ipsa in-  
spiciantur. Intelligito igitur ex partibus oris, quæ dentes continent, eam, quæ  
mouetur, esse maxillam, quæ immobilis est, malas: in vtroque item osse dentes  
contineri, tam magnitudine, quàm numero inter se æquales. Procedit autem à  
malis os tenue continuatum illi ossi, quo continetur angulus oculi temporibus  
propior, cum hoc alterum os iungitur, in quo situm est foramen auris. quā verò  
coeunt hæc inter se, commissura fit futuræ similis. Hoc igitur os, quod malas ca-  
piti annectit, ab ijs, qui incidendis corporibus operam dederunt, iugale os ap-  
pellatur. quandoquidē & ipse Hippocrates [coniugatur] inquit, ostēdit duo  
ossa inter se coniungi, quasi iugo subiecta. huic autem iugo cauum subiectum  
est non mediocre, in quod se inserit alterum maxillæ caput, quod rostrū refert.  
hoc & fœminino genere καρύντω, & neutro κάρωνος græci appellant. Iuxta hunc  
processum maxilla quoque alterum exigit, per quem cum capite prope aurem  
committitur. Sed hic breuior est, alter multo longior, vterque distinguitur iu-  
gali osse, quod medium inter vtrunque situm est, longiori humilius, breuiori  
sublimius.



COMMENT. II.

257

1 subliniū, utroque; maxillæ processus Hippocrates nominauit capita, quū in-  
quit [hoc autem maxillæ capita excludit] hoc est, diducit, separatque inter se, al-  
terum ab inferiori parte, à superiori alterum. Cōstat igitur potius maxillam  
non posse, nisi processus rostro similis iugali ossē humilior demittatur. at non  
propterea simpliciter luxabitur, vbi illud accadat, aperto enim ore in suū locū  
reuertetur. Ad hoc igitur, vt luxetur, necesse est reditum prohiberi, eo quod  
ipsa in latus conuertatur. Rectē igitur in sequentibus inquit [luxari autem non  
potest, nisi ore vehemēter aperto in alteram partem conuertatur] neque enim  
ferri potest ipse processus infra os iugale, priusq̃ maxilla à malis plurimū didu-  
10 catur, quod accidit, vbi homo maximē hiat, neq; reditu in suam sedē prohibe-  
tur, nisi in latus cōuertatur. Egrē igitur prolabitur & ob hęc, & ob musculorū  
robur, quibus ad superiores partes alligatur, de quibus agit proximis verbis.

3 " I Am verò ab utrāque harum summitatum neruosa oriuntur chordæ, quibus  
" musculi illigantur, qui κροταφῖται, & μασσητῆρες dicuntur.

Quæ ante κεφαλὰς, id est, capita maxillæ vocauit, nunc ἀκρὰ, id est, summi-  
tates appellat, ab utrisq; inquit neruosa chordas oriri, quas τείνοντας vocat. solet  
autem sic appellare eas musculorū extremitates, quę gręcè ab ijs, qui versantur  
in corporibus incidendis ἀπονεύοντες nuncupantur. semper autē magis neruosa  
sunt, q̃ medius musculus. Verū inter se differunt, eo quod aliæ naturā magis  
20 neruosam habeant, alię minūs. vbi carnosā natura plurimum abundat, musculi  
extremitatē carnosā vocant, contrā vbi neruosa superat, neruosam. nūc quā  
neruosa magis sunt, q̃ carnosę, iure dixit ab utroque horum capitum neruosas  
chordas oriri. Innecti enim inquit summitatibus maxillæ musculos, qui κροτα-  
φῖται & μασσητῆρες nuncupantur. Sed incertū est, num eosdē musculos his voca-  
bulis appellet, an alios esse velit κροταφῖτας, alios μασσητῆρας. quoniā, qui post Hip-  
pocratem versati sunt in corporibus incidendis κροταφῖτας vocant eos, qui à tē-  
porū ossibus oriuntur, quos, vbi intenduntur, claudere & contrahere os apertē  
videmus: eos verò, qui maxillæ, quā latefcit, illigantur, vtrinque scilicet vnus,  
μασσητῆρας nomināt, eo q̃ in mandendo maxillā circumagant, quod efficere nō  
30 ampliū possunt, qui à superiori parte oriuntur. hi enim sursum solummodò ipsam  
adducunt, nō tamen in latera mouent. Quocirca ipsis opus est in cōtrahendo  
ore, non secus etiam, vbi prioribus dentibus aliquid mordentes abscindimus,  
vel vbi cōminuere aliquid caninis volumus. Sed, vbi cibum, vt contundamus,  
conteramusq; super maxillares imponimus (quæ actio μάσσησις gręcè dicitur)  
musculi tunc suo munere funguntur, qui maxillā, cui illigantur, quā latefcit, in  
latera mouent. Probabile igitur est hos musculos appellari μασσητῆρας: eos verò  
κροταφῖτας, qui à musculis iuxta ossa tēporum (quæ græci κροταφῖται dicūt) oriun-  
tur, qui & neruosas chordas continent, maxillæ summitatē rostro similem cir-  
cumagentes. Atqui conditum est in ore par aliud musculorum, qui supernē ab  
40 ossē, quod ab alarum similitudine πτερυγοὶς vocatur, & à toto sinu iuxta posito  
oriuntur. iungūtur autē maxillæ, eā potissimū parte, vnde processus ad com-  
missuram fertur. perueniunt autem hi musculi ad eos, qui μασσητῆρες dicuntur,  
quique (vt dixi) maxillæ inhaerent ab exteriori parte, quā latefcit, quū ab in-  
teriori parte duo, qui propositi sunt, vtrinq; vnus maxillam, quā latefcit, com-  
prehendant. Ergo, quū Hippocrates ait [Iam verò ab utrāq; harum summi-  
tatum neruosa oriuntur chordæ, quibus musculi illigantur, qui κροταφῖται, & qui  
μασσητῆρες dicūt] constat nullo modo loqui de musculis, qui ab exteriori parte

maxillæ superiniiciuntur, sed duo musculorum paria indicasse, eos scilicet, qui euidenter ab extremâ fronte oriuntur, & eos, qui iuxta sinum ossis ἡδριζομένης. hi enim alterū processum attrahunt, quē inferi in cōmissuræ cauum diximus: sed alterum musculorū par, quod (vt retuli) maxillæ extremitatem rostro similem in orbem amplectitur, rursus ipsos maxillæ processus sursum ad caput adducit.

4 " **P**ropterea igitur vocantur, ac propterea mouentur, quod inde illigantur. Quum propositos musculos dixerit nominari *μασθηγας*, causam reddit, cur ita appellentur. inde enim illigantur, hoc est, maxillæ summitatibus: propterea mouentur, quum mandimus, & *μασθηγες* vocantur.

5 " **N**am, quum edimus, loquimur, aut aliter ore vtimus. Maxilla solūmodò mouetur, quum à malis ipsam reducāt priores duo ceruicū musculi, cum q; *μασθηγες* illam adducant. Iure igitur euidenter mouentur, quum ei ossi, quod maximè mouetur, illigentur. Di&ti autē sunt ob huiusmodi motum *μασθηγες*, à mandendo, quæ maxillæ actio valentissima est, leuiter enim mouetur, dum loquimur. 10

6 " **M**ale quidē quiescūt. innectūtur enī capiti, sed nō insinuātur vt articuli. at maxilla mouetur, vt quæ articularū modo cū malis & capite cōmittatur.

Verbum [innectuntur] *συνήκνυται* dixit, nonnulli scribunt *συνήρκεται*, id est, iunguntur, propterea quod Hippocrates velit *συνήρκεται* esse naturalem ossium iuncturam, interdū eorum, quæ vix, interdum eorum, quæ nullo modo moueri videntur: sicut *συνήρκεται* naturalem commissuram ossium, quæ apertè mouentur. In propositis autē verbis commissuram articularum *ἀπὸ κινήσεως* vocat, quod idem notat ac *συνήρκεται*. siquidem & *ἀπὸ κινήσεως* *συνήρκεται* significat. 20

7 " **A**t quamobrem neruorum distentionis, rigorisq; hic articulus primus indicio sit, vbi contrahitur: & quamobrem plagæ in temporum musculis graues sint, & stuporem inferant, alibi explicabimus.

Paucis persequi rem potuit, quoniā hic articulus ad neruorum initium propius accedit, primus neruorum distentionem concitat, plagasq; habet stuporem inducētes: nescio autem quo pacto referauerit. fortasse voluit in scribendo demonstratione vti, mentionem faciens neruorū, qui à cerebro ad hos musculos perueniunt, quod necessarium non fuit, in propositâ doctrinā, atque idcirco in alium locum, perfectum sermonem distulit. 30

8 " **A**tque hæ causæ sunt, cur non admodum prolabitur. Sed quænam sunt? nempe nō aliæ, quàm quæ dictæ sunt, quarum duplex est caput, natura ossium (vt narraui) & robur musculorum.

9 " **I**llud etiam in causâ est, quod nulla ferè in edendo necessitas est, quæ cogat hominem aperire os, vltra quàm possit. luxari autem aliter maxilla non potest, quomodocunque figuretur, quàm cū ore vehementer aperto in alteram partem conuertitur.

Præter duas superiores causas, quæ efficiunt, vt maxilla rarò luxetur, tertiam adscribit, scilicet nisi plurimum os aperiatur, luxari minimè posse. Verū non sæpè fit, vt nobis opus sit ore plurimū aperto. quandoquidem eiusmodi actio duplici vsui accommodatur, vel vbi volumus ore magnæ molis quidpiā apprehendere, vel vbi quàm maximè hiamus, quorū illud rarò accidit, hoc delirantibus duntaxat. Quod & aliquādo accidisse vidimus Plusio Placino, cū quantum poterat, os aperiret, deinde maxillā in latus deduceret. cōsueuerat autē sic subinde figurari, ac tanq̃ egregiū factū vltro semper hiare ampliùs conabatur. 40

Veruntamen



- 10 1 " **V**eruntamen illud etiam efficit, ut maxilla excidat, quod ex omnibus ner-  
 " uis ac musculis, qui iuxta articulos sunt, vel non longè ab articulis, quibus  
 " illigantur, quicunque in usu frequenter dimouentur, dum extenduntur, maxi-  
 " mè idonei sunt, qui extenti sequantur, perinde atque coria, quæ, quum optimè  
 " mollita sunt, plurimum extendi possunt.

Quod ad propositas causas attinet, necesse est maxillâ, vel nullo modo, vel  
 rarò admodum luxari. Videtur tamen res aliter habere. excidit enim rarò, at non  
 adeò, ut permulti nostrum eiusmodi casum non viderint, quod in ijs cuenit,  
 quæ sunt rarissima. eo enim quod eiusmodi commissura multum mouetur, mu-  
 10 sculi neruusque ipsius tenduntur, & opportuniores sunt, qui extendantur, quam  
 quibus rarò motis opus est: quemadmodum (ait) & coria *ὁδὴ πτωτὰ*, hoc est,  
 optimè mollita, plurimum extendi possunt. quoniam poëta verbum *ἀπὸ* mu-  
 tuatur ad significandum mollire, quum inquit *νερόν ἀπὸς μελινδῆς*.

- 11 " **E**rgo (quod propositum erat) maxilla rarò excidit, mutatur tamen subito  
 " scapè, quum homo hiat, ut compluribus alijs musculorum, neruorumque  
 " motionibus accidit.

Mutatur subito dixit *ῥᾶπτι*, quod verbū quid significet, intelligemus, si ea,  
 cum quibus in oratione coniungitur, animaduertamus. inquit enim [ut com-  
 pluribus alijs musculorū, neruorumque motionibus accidit]. quare *ῥᾶπτι* vi-  
 20 tium est neruorum ac musculorum articulo non erumpete. Quidnam hoc vi-  
 tij sit, aperit, quum inquit [motionibus]. voluit enim ex naturali situ in alte-  
 rum mutari, idque subito. idem & paulò post indicat significari verbo *ῥᾶπτι*,  
 quum ait. [Dein subito mutare ad tres habitus simul consilio directo] vbi mu-  
 tare dixit *ῥᾶπτι*, hoc est, subito mouere priorem habitum. adde, quod nunc  
 etiam in Co, ac ferè in omnibus Græciæ ciuitatibus *ῥᾶπτι* dicunt id, super  
 quod pedem imponentes, protinus efficiunt, ut id in carceribus cadat, cui ad-  
 stant, qui cursuri sunt. In palæstrâ item verbū *ῥᾶπτι* significat brachium à prio-  
 ri situ celeriter retrahere. Vbi ergo dixeris maxillam *ῥᾶπτι*, ad musculorū vi-  
 tium referendum est repente mutantium alias partes, sic, ut muscoli antiquam  
 30 sedem minimè retineant: sed aliquâ ex parte deprauetur, aliquâ etiâ extendatur.

- 12 " **H**inc autem euidentissimū est, cum excidit. maxilla enim in priorē partem  
 " projicitur, cōuertiturque in contrariā, atque vnde luxata est, summitasque ossis  
 " rostrū referens magis extat iuxta malas, maxillaque cū malis ægrè cōmittitur.

Diximus etiam in superioribus os, quod iugale appellatur, ita situm esse, ut  
 superiniiciatur maxillæ summitati rostrum referenti: ac nisi in alteram partem  
 prolabatur, maxillâ ad suum locū reuersuram. Necesse igitur est, si quando ma-  
 xilla excidat, propositam summitatē extra iugale os ferri. nullus enim alius lo-  
 cus est, in quē impellatur. Quare meritò extat iuxta malas, quâ situm est iugale  
 os, sed quâ potissimum situm sit, facillè percipies in homine gracili, muscolum  
 40 temporis, genâque intuitus. inter vtrunque enim situm est iugale os. In me-  
 moriâ itaque habes eius situm, vbi aliquē videris, qui os claudere nequeat, ma-  
 xillâ in priorem partē proiectâ, atque in alterâ inclinatâ, conari debes, exquisitè  
 oculis, digitiisque summitatem comprehendere, quæ iuxta genam & iugale os  
 extat. At vbi sic habere comperies, optimum indicium erit maxillâ excidisse.

- 13 " **H**is quâ ratione apertè reponi debeat, in aperto est. oportet enim aliquo la-  
 " borantis caput continente, alterum digitis maxillam ad mentū compre-  
 " hendere, tam ab exteriori parte, quàm ab interiori, homine hiâte quantū mo-



dicè potest: ac primò quidem aliquamdiu maxillam manu in hanc, atque illam  
partem adductam dimouere, imperarèque, vt ipse homo maxillam relaxet, si-  
mùlque cum medico ipsam adducat, & adducenti quàm maximè pareat.

Ratio reponendi euidentissima est ijs, qui in corporibus incidendis, partiũ,  
quas narrat, compositionem diligenter inspexerint, ad quos respectum habes,  
hæc scripsit. Quæ deinceps adiungit de restituendo, omnia plana sunt, nisi si-  
cubi vnum vel alterum verbum occurrat, quod à nobis notabitur.

14 **D**Ein subito mutare ad tres habitus simul consilio directo. siquidem ab eâ  
fede, in quam peruersa est, ad naturalem adducenda, præterea in poste-  
riorem partē adurgenda est: tum æger obsequens eam debet cum malis com-  
mittere, ac minimè hiare. Ratio quidem reponēdi huiusmodi est, neque repo-  
ni maxilla potest, si aliter figuretur, lenisq; medicina abundè est, nempe panni  
cum cerato, laxiori fasciâ alligati. Tutius autē est admouere manũ homine re-  
supinato, capiti subiecto scorteo puluino, maximè factò, vt q̃ minimè cedat.

Vbi, prius neruis & musculis agitatīs, atque emollitis maxillā deorsum tra-  
xerimus, & quantũ potest à malis reduxerimus, debemus agere, quod ab Hip-  
pocrate iubemur, quũ inquit [Dein subito mutare] quod *ἀπὸ τοῦ* dixit, id est,  
repentē, ac simul articulum collocare è regione suæ sedis: tum ita collocatum  
rursus in posteriorem partem momento impellere, homini imperantes, vt os  
claudat. Antea quidem præcipiebat, vt homo hiaret, laxā maxillam præbens, 20  
id est, nullum musculum intendens. id enim maximè confert ad neruos mu-  
sculósque agitandos, repentēque ad naturalem sedem adducendum maxillam  
deprauatam, atque ad compellendum in posteriorem partem. Nunc iam, vbi  
vtraque maxillæ summitas sita est è regione suæ sedis, permittit musculos, qui  
*ἡγοραστῶν* dicuntur agētes eam totā ad seipfos attrahere. agunt enim, vbi æger  
comprimere, clauderèque os velit.

15 **A**Liquis autem caput offensi contineat.  
Dũ maxilla agitur, ac modicè deorsum demittitur, præcipit, vt caput  
cõtineatur, ne sequatur maxillā. quod perpetuũ est in omnibus, quæ in diuersa  
duci debēt. Offensũ appellauit *πρὸς ὀφθαλμὸν*. Iones enĩ quãlibet offēsam *ῥῥῖμα* dicũt. 30

16 **Q**uod si maxilla vtrâque parte elabatur, curatio eadē est: sed homo minũs  
comprimere os potest. tunc enim mentũ magis prominet, sed in neutram  
partem inclinatur. intelliges autem in neutram partem inclinari, præcipuè ex  
dentium finibus, vbi inferiores è regione superioribus respondeant.

[Maxilla ab vtrâque parte] dixit *ἡ ὀδὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν*, videbitur autem *ἡ ὀδὸν* ap-  
pellasse non maxillam totam, sed vtrâque eius partē, quā latefcit: mētum quo-  
que cūm *ῥῥῖμα* dixerit, videri poterit intellexisse maxillæ imum, quā nudum os  
est sine carne, quũ inquit [tunc enim mentũ magis prominet] sed paulò post  
maxillam totam nuncupauit *ἡ ὀδὸν*, quũ ait [sed si maxilla, quā ad mentum  
iungitur, diducatur. sola autem hæc iunctura est in maxillā, in malis multæ]. 40  
Quare apud Hippocratem significationes verbi *ἡ ὀδὸν* & *ῥῥῖμα* confundũtur.  
quod tanē ait in propositis verbis huiusmodi est. Quòd si maxilla luxetur ab  
vtrâque commissurâ, magis quidem in priorem partem pellitur, quàm vbi  
excidit alterâ parte duntaxat, magisq; à malis recedit: non tamen depraua-  
tur, aut peruertitur, sed naturalem sedem sine inclinatione tuetur. id autem in-  
dicant dentes, qui è regione respondēt, hoc est, inferiores superioribus, qui se-  
cant secantibus, canini caninis, maxillariis maxillares.

His quàm

17 <sup>1</sup> **H**is quàm celerrimè restituenda est. quàm autem ratione suprà explicauimus. Celerrimè quidem reponenda est, priusquàm musculi distēti ob con-  
fortium cerebri afficiant. modus autem reponendi, quem docuit, vbi altera  
parte prolabitur, mihi non videtur ex toto idem nunc accommodari. tunc enim  
paulatim maxilla in alteram partem cōuertitur, nunc pariter in vtramq; quare  
fatis est concutere, mentūq; adducere deorsum, vt processus extremitas rostro  
similis, iugali osse inferiūs collocetur, sicq; in interiorem partem vtrinque to-  
tam maxillam compellere, simulq; præcipere homini, vt os claudat.

18 <sup>2</sup> **S**ireuerti nequeat, mortis periculum instat propter febres continētes, atque  
10 <sup>3</sup> marcorem, & inexpugnabilem dormiendi necessitatem.

Periculo quidem nō vacat maxilla, etiam si altera parte luxetur: sed, si vtrā-  
que, agrius restituitur, quū musculi omnes, quibus maxilla cōtinetur, inten-  
dantur. sunt autem quatuor (vt dictum est) duo scilicet, qui à temporibus inci-  
piunt: duo, qui à sinibus iuxta os, quod *πρυμυξ* nominatur. Habent autem hi  
musculi nervos ab ipso cerebro, ac prope ipsum contingunt, quo fit, vt celerri-  
mè afficiatur. Hi ergo quatuor musculi, vbi maxilla prorumpit, maximè affli-  
guntur, quū inter omnes præcipui sint, vt qui nervos ex cerebro habeant à  
tertiā coniugatione, quæ non longè ab ipso principio sita est. Atqui fit etiam,  
vt musculi, qui maxillam extrinsecus cōprehendunt, orti ab vtrāque parte eius  
20 <sup>4</sup> præter naturam extendantur, vbi maxilla luxetur, quanquàm non ita præcipui  
sint sicut quatuor prædicti. magis enim à cerebro recedunt, nervūsque, qui in  
hos distribuitur, longiūs oritur, & non ab eā cōiugatione, vnde nervi ad qua-  
tuor musculos ferūtur, qui & ipsi non parū vsui sunt, perinde atq; alij vniuer-  
si corporis musculi, & si non æquè præcipui sint, atque hi. Ob hæc igitur omnia,  
periculū mortis impendet, quū præter naturam musculi intenduntur, ac pro-  
pterea doleant, & idcirco inflammatione premantur, ac simili vitio cerebri  
afficiant, quo affecto acutæ febres sequuntur, simulq; læduntur omnes animi  
actiones. non enim solet, vbi cerebrum inexpugnabili dormiendi necessitate  
premat, eius vitio sensus duntaxat lædi & motus, sed ratiocinatio, memo-  
ria, sensus & motus voluntarius corrumpi.

19 <sup>5</sup> **H**uiusmodi enim musculi inexpugnabilem dormiendi necessitatem indu-  
cunt, quū alienantur, & præter naturam extenduntur.

Potest vtrunque ex propositis inexpugnabilem dormiendi necessitatē in-  
ferre, & alienatio musculorum, & distentio, quū vterque affectus ob consen-  
sum ad cerebrum pertineat. Distentio inde proficiscitur, quòd fibræ, quæ prius  
laxæ erant, nunc omnes ad rectam lineam extendantur. alienatio, vbi vltra mo-  
dum calefiant, frigescant, madescant, siccentur, inflāmentur, erysipelā prehen-  
dantur, vel putrescant, in quibus omnibus eorū natura alienatur: sed in disten-  
tione fibræ duntaxat extenduntur citra naturæ ipsius alienationem.

20 <sup>6</sup> **H**is solet alius bilem puram, atque exiguam reddere, ac si euomant, vomit-  
us purus est.

In febribus admodum acutis nihil mirū, si pura bilis in corpore producit,ur,  
si quidem & adeps & caro tenera ac paulò antè concreta, sub huiusmodi febri-  
bus tabescit, & sanguis adurit. cōcurrere autem hæc ad alium, atque intesti-  
na, quū tabent, proprium est, vbi tantum nervosæ partes laborant. cum ipsis  
enim vitiat, læditurque os vetriculi, quod maximè nervosum est. Rectè autē  
ab ipso docemur proximas, cōmunefq; partes primū potissimūq; affici: præ-



terea, vbi ventriculi os lædatur, dolorē ne leuem quidem posse sustinere. sequitur enim animæ defectio, vbi ipsum malè affligatur, & quū animus deficit, omnia, quæ supersunt, tenuia ad ventrem concurrūt. quinetiam, si hoc non accidat, subvehemēti dolore, atque mœrore, quæ superant in corpore huius generis, videntur ad vētriculum, atque intestina decurrere. quæ in ventriculo coeunt, vomitu excernuntur: quæ in intestinis, deiectione.

21<sup>a</sup> **D** Ecedunt autem hi maximè decimo die.

Verbum [maximè] *μάλιστα* dixit. inuenitur autem, & apud alios veteres ità acceptum, sicut nunc ab Hippocrate accipitur, vt coniecturam numeri eius rei, quæ proponitur, proximè ostendat, quasi ità dixerit. Hi ergo decedūt plarun- 10 que circiter decimum diem, ità vt, quamuis nono vel vndecimo intereant, vera oratio sit. Testatur autem exempla vocabulum [*μάλιστα*] ità vsurpari. Thucydides quidem in primo libro inquit. [Hæ omnes græcorū, & inter se, & contra barbarum res gestæ fuerunt maximè quinquaginta annis]. atque ibidem [distat sexaginta stadia maximè]. Andocides item de mysterijs inquit [homines maximè trecentos] vbi maximè *μάλιστα* dicunt, in quam significationem huiusmodi vox à græcis sæpenuerò accipitur.

22<sup>a</sup> **S** Ed, si maxilla comminatur, vbi non frangitur omnino transuersa, sed ali- quā parte ista ossa inter se coherent, in suam sedem compellenda sunt, digitis vtrinque prementibus, tum ab ore, linguā in latus adductā: tum à cute, vt 20 conueniet repellendo. Quòd si peruertatur dentes ad fracturam moti, vbi ossa in sua m sedem collocata sunt, non solum bini, sed etiam plures inter se ligandi sunt auro potissimum, vel certè lino, donec ossa confirmentur. Quo facto vincire oportet paucis pannis ceratoque iniectis, paucisque fascijs, non valde ad- strictis, sed laxioribus.

Vbi comminuto osse nihil integrum relinquitur, partibus inter se recedentibus, ità, vt nullo pacto cohæreant, huiusmodi fracturæ speciem recentiores medici græcè *καυλιδης* à fracti caulis similitudine appellant. eo quòd Hippocrates illud [vbi non frangitur omnino transuersa] dixerit [*εάν μὴ ἀποκατασταθῇ πᾶσι δόντισι*]. Reliqua omnia tam in hac oratione, q̃ in sequentibus plana sunt. 30 sed, si parum quid offendemus, id quoque explicabimus.

23<sup>a</sup> **S** Cire autem conuenit maxillam fractā fascijs parum iuuari, si rectè injiciantur: vbi minùs rectè, multum lædi.

Commune est omnibus fracturis summo opere lædi à vinculo, quod non rectè superdetur: at non admodum iuuari maxillæ fracturam vinculo rectè iniecto non pertinet cōmuniter ad omnia ossa, sed ad ea duntaxat, quæ fasciā comprehendendi in orbem nequeunt, quā vitiatum os quo modo à medico compositum exceptum fuerit, seruetur. Adde quòd in maxillā vinculum præcipuè infestum est, quū semper solita sit nuda esse, ac sine velamento.

24<sup>a</sup> **S** Vbinde autem circa linguā altè inquirere oportet, ac diutius digitis vtrin- 40 que reprimere, dirigereq; id ossis, quod inclinatū est. optimum autem esset, si semper id fieri posset, sed non potest. Quòd si os transuersum omnino abrupatur, quod quidē rarò incidit, collocare eo modo, quo dictū est, os in suam sedem oportet. Quo facto deligare dentes inter se conuenit, veluti suprà ostēdimus. hoc siquidem maxillam valdè immobilem præstat, si quis capita rectè, vt oportet, futurā insuper coniunxerit. vniuersam verò manus curationem ad vnguem scribere non facile est: sed ex ijs, quæ scripta sunt, exprimenda est.



1 *μάθηθι* significat inquirere, sed *ἐμαθήθης* altè inquirere, sicut nunc, vbi altè inquirere *ἐμαθήθης* dixit. præcipit enim Hippocrates digito in os demisso considerari, num fracti ossis partiū altera super alteram excedat: atq; ità digito adurgeti, quò expedire videatur, id quod in interiorem partem cōuersum est, in exteriorem repellēdo. In aperto autem esse existimo Hippocratem imperare, non vt medicus assidue, sed vt æger hoc efficiat.

25 " **D**Ein, si is, quem fractura malè habet, puer sit, satis erit corij Carthaginensis, exterioris partis id, quod durius est, & magis densum, admouere: sed, si robustior fuerit, ipsum corium. Incidenda autem habena est, quæ trium digitorum latitudinē æquet, vel quanta conuenit, tum maxilla gummi inungenda. maxillæ enim, quā tranuersa fracta est, firmiùs hæret extrema habena agglutinata interposito digiti spacio, vel paulo longiori, idq; ab inferiori parte: incidaturque habena hæc media in longitudinem vt vtrinque mentum complectatur. altera item habena æqualis, vel paulo latior superiori parti maxillæ agglutinetur, distēctque à fracturā quantum prior. scindatur autem, quatenus possit aurem comprehendere.

Molle accipi voluit corium, cuiusmodi tunc fortasse fuit Carthagini. huius enim exempli causā nominatim meminit, quemadmodum Ægyptij corij antea in opere de fracturis. constat autem in eo corio partis, quæ maximè summa est, id quod durius est, ac magis densum, nunc *λίανον* ab ipso nūcupari. At quo modo illud adhibeat, vt maxillæ fractæ partes in diuersa extendat, ipse nobis aperiet, si quorsum de his agat intelligamus. vult siquidem fracti ossis alteram partem deorsum à mento extendi, alteram à capite sursum.

26 " **A**Quantur autem habena, quā coniungi, alligarique inter se debent. Præcipit hīc, vt habena, quodammodo angustiores sint, paulatim latitudine imminutā, quo iunctura firmior reddatur. capita enim, quæ lata sunt, quamuis summā curā vinciantur, non tamen fideliter continentur.

27 " **I**N glutinando corij caro cutem contingat, sic enim magis inhærescit. Corium fit ex pelle animalis duplicem naturam habente. id enim ex ipsa, quod exterius est, cum ambienti aëri obiectū sit, magis densum euadit, & nervosum est: quod interius, mollius & rarius, atq; ex hoc ipso minùs id, quod ad exteriorem partem magis accedit: quod ad interiorem quā id tangit, quod cuti subiicitur, rarius est & carnosum, quod sanè corij carnem nominauit, à quā parte glutinari voluit. nam, quū rarius & mollius sit, ad eiusmodi vsum magis accommodatur.

28 " **D**Einceps extēdenda est huiusmodi habena, magis autem, quæ à mēto sita est, vt potissimū cautio sit, ne maxilla in acutā figuram ducatur. in vertice autem iungendæ sunt utrēq; habena, dein circa frontem fasciā alligandæ.

40 Vtræq; habenarum extremitates dari debent ad caput laborantis, atque in vertice deligari. magis autem extēdi voluit inferiorem, ne maxilla (vt ipse dixit) *ἀποσπιλῶναι*, id est, in acutam figuram ducatur.

29 " **A**Liquid etiā super omnia extrinsecus iniici debet, vt fieri solet, quo vincula immobilia reddantur. cubet autē homo in maxillam integram, nō tamen huic, sed capiti innixus. corpus verò extenuandum est, vsque decimum diem: postea reficiendum est non tardè. nam, vbi primis diebus inflammatio non oritur, maxilla viginti diebus conferuet. celeriter enim callus increscit, sicut in alijs ossibus, quæ rara sunt, nisi corruptātur. sed restat alius sermo lōgus

de cunctis ossibus, quæ corrumpuntur. intentio autem, quæ per gluten adhibetur, firmiter manet, intendi & minui potest, & ad multa dirigenda sepe numerò proficit. Medicorum verò, quicunque incogitantes sunt, & in alijs casibus, & in maxillæ fracturâ promptè manus admovent. comminutam enim maxillam variè, & benè, & malè deuinciunt.

Quod super omnia extrinsecus inijcitur *καταβλημα* appellauit, siue panniculus sit, siue aliud eius generis. vocat autem panniculum *πάρωμα*, sicut etiam nunc dici solent *παρόματα*, quæ ex vestimentis præciduntur ab ijs, qui ea sunt. hæc siquidem ad propositum vsum propter mollitiem commodissima sunt, quæ ubi non sint, licebit aliquid simile admoovere.

30 " **O** Mne enim vinculum maxillæ ità abruptæ ad fracturâ ossa inclinat, magis quàm secundum naturam.

Maxillæ inquit ità abruptæ, hoc est, quæ transuersa fracta sit, vinculum ad fracturam magis ossa conuertit, quàm dirigat. propterea, quod fasciæ in orbem circudari nequeant, circa sedem affectam, sed ab exteriori parte duntaxat imponi.

31 " **S** Ed, si maxilla, quæ ad mentum iungitur, diducatur, sola autem iunctura est hæc in maxillâ, in malis multæ, sed à proposito sermone discedere cõsiliū non est, in alijs enim morborum generibus de ijs dicendum est, si iunctura inquam, quæ in mento est, diducatur, componi à quouis potest. nam quod extat, intus repellendum est digitis superdatis: quod in interiorē partem conuertitur, in exteriorē adducendum digitis adurgendo. hæc autem faciēda sunt ossibus in diuersa diductis.

Maxilla quidem ex duobus ossibus constat, quæ in imo mento ad vnguem inter se iunguntur. Malæ verò, ex multis, quæ iuncturam habent omni motu carentem, *κατὰ συνάρθρωςιν* dicunt. sed curiosum hoc huiusmodi vocabulorum studium apud veteres non fuit, atque idcirco Hippocrates iuncturam ossium malarum sub *συνάρθρως* genere posuit, id tantum in ipsis indicium spectans, quod in eiusmodi ossium iuncturis nullus sit motus, qui sensui subiiciatur.

32 " **O** Ssa enim facilius sic in suum locum reuertentur, quàm si quis tentet altero sub altero condito compellere, quod scire licet in omni commentario. 30  
compositâ maxillâ alligare inter se dentes conuenit, qui hinc sunt atque hinc, sicut antea quoque dictum est, mederi que cerato, ac pannis paucis fascijsque.

Consuevit Hippocrates in ijs præceptis, quæ singulis communia sunt, cum semel vnus mentionem facit, exponere vim rei communem esse omnium similitum. quemadmodum & nunc volens maxillam prius extentam ità componi, subiicit [ossa enim facilius sic in suum locum reuertentur, quàm si quis tentet altero sub altero condito compellere]. Hoc autē, quod nunc proponitur, attinere cõmuniter ad ossa omnia, quæ componuntur, propositis verbis indicauit.

33 " **V** Inculum autem exiguum variūque maximè huic loco accommodatur. 40  
propè enim sine inclinatione est, quantū non ex toto sine inclinatione sit.

Pars exquisitè sine inclinatione est, ubi simillimam cylindro figurâ representat. voco autem cylindrum, non quo pueri ludunt, sed qui columnæ imaginem refert: hæc autem ex toto in nullo osse reperitur, magis tamen in femore atque humero, quàm in alijs ossibus conspicitur. In maxillâ autem constat non esse huiusmodi figuram. quocirca eam inclinatione vacare non protulit, propè tamen sine inclinatione esse, eò quod sinistra eius pars dextræ ex toto similis sit, & æqualis, atque idcirco, quod ex utrâque componitur sine inclinatione



1 tione est, & in neutram partem inclinatur. admittit autem maxilla varia vin-  
cula, sicut in fasciando, quæ exercitatio omnium prima est, didicistis.

- 34 " **A**trahi autem fascia debet, si maxilla à dextro latere extat, à parte dextrâ.  
" tunc autem à dextrâ parte esse indicatur, cum dextra manus fasciam du-  
" cit: sed si ab altero latere maxilla excedat, alio sanè modo attrahenda fascia est.  
" vbi autem rectè componatur, atque, vt oportet, immobilis seruetur, citò sane-  
" scit, dentèsque integri remanent: sin secus, longiori tempore confirmatur, tum  
" perueritur, dentes autem vitiantur, atque inutiles redduntur.

- Anteà quoque dictum est in vlceribus, quibus oræ excedunt, caput fasciæ  
01 secundum oram excedentem iniiciendum esse, atque ità fasciam voluendam,  
vt ad alteram oram vlceris, ipsam adducat. est autem hoc perpetuum in omni-  
bus, quæ restitui ad pristinam naturam debet, quod commune etiam nunc ser-  
uandum est, quo excedens pars repellatur, cogaturque. id autem continget, si  
ea fasciis ad alteram adducatur. adducetur autem, si dextrâ parte, vt puta, ex-  
cedente fascia inde orsa porrigatur ad sinistram: si sinistra læsa sit, ab hâc inci-  
piens ad dextram feratur. Hippocrates igitur, vbi à dextrâ parte incipiens ad  
alteram fascias adducit, huiusmodi vinculū à dextrâ parte nuncupat, attēdens  
non quo ferantur fasciæ, sed utrâ præcipuè manu attrahantur. namque, vbi in-  
tinearis medicū è regione eius, qui deligatur, collocatū, fascia, quæ à dextro la-  
20 tere maxillæ ad sinistrū procedet, à dextrâ manu attrahetur: cōtraria, à sinistrâ.

De naso.

- 35 " **Q**uod si nasus perfringatur, fracturæ modus non est vnus.  
" Ipse deinceps modos adscribet, aut enim pars eius abrūpitur, ipse ta-  
men seruatur perpetuus, sic, vt neq; deorsum inclinetur, nec in alteram partem  
conuertatur: aut horum alterum fit, idque aut in parte eius, quæ cartilaginosa  
prominet, aut in reliquâ, quæ ossibus continetur.

- 36 " **S**ed, qui præstantia vincula amant sine mente, complura alia lædunt, atque  
" Sadeò nasum.

- 30 [Præstantia] καλὰ dixit irridens, non quò verè significauerit præstātia, quo-  
rum consilium est affectam partem ad suam naturam restituere, sed pulchra &  
aspectu iocunda. qualia hæc sint, in sequentibus ostendet.

- 37 " **I**nter omnia enim vincula hoc maximè varium est, ac plurimis locis ascia  
" imaginem refert, & aliquod spacium cutis nudum, ac sine fasciâ intermit-  
" tit, quo rhombi variè admodum repræsentantur. Igitur (vt dictum est) qui si-  
" ne mente huiusmodi vinculis student, comminutum nasum libenter deligāt,  
" sed vinculo iniecto, vno, vel altero die medicus lætus est, lætus item, & qui  
" deligatur, deinceps ægrum citò satietas capit, inuentio enim noxia est, abun-  
" deque medico est, ostendisse peritiam, quam habet, nasum variè deligadi. Ef-  
40 ficat autem hæc vincendi ratio omnia contrà, atque oporteat. tum quòd, qui  
" ob fracturam simi fiunt, si à superiori parte adstringantur, magis adhuc simi  
" euadent: tum, quòd quibus in hanc, vel illam partem, seu quâ cartilago est, seu  
" suprâ nasus conuertitur, nihil superposito vinculo iuuandos, sed magis læden-  
" dos esse manifestum fit.

Asciam appellat, vbi fascia à transuerso circuitu recedens paululum incli-  
natur, vt suprâ ostensum est. spacium verò, quod fascia intermittit, dixit ἀκρί-  
βης: rhombi verò figurâ, eam, quæ æqua latera habet, sed angulos non rectos.



nam & Euclides ità rhombum finit. nosti autem ex fascijs primam ferè nominari rhombum, quàm eam figuram potissimum repræsentet.

38 " **S**ic autem panni à latere nasi haud benè aptantur. quanquàm neque hoc faciunt, qui alligant.

Nihil cõferre ait vinculum ad nasum sub fracturâ in latus conuersum, cùm id præstare non possit, quod vtile esse videtur. videtur autè vtile esse per pannos nasum fulcire ab eâ parte, in quâ iacet, sed neque ad hanc rem inquit id prorsus accommodari.

39 " **P**roximè autem vinculū mihi videtur occurrere, si in medio naso, quâ acutus est, caro iuxta os conteratur, vel paululum etiam os ipsum lædatur, nõ tamen multum. his siquidem nasus callo obducitur, & aliquanto asperior fit, neque tamen vinculo egent magni negocij, si sanè alligandi sunt.

Commune vinculū nasi proximè ad salubre accedere videtur, vbi in medio cutis contusa fuerit, vel os parumper vitiatum. sequitur autè, vt prominèat, quâ callo circumdatur. Vinculum itaque in huiusmodi casibus coercens, repellensque affectum locum, prodesse aliquid videbitur. sed neque his vllò modo necessarium est. conari enim debemus, quæ contusa sunt, maximè ab inflammatione defendere: atq; vbi inflàmètur, celerrimè inflammationem tollere. quin & callus, quàm paruus increfcit, nihil profectò huiusmodi vinculis eget.

40 " **S**atis est ad contusum, pannum admouere cerato inunctum, dein semel fasciam circumdare, quæ in vtramque partem ducatur.

Media fascia medio naso iniicienda est, cuius vtraque capita ad posteriorem capitis partem non magnâ vi adducenda sunt, atque inde fronti circumdata inter se vincienda.

41 " **O**ptimum tamen præsidium est illinere hæc farinâ triticici huius anni, lotâ glutinosâ, respersâ, paucâ.

Qui optimè videntur verba Hippocratis enodare, asserunt *σντρίδιον* triticum ab ipso appellari, id quod satum est *σῆσις*, quod attici vtrâque syllabâ per τ. prolata *τῆσις* dicunt, quo verbo significari volunt [hoc anno] id est, quod vere satum est, quod & duorum mēsiū, & quadraginta dierum appellatur. Equidem in Co, & in totâ Græciâ Asiæ vidi tritici genus *σντρίδιον* appellatū, sed parū fursurum habet, & eius farina ex aquâ subacta plurimum glutinosa est. quam rem nunc Hippocrates maximè exigit, quemadmodū ipse deinceps narrabit, qui vbi farina hæc nõ sit, imperat, vt puluis qui ex concusso thure habetur, vel gummi admisceatur. feritur autem eiusmodi triticum vere ineūte, vt duorum mensium sit, rectèque sic dicitur. quoniàm summum ad id temporis perducitur, cuius farina ex aquâ subacta maximè glutinosa redditur, vbi molito tritico fursures ex toto detrahantur, id quod fit, & cribris tenuibus, & tritico antè eloto. Nam idem tritico euenit, atque hordeo, ex hoc enim, vbi pitissana præparanda est, cortex magis remittitur, si antea madefactum fuerit. Quo pacto igitur dixit [lota]? quum non idè sit madefieri, & lauari. in quolibet enim pistrino madefit triticū, priusquàm molatur: non tamen lauatur in quolibet, sed in compluribus Asiæ ciuitatibus, vbi calathos habent magnos intextos ex tenuibus iuncis exigua spacia intermittentibus, per quæ excerni puluis possit & arena, sed triticum retineatur. Id ergo triticum, quod molendum est, primò in calathos conijciunt, atque excutiant: deinde calathos in aquam demittunt, sic, vt triticum lauetur, ac modicè madefiat: calathio ex aquâ recepto humoris plurimum

plurimum effluit. tantum autem in tritico remanet, quantum idoneum est, ut  
 1 moli possit. nam nisi madescat, cortex circumpositus, qui tanquam innata cutis  
 est, sub molâ in tenues partes dissipatur, atque ita, cum farina per cribrum excer-  
 nitur, educitur aliquid etiam ex furfuribus in tenues partes diuisis: sed tritico  
 prius madesfacto, furfures, grandiorum partium quum sint, manent, & cum farinâ  
 non excernuntur. atque ideo tritico prius madesfacto farina magis purgatur,  
 & quod ab interiori parte est tritici huius anni, lotum (ut ait) & glutinosum,  
 quod scilicet post cutem est, veluti caro ipsius, in farinam, ut proposui, reda-  
 ctum, valde glutinosum redditur. Puto itaque ab ipso lotam farinam appellari,  
 10 ubi ex tritico fit, sic purgato, & prius madesfacto. nam, nisi ita accipiat, re-  
 stat, ut intelligamus farinam, ubi ex aquâ madesfacta variè agitur, deinde si-  
 nitur consistere, tum super innatas aqua excipitur, ac decoquitur, quod in far-  
 re etiam fit, sed huic repugnat, quod respergi farinam iubet, decoqui enim di-  
 xisset, non enim respergitur huiusmodi humor, sed coquitur duntaxat. Ex ver-  
 bo igitur [respergi] quid sibi voluerit magis demonstratur.

42 " **V**ti autem conuenit ad omnia hæc huiusmodi farinâ, si ex optimo tritico  
 fuerit, facile que duci possit: sed, si non omnino bene ducatur, modicum pul-  
 ueris illius, qui ex thure concussio habetur, in tenuissimum pollinem redacti, &  
 aquâ diluti farinæ adijcere, vel paulum omnino gummi similiter admiscere.  
 20 Quibus igitur fractus nasus in inferiorem partem demittitur, simulque effici-  
 tur, si ab inferiori parte, quâ cartilago est, desinat, potest in nares indiri aliquid,  
 quod dirigat: quod ubi non fiat, omnia hæc excitanda sunt digitis, si fieri  
 potest, in nares coniectis.

Optimum triticum dixit *ἀριστερὸν μέγας*, maiores enim soliti sunt *ἀριστερὸς* vo-  
 cabulo uti, ad notandum id omne, quod in suo genere primum est. nunc autem  
 omnes, qui in panificijs versantur, asserunt optimum triticum esse, quod den-  
 sum est. nam quod rarum, multis furfuribus continetur, farinæque eius ex aquâ  
 subacta non æquè efficitur glutinosa, atque illius, quod densum est. glutinosum  
 autem expressit, cum ait [facile ducitur] eâ loquutione sumptâ ab eo, quod ipsi  
 30 accidit. quandoquidem a nobis in diuersa attractum, seruatur perpetuum, ne-  
 que dissipatur: contra quod minimè glutinosum est, quum ita tractatur, diuel-  
 litur, sed si diuellatur, quo pacto sequi dicetur, cum manu trahitur? ac si non  
 sequitur, quoniam dicetur facile duci? id verò quod non dissipatur, sed perpetuum  
 est, iure quis dicet facile sequi, quemadmodum & viscum, hoc siquidem ma-  
 nibus nostris prehensum in contrarias partes plurimum attrahitur. quare ex his  
 constat velle Hippocratem farinam ex aquâ subactam glutinosam esse, atque,  
 ubi huiusmodi non sit, gummi vel puluerem ex concussio thure collectum (quem  
 40 *μολιννας* appellat) adijci iubet, ubi eius pulueris copia non sit, contundere thus  
 ipsum eâ de causâ oportet, atque ex eodè id, quod maximè pingue est. Ego in-  
 terdum, quum nec thuris, nec gummi copia esset, resinâ liquidâ usus sum, hæc  
 fortè nactus: at ubi, neque hæc sit, melle uti poteris, sed vtilius puluis ex concus-  
 so thure vel gummi adijcitur. nam mel & resina quodammodo calefaciunt, sed  
 talia ab initio aliena sunt: procedente verò tempore remanentibus inflamma-  
 tionis reliquijs, ut si quid aliud commodissima. Quemadmodum igitur in su-  
 perioribus gratiâ exempli meminit prius corij Ægyptij, ac rursus Carthagi-  
 nensis, sic etiam nunc tritici huius anni, quasi ita dixerit. Farinâ uti debemus,  
 quæ ex aquâ subacta glutinosa sit, qualis efficitur ex tritico huius anni, quod



σητάνιος appellauit. fortasse eiusmodi vocabulo significare volens triticum omne, quod densum est, & farinam reddit glutinosam, ita, ut nomē ab eo, quod ipsi accidit magis, non ab aliquā singulari specie sumptum fuerit.

43 " **V**El certē eo instrumento, quo ad illinēdum utimur, pleniori digitis compulso, non in priorē partē, sed quā desideret. extrinsecus autē digitis vtrinque compressis impellere simul conuenit, & excitare. sed, si fractura omnino in inferiori parte fuerit, licet aliquid in nares inferere, sicut iam diximus, vel linteum, vel aliud linteolo cinctū, vel magis Carthaginensi pelliculā, circūsumq; & ita figuratū, ut idoneum sit, quod in hunc locum demittatur. At, vbi fractura fuerit superior, nihil demitti intus potest. nam, si in inferiori parte id præsidium alienum est, quā non in superiori? Primò itaq; & ab interiori parte dirigere nasum oportet, & ab exteriori vtrinque cōpellere, atque in pristinā sedem restituere. commodissimē enim restituitur nasus fractus, præcipuē eodem die, vel certē paulò post. sed torpent medici, & primò mollius rem pertractāt, quā opus sit. vtrinque enim digitos, qui naso accommodentur, demittere oportet, quantum fieri potest in imū, & ipsum ab inferiori parte sursum cōpellere, atque excitare, simulq; ab interiori parte dirigere. ad quam rem nullus alius medicus magis idoneus est, si homo id dare operā velit, audeatq; quā ipseus digiti indices. hi enim maximē secundū naturam sunt. ad mouere autē vtrūque digitum conuenit, ut toti naso inhereat, atque ita quiescere, potissimū, si fieri posset assidue, donec glutinaretur, vel certē plurimū tempus, ut dictū est: aut si non ipse ægrotans, saltē puer, vel mulier aliqua digitos demittat. mollibus siquidē manibus opus est, ut optimē nasus curetur. Verū, vbi nō reddatur simus, sed deorsum spectans, in neutram partē inclinetur. equidē nullū vnquam nasum vidī ita fractum, qui non posset protinus cōponi, si priusq; callus incretceret, compelleretur, modō quis rectē mederi vellet. Atqui deformitatē homines maximē oderunt: curationē verò partim ignorant, partim non sustinēt, nisi dolore premātur, aut mortem pertimescāt. quanq; in naribus callus citò incretceat, nam decē diebus sanescit, nisi corrūpat. Quibus os à latere abrūpitur, curatio eadem est. dirigere nimirū oportet, nō equē ab vtrāque parte, sed eā, quę inclinat, ad naturalē situm adurgere ab exteriori parte cōpellendo: in naribus item altē conquirere, quod in interiorem partem conuersum est, dirigēdo assidue, dum restituitur, cum eo, ut sciamus nasum, nisi protinus dirigatur, dirigi postea nō posse, sed perueri. Quo ad naturalē sedem compulso, ad eum locū admouēdi sunt digiti, vel vnus, vel plures, seu ipsius hominis, seu alterius, ut quā excedit, repellatur, dū fractura sanescat. sed & minimus digitus in nasum subinde cōiiciendus est, quo componatur, quæ declinant. vbi his inflāmatio superueniat, farinā uti conuenit ex aquā subactā: digitosq; similiter dare, eiusmodi etiā farinā inductā. Verū, si quā cartilago est, nasus à latere perfringatur, necesse est extremum perueri. itaque oportet ad extremū nasum aliquid ex ijs, quæ dicta sunt adhibere, quod ipsum componat, vel aliquid tale demittere. multa enim inueniri possunt accommodata, quæ odorem non mouent, & alioquin mollia sunt. Ego interdum frustum pulmonis ouilli cōieci, id enim fortē natū sum. nam si spongiæ indantur, humorem combibunt.

Si nequeant (inquit) digiti in nares demitti, adhibendū est id instrumentū, quod nūc sicut in superioribus etiā *ὀφθαλμοσκόπος* appellat. quo verbo intelligitur omne id, quo ad illinendum utimur, qualia sunt specillum, spathe, idq; instrumentum,



1 mentum, quod *ἀντιπρωον* dicitur, quæ omnia in summo capitulum habent rotundum, sed quemadmodum in superioribus ad alæ vstionē opus fuit tenuissimis, ita nunc plenioribus. quandoquidem & digitos, vbi licet, ad mouemus, & in nares conijcimus, eos nempe, qui aptantur, & qui fractam nasi partem componant. quā ratione autem uti cōueniat hoc instrumento, ipse aperte exposuit imperans, ut indatur in cauum, non in inferiorem partem nasi, sed quā potissimum fracta pars in eius cauum decidit. ea siquidem est, quæ impulsu eget, ut excitata possit in suam sedem reueri. nihil enim aliud est componere quamlibet partem, quā vnamquamque eius particulam in suum locum compellere.

10 Quæ subijciuntur, per magnam partem orationis plana sunt.

44 **A**D hæc ex parte exteriori corij Carthagenensis incidenda habena est, quæ vel pollicem lata sit, vel quantum conuenit, & extrinsecus naso, quā declinat, agglutinanda: post hæc intendenda est, quantum expedit, paulo autē magis quā ut nasus dirigatur, intendi debet: tum sub aure (longa enim esse habena debet) sursum circa caput adducēda. licet autem fronti extremam agglutinare: licet & ulterius ferre, & circa caput volutam vincere. hæc siquidem iuste nasum dirigit, & intendi, & remitti potest, atque vbi velis, nasum in contrariā partem, ac iacet, magis aut minus repellere. Nam & quibus à latere nasus abrupitur, in ceteris eadem curatio cōuenit, quæ proposita est. plarisque autē opus 20 est naso extremam habenam agglutinare, ut in cōtrariam partē repellatur, atque inclinet. Quod si fracturæ vlcus accedit, nihil sollicitare nos debet, sed nutriendum est cerato, quod picem habeat, vel aliquo ex ijs medicamentis, quæ protinus cruentis vulneribus iniiciuntur. hæc siquidem faciliē curationem admittunt. Equè etiam, vbi ossa recessura sint, primò dirigere assidue conuenit, nullā re prætermisā, & in posterum digitis compellere laxius superdatis, superdatis tamen. nasus enim ex omnibus corporis partibus facillimè componitur. Atqui habenā agglutinatā, & impulsu in contrariam partem, atque nasus declinat, nihil uti omnino prohibet, neque si vlcus sit, neque si inflammatio. innocenter enim eiusmodi præsidia adhibentur.

30 [Appendatur] dixit *ἀπὸ τῆς*, quo verbo significauit vniuersam rationē extendendi, & quasi dirigendi nasum peruersum, per ea, quæ agglutinantur. quod autem nunc præcipit, experimento imbecillū comperi. nam, si habena vehemētius intēdatur, gluten discutitur, resolutūque: si modicè, nihil ferè proficitur.

#### De aure.

45 **I**N fracturā auris quodlibet vinculum inimicum est, neque enim ita laxū circumdabitur, quod si magis adstringatur, plurimum officiet. quādoquidem integra auris sub vinculo adstricta dolet, pulsu vexatur, atque inflammatione.

Vbi continuum soluitur græcè in carne *ἐλασθ* appellatur, in ossē *κρίταγμα*, in 40 cartilagine non habet proprium vocabulum, sed eam fracturam Hippocrates abusus *καταγματός* nomine nuncupauit.

46 **S**ed & cataplasmata, quæ maximi oneris sunt, penitus aliena sunt: plaraque etiam noxia sunt, atque abscessum concitant, & mucos plurimos, suppurationemque infestam reddunt. quibus minimè opus est auri comminutæ.

Omnia sigillatim ijs consentanea sunt, quæ ostendimus in libro de ratione curādī. namque Hippocrates etiā nunc lædi aurem asserit cataplasmate, quod experimento conspicitur. abundè enim siccare eam voluit, quum naturā siccif-

fima fit, eo quòd ex cute constet, & cartilagine. Ostensum autem est vnâquam-  
que partem, quatenus siccior est, eatenus sicciorum curationem requirere.

- 47" **P**roxima quidem est (modò quid superimponi còueniat) farina glutinosa.  
Hec autem necessariò grauis ne sita; minimum contingat. interdum enim  
" optima medicina est, medicinam non facere, & ad aurem, & ad alia multa. Ca-  
" uere insuper homo debet, ne in eam partem dormiat. extenuare autè corpus  
" expedit, illi potissimum, qui auris suppuratione periclitatur, & aluum mollire.

Proximū inquit esse ei, quod non obest, cataplasma ex farinâ glutinosâ, con-  
stat enim hoc magis siccare, quàm alia. diximus autè paulò antè, vbi de illinen-  
do naso tractauit, qualem appellet farinam glutinosam. huic simillimū catapla- 10  
sma conficiunt experimento edocti, qui in palæstrâ versantur, ex farre in ace-  
to madefacto, dum maceretur, atque ita temperato.

- 48" **S**ed, si homo facilè vomat, vomere debet, vt modicè exhauriatur.  
Veteres appellabant *συμμοχλῆς*, quum modicè homo e xhauriebatur, seu  
vomitu, seu deiectione, tale quid nunc fieri iubet eodem vocabulo vsus. Multa  
autem sunt medicamenta, quæ hoc præstant. nam & mel copiosè assumptum,  
& mulsâ minùs diluta, vel cremor ptisanæ ex aquâ decoctus, seu per se, seu cū  
melle, magis adhuc vomitū citat radícula, & bulbus narcissi. His efficacior est,  
nondum tamen valens radícula, in quâ surculos radicum veratri albi defixeris,  
data postridie, siue per se, siue ex oxymelle.

- 49" **S**ed, si ad suppurationē veniat, nō est celeriter aperienda. multa enī ex ijs, quæ  
videtur suppurare, interdū absorbentur, etiā si nullū cataplasma inducatur.  
Cauendum est, ne auris incidatur ob cartilaginē cuti subiectā. nam, nisi, vbi  
incisa est, consolidetur & glutinetur, periculū est, ne cartilago obesa reddatur.  
[Absorberi] (quod *ἀπορροή* dixit) hoc est, discuti ac digeri pus ibi collectū, nō-  
nunquam per ea, quæ superimponuntur simplicia medicamenta, ac leuia sine  
morsu siccandi vim habētia. cuiusmodi est mucus cochleæ adiecto thure: ac,  
si valentiùs siccare opus sit, vel aloë, vel myrrhâ, vel vtriusque. Eodē modo sic-  
care potest mel atticum inunctum insperfo quouis ex propositis medicamen-  
tis, benè contrito. voco autem sine morsu thus, aloë & myrrham.

- 50" **A**t, vbi incidere coactus sis, celerrimè sanescit, si candens ferramentum ab  
vnâ parte ad alterâ demittatur. scire autem certum licet aurē curtam red-  
di, & mancā magis quàm alterā, si candens ferramentum traijciatur.

Curta necessariò fit, & manca, cū non exigua pars & cartilaginis, & cutis  
ipsam comprehendētis, vstione absumatur. Ad quod præfidiū monet, vt con-  
fugiamus, nonnunquā veritus, ne cartilago ægrè sanescat. namque vbi nuda-  
tur, cicatricem non recipit, præsertim si res aliquot dies protrahatur, neque eu-  
tis à sectione protinus coëat & glutinetur.

- 51" **S**ed si candenti ferramento non traijciatur, incidere conuenit, quod magis  
excedit, sectione non admodum exiguâ.

Ne quid supersit puris, quo cartilago lædatur, incidi non parum iubet.

- " **Q**vandoquidem pus altiùs inuenitur, quàm quis existimet.

Decipiuntur, qui secant, in cognoscendo pure, quod subiectum est, ita,  
vt existiment id in summo contineri, & cutem tenuem esse. Quo pacto autem  
in hunc errorem incidant, ipse Hippocrates proximè demonstrabit.

- 52" **V**erum (vt summatim dicam) cætera quoque omnia, quæ mucosa sunt, &  
mucos producunt, vtpotè glutinosa, vbi tangatur citò in hanc, vel illam  
partem



1 " partē digitis elabuntur. quā obrem altiora hæc medici reperiunt, q̄ existiment.

In dignoscendo loco suppurante, vbi in affectā parte, quū tangēti moderate cedit, sectione adhibita contentū pus inuenitur, medici postquam eūdem cedendi modum in quāvis aliā parte comprehenderint, putantes eam similiter suppurare, vt illæ, quas prius intuiti fuerint, venientes ad sectionem errāt, isque error interdum duplex est, & quod nullo modo ibi pus inueniatur, quū hæc multo crassiora sint quā opinentur, & quod medicis ea suppurare videātur, quæ mucosum humorem in se continēt. id, quod euenit, quoniam huiusmodi humor (vt ipse ait) vbi tangatur, citò elabitur. contrahi autem solet in cartilagine, chordis, neruis, ac ligamentis, vt deinceps ostendet.

3 " **Q** Vandoquidem, & ea tubercula, quæ ganglia dicuntur, cū humida sunt & mucosā carne continentur, à multis aperiuntur inde fluxurū humorum putantibus. Medicum itaq; in sectione animus fallit: sed ei, qui sectus est, nullum affertur detrimentum. quæ autem loca aquosa sint, vel mucorum plena, quibuscve partibus singula, quæ aperiuntur, hominem interimant, vel alterius noxæ causa sint, alibi exponentur.

Hæc enim ganglia circa cartilaginosas partes, & circa nervos ex horū alimento crescunt, oriunturque ex humore glutinoso ac mucoso. hoc enim est proprium nervorum alimentum.

4 " **V** Bi quis igitur aurē secuerit, abstinere ab omni cataplasmate, atque omni linamento debet, mederique vel medicamentis, quæ protinus cruetis vulneribus iniiciuntur, vel alio, quod neque onere lædat, neque molestiam afferat.

Auris quia sicca est, idcirco siccantia medicamenta requirit, non tamen plus iusto siccanda est, vbi à sectione protinus medicamēta inducuntur. distēdunt enim, cū nihil habeant, quod leniat. Sed neque onerari auris debet mole eorum, quæ superimponuntur. dolet enim & infestatur. Optimum est igitur à sectione medicamentis vti, quæ modicè siccant, cuiusmodi sunt, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur. Cataplasmata leniunt quidem, sed resoluunt, atque effeminant. superantem verò humorem non discutunt, præsertim cū glutinosus sit & crassus.

5 " **N** Amque, vbi cartilago nudari incipiat, coitūque habeat purulentum ac mucosum, res infestissima est.

Adijcere orationi oportet [humorum] sicut nonnulli adscribunt, vt vniuersa sit huiusmodi [Namque, vbi cartilago nudari incipiat, coitūq; humorum habeat]. Vocat autem *coitus* coitum humorum, qui intus continetur, & externi debent puris videlicet & mucii. res (inquit) infestissima est, hoc est, dolorem affert, quod patet, quū cartilago vitiatur.

6 " **C** Vius illa curatio quoque causa est. In omnibus autem, quæ recrudescunt, maximè abunde est candens ferramentum trajicere.

40 " Quam curationem damnat? eāne, quam paulo suprà indicauit, præcipiēs vt cataplasma, linamentum, quod onerat, quod dolorem excitat, vitemus?

## FINIS SECVNDI COMMENTARII

## GALENI IN HIPPOCRATEM

## DE ARTICVLIS.



Galenī in Hippocratem de articu-<sup>1</sup>LIS COMMENTARIVS TERTIVS, VIDO  
VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.

De spinæ vertebris.



Pinæ autem vertebræ.

Adiecit [spinæ] non quòd in alijs corporis partibus vertebræ reperiuntur, omnium enim vertebrarum compositio vocatur spinæ: sed quasi ita dixerit vertebræ, quarum situs est in spinâ. Quibusdam tamen ex iunioribus placet spinam nominari, non vniuersam vertebrarum compositionem, sed earum tantum, quæ ad thoracē sunt, & lumbos. iuxta quos Hippocrates nunc de vertebris agere videtur, quæ in lumbis tantum, & dorso sitæ sunt, non de ijs, quæ in ceruicibus. vertebrarum verò compositionem vniuersam in libro de ossibus ad eos, qui primas institutiones addiscunt, ad vnguem narrauimus, in quo exerceri illum volumus, qui percepturus est hæc commētaria, intuitum exquisitè qualia sint singula ossa in cadauere arefacto hominis, vel certè simiæ.

<sup>2</sup> **Q**uibus ob morbos trahuntur, vt gibbum efficiant. <sup>20</sup>  
Gibbum dixit κνφοις, vocatur autem spina gibba, quum in posteriorē partem conuertitur, quod vitium ἐπισκυνφωσις græcè nominatur: sicut curua, quādo in priorem partem. dicitur autē hoc græcè λυφωσις: sed σκολιωσις, cūm deprauatur à latere. Nōnulli autem existimant spinam in posteriorē partem perueri (quod vitium κνφωσις quoque græci nominant) vbi in eā fuerint cruda tubercula magna, dura, ac diuturna, quorum onere vertebræ in posteriorē partem compellantur. neque intelligunt, si supinus homo iaceat, non posse subiectas vertebrae tuberculis onerari, neque etiam si stet, aut sedeat, ac neq; si in latus cōuersus cubet. Ad hæc absurdum est, existimare tubercula ad tantū pondus, ac duritiem peruenire, vt ossibus grauiora fiant, & duriora: sed, & à crudis <sup>30</sup> tuberculis spinam in priorem partē conuertere Hippocrates ipse paulò post docebit. Illud item animaduertendum est, non solum eos, qui librum hunc exponunt, sed Hippocratem in propositis verbis dixisse [trahūtur, vt gibbum efficiant] quum dicere potuisset [impelluntur] quemadmodum his placet. Absurdum verò videbitur asserere vertebrae, quæ in posteriorē partem erumpunt, trahi à morbo in priorem. hoc siquidem magis propriū est illius vitij, sub quo spinæ in interiorē partem conuertitur. Quonam igitur pacto res vera sit, quidque Hippocrates sentiat, conabor exponere. Vertebrarum quidem ossa per se, neque peruertuntur à tuberculis, neque trahūtur, sed primum vitium est in ijs corporibus, quibus vertebræ alligātur. Igitur, vbi ad vertebrae tuberculū oria- <sup>40</sup> tur, cūm in tumorem assurgit, atq; augetur, ab interiori siue priori parte, vtroque enim vocabulo appellatur, necesse est, vt tuberculum sequantur ligamenta, atque hæc rursum vertebræ. Itaque, si in vnâ parte dūtaxat tuberculum oria- tur, vbi hæc in interiorē trahatur, spinæ in priorem partem conuertetur: sed, si in duabus, vbi aliqua interiecta sit inuiolata, gibba euadet. vtroq; enim tuberculo adiunctam vertebrā trahente, quæ in medio sunt, à posteriori parte gibbæ fiunt. quod euidenter intueri licet omnibus euenire, quæ curuari modicè pos-  
sunt,

1 sunt, cuiusmodi sunt virides rami, & ex scriptorijs calamis pleriq; quos si quis dextrâ digitis ab vnâ parte, sinistrâ ab alterâ, prehédens ad se traxerit, mediû in contrariâ partē attractû gibbûmque cōspiciet. Atqui neq; aliâ de causâ spina ad latus conuertitur, q̃ ob crudum tuberculû, quod à latere eius sit. Hęc autem tria vitia in spinâ incidunt, cûm vertebræ loco mouëtur. nã vel κύφωσις fit, vel λυθωσις, vel σκολίωσις. cûm in posteriorem quidē partem conuertitur, κύφωσις, quûm in priorem, λυθωσις, quûm in latus inclinât, σκολίωσις. Extra hæc quantum vitium in spinâ incidit, quod σείσις vocatur, vbi vertebræ loco manent, sed earum compago dimouetur,

10 **P** Larunq; solui nequeunt, præcipuè, vbi spina suprà septi transuersi conjunctionem gibba fiat. 3

Nonnulla (inquit) quæ in spinâ incidunt, ægrè soluuntur, præcipueq; vbi supra eam regionem, quâ cum septo transuerso cōiungitur, gibba fiat, hoc est, in vertebra thoracis. dixit autem πωτή, significare volens [præcipuè] quemadmodum etiam in principio huius libri, quûm inquit [Omnino enim melior est ac firmior exigua herba quàm grandior, præcipuè antequam ad maturitatem veniat]. vbi verbum præcipuè dixit πωτή. Sed quâ ratione ægrè tubercula soluantur, proximis verbis intelliges.

20 **I** Nfrâ verò quædâ soluuntur cû varices in cruribus fiunt. illi autē magis gibbâ spinam soluunt, qui in venâ poplitis oriuntur, fiunt etiâ & in venis inguinû. 1

Quædam (ait) vitia infra thoracē, nempe ad lumbos, à varicibus vel torminibus soluuntur, cû succi, qui ea faciunt, primò ferantur in venam maximam ipsius spinæ, deinde in eas, quæ ab eadē diductæ ad crura intendunt. huiusmodi autem in thorace nulla vena est, quæ possit vitiatos succos recipere. quâdoquidem vtrinq; octo costis vna alimentû subministrat: sed superioribus, duæ aliæ tennes, scilicet ab vtroq; latere vna, quæ omnes per thoracem distribuuntur, dissipanturq; Idcirco, si succus aliquis ad ipsas ex tuberculis transferatur, excerni non potest, præterquam q̃ egrè etiam admittitur. succi enim, qui cruda & dura tubercula faciunt, glutinosi sunt, & crassi, quare nō facillè per tennes 30 venas ferûntur: sed vena, quæ ad lumbos est, latissima est, & sanguinè ad venas omnes transmittit. ergo, cû hos crassos ac glutinosos succos receperit, si affectæ partes viribus adeò valeant, vt quod superat, expellant, ad venas hîc sitas transmittit. quo fit, vt lateſcant, & in varices assurgant, vbi quidē succi crassiores fuerint, id accidit in inguine protinus, sin mediocriter crassi, in poplite. nãque, vbi primûm, eo q̃ crassi sint, & glutinosi, conferti subsistunt, ibi venâ distendû, dilatantq;. Etenim, quibus citra causam hæc varices in cruribus oriuntur, videre licet venas pro portione succorû crassitudinis lateſcentes, vbi crassissimi sunt, latissimas, cuiusmodi venæ sunt in inguine: vbi minûs crassi, minûs 40 latas, quales in poplite. Interdum enim, quûm maiores venas obstruunt, hunc affectum excitant: interdum ad inferiores concurrunt, quæ angustiores sunt. in vniuersum autem in varicibus crassus sanguis cōtinetur. nam id vitiû plærunq; à succo melâcholico, interdû etiam ab alijs crudis crassisque cōcitur.

5 **S**olutum quoque iam id vitium est à torminibus diuturnis. 1

Vbi succi, qui præter naturam in corpore sunt, ad intestina transferuntur, tormina fiunt, quûm abradâtur intestina ob succos acres, qui ad ipsa confluunt, nempe, vbi tubercula suppurant, neque enim aliter ob suam crassitudinem confluere ad intestina potuissent. sed in suppurationibus crassi succi f



extenuantur, & naturam affectæ partis ad expellendum excitant id, quod in eâ contentum iam molestum est.

- 5 " **Q**uibus verò adhuc pueris spina gibba fit, antequâ corpus perfectè incre-  
 " scat, his corpus ad spinam non augetur: sed crura & brachia dūtaxat per-  
 " ficiuntur, quæ sunt ad spinam, non complentur.

Nihil mirū est, si in his morbis spina nō increseat, quæ admodū suprà in lu-  
 xatis tradidit, cū inquit, [Quibus recondi nō potuit]. Nam & propter venas  
 peruersas, & propterea, q̃ ægrius mēbrum moueatur, naturaq; in eiusmodi af-  
 fectibus langueat, læsæ partes necessariò deterius, q̃ antè nutriuntur. Quo fit,  
 10 ut quæ iam perfectè increuerunt, emacrescāt, quæ adhuc increſcunt, incremēto  
 iuxta spinam prohibeantur. Sed, quæ à vitiatis partibus longiùs absunt, ut bra-  
 chia, & crura, sine noxâ omnino seruantur. ea enim, quæ sic vitiata sunt, non  
 totum corpus, sed solummodò proximas partes afficiunt.

- 6 " **Q**uibus item supra septum transuersum gibba spina fit, costæ in latitudi-  
 " nem augeri non solent, sed in partem priorem. pectus verò latum non fit,  
 " sed acutum: spiritus difficulter mouetur, & cum sono, quūm cauum, quo spiri-  
 " tus recipitur, atque emittitur, angustius reddatur.

De ijs agēs, quæ adhuc increſcunt, dixit, quæ iuxta spinā sunt, his augeri nō  
 cōſueſſe. Ergo, vbi spina gibba fiat in vertebriſ thoracis, hæc maximè increſcere  
 in longitudinē phibentur. Hæc igitur de cauſâ, & illâ etiam, q̃ vertebræ, cū 20  
 spina gibba fit, in poſteriorē partē conuertātur, neceſſe eſt thoracē anguſtum  
 reddi, atq; acutū: & idcirco interiora caua, quæ ſpiritui accōmodantur, minora  
 effici, ſic, vt, vbi ſpiritū attrahunt, corpus minori modo ipſius ſtuatur. Diximus  
 autē, & in libro de difficultate ſpiritus, vbi is minùs attrahatur, quàm opus ſit,  
 neceſſe eſſe breuiori temporis interuallo proximè rursus attrahi, quàm ſi priùs  
 ſecūdum naturā attrahi cōpiſſet. ſpiritus autē, qui breuiori interuallo attrahi-  
 tur, creber redditur, in quo conſiſtit id genus ſpiritus difficultatis, ſub quo &  
 exiguus, & creber cooritur. ſonus autem adiicitur, ob anguſtiam iuxta fauces,  
 & aſperam arteriam. auget anguſtiam hanc id, quod proximè ſubijcit.

- 7 " **A**t qui cogūtur etiā ceruices iuxta magnā vertebam in priorem partē con- 30  
 " uertere, ne caput in eandem proijciatur, hoc autem fauces reddit admo-  
 " dum anguſtas. nam ijs etiam, qui naturā recti ſunt, id oſſis, ſi in interiorē par-  
 " tem inclinetur, ſpiritus difficultatem aſſert, dum repellatur. Ob id igitur, quod  
 " ità figurentur, guttur his hominibus magis extare videtur, q̃ benè valentibus.

Cū vertebræ, quæ ad pectus ſunt, vbi gibba ſpina fit, in poſteriorē partem  
 ſpectēt, neceſſe eſt collū in priorē cōuerti. quare & ipſū caput, illi enim e regio-  
 ne ſuperimpoſitū eſt. Accidet igitur ijs, qui gibbi ſunt, ambulare ità figuratis,  
 ſicut cæteris omnibus, cū totū collū ſpināq; inclināt, & utrūq; curuātes à po-  
 ſteriori parte gibbi terrā ſpectāt. quod vt euitēt, qui gibbi ſunt cogūtur collū in  
 poſteriorē partē recuruare, eius vertebriſ, vt quæ minimū moueētur, ad hoc parū 40  
 cōſerētibus: ſed, quā potiffimū moueri aliquid poſſunt, valdè recuruatur. poſ-  
 ſunt autē quæ duæ primæ vertebræ inter ſe, & cū capite cōmittūt. Quemad-  
 modū igitur figuratur iuxta capitis cōmiſſurā illi, qui benè valētes caput in po-  
 ſteriorē partē cōpellunt, ità gibbi, cū erecti ſunt. præterea, vt ijs, qui naturali-  
 ter habēt, guttur extat, vbi caput in poſteriorē partē recuruatur, ſic gibbis, cū  
 rectū cōtinetur. vocauit autē *βραχέγγας* eos, quibus extat *βράχας*, quo vocabulo  
 veriſimile eſt, vel aſperā arteriā totam, vel guttur dūtaxat appellāſſe. hinc autē  
 maximè



1 maximè fit, vt spiritus cum sono reddatur, quandoquidè maximè etiā stertunt, qui sic figurati dormiūt. q uāobrem scribit [nam & ijs, qui naturā recti sunt, id ossis, si in interiorē partem inclinetur, spiritus difficultatē affert]. dicit autem id ossis, ad illud referēs, quod principio orationis proposuerat, cū inquit [Atqui coguntur etiā ceruices iuxta magnā vertebram in priorem partem cōuertere]. vndè posset quis conijcere magnā vertebram appellari secūdam, quæ magis potest in priorem partem vrgeri, atque inde rursus repelli. Cōstat autem eandem regionem, & priorem, & interiorē ab ipso vocari. priorē quidem, quūm vertebræ à posteriori parte in eam erumpant: interiorē, quūm sit in profunditate corporis, si spectetur summa pars siue prior, siue posterior.

10 **H**is tubercula plærunque circa pulmonem sunt, eaq; dura & cruda. plærisque enim eiusmodi tumores sunt causa gibbi, & distentionis, quibus proximi nerui afficiuntur.

Quibus spina supra septū transuersum gibba est. his plærunq; ait tubercula fieri circa pulmonem: cōstat autem, & quibus ad lumbos gibba fit, his eā parte tubercula versari. Dixit [plærunq;] ppter eā q & casu, & ictu spina gibba redditur, & tum in priorē partem, tū in latus conuertitur. At cū inquit [plærunq;] enim eiusmodi tumores causa gibbi sunt, & distentionis] eandē sententiā tradit, quā à principio, cū ait, [spinę vertebræ, quibus ob morbos trahūtur, vt gibbū efficiat]. Quod autē nunc scribit [quibus proximi nerui afficiuntur] ad neruos dorsū refertur, ac vertebrarū. nos verò antea causati sumus vertebrarū ligamenta attrahētia, quibus cum & ipsę vertebræ trahūtur. non enim arbitramur neruos, qui à spinę medullā oriūtur, attrahere secū vertebras posse, cū & propter exiguitatē, & ppter mollitiē longē imbecilliores sint, q̄ vt præstare id possint. quippe, qui ab ossibus nō depēdēt, quemadmodū ligamēta, quę firmiora sunt, & neruis coniuncta, ac, si tuberculis afficiantur, secū trahere vertebras possunt.

**V**erū ex his quibus sub septo transuerso gibba spina est, nonnullis renum & vesicę vitia superueniunt. sed & abscessus ad ilia & inguina, qui diu manent, & ægrē sanantur, quorum neutrum gibbum soluit.

30 **O**b cōsensum sanè propofiti affectus superueniunt. cōsensu autē afficiūtur, & quę sunt eiusdem generis, & quę vicina, quę suprà significauit, quūm proximis dixit, sed quę cōmunia primò sunt, maximè lēdūtur. Tormina igitur, & varices, quorū causā erat succorū tubercula excitantium trāsfusio, gibbū curāt: sed ex ijs malis, quę cōsensus causā oriūtur, nullū est, qđ priorē morbū depellat.

**H**is autem coxę extenuantur, magis quā quibus spina suprà gibba est. Quibus spina ad lumbos gibba est, his coxę graciliores sunt, q̄ quibus ad pectus. hinc autem manifestum est coxas, quibus spina ad pectus gibba est, graciles modicē reddi, propter consensum, quem habent cum spinā.

**T**ota autem spina longior his est, quā quibus à superiori parte gibba est. 40 **H**is qui ætate nōdū robusti sunt, pter qđ cōmunis est macies, accedit qđ affectę partes nō augētur, quēadmodū & antea dictū est: Nūc discriminē aliud adiūgit, non ab ætate, sed à locis affectis. nam spina, quo magis versus suū initium vitiat, eo minū augetur, cū habeat & originē & incrementū supnē.

**P**ubes autem & barba ferius increfcit, & minū completur, minū item fecundi fiunt, quā quibus gibba est pars superior.

Ad communem rationem consensus accedit differētia ex naturā locorum. Communis igitur ratio est, vt quę vitiatas locis proxima sunt, cōsensu affician-

tur: propria autem, vt, vbi hæ partes læduntur, quæ spiritui accommodantur, sequatur, vt spiritus ægrè, & cum sono moueatur, vbi, quæ infra septum transfuerum, pubes seriùs increfcat, lædatúrque etiã barba.

13. " Ed quibus corpore iam robusto gibba spina fit, his euidenter soluit morbū  
" tunc existentem. tempore tamen eius aliquid se ostēdit, sicut & ijs, qui iu-  
" niores sunt, aut plus aut minùs. plarūq; autem, hi affectus minùs maligni sunt.

Euidenter ἀπὸ τῆς αἰτίας nunc dixit, quod nonnulli alij ex veteribus dixerūt ἀπὸ τῆς αἰτίας. Apertè igitur, & (vt dixerit quis) quasi res manu teneatur, gibba spina admittit ea, quæ quūm morbus iudicatur, id est, soluitur, expelluntur, videtúrque ex toto morbus summotus. supersunt tamen reliquæ paruæ, quæ irritantur, si quid vel in ratione victus peccetur, vel noxium extrinsecus occurrat.

14. " M Vlti quidem gibbi, facilè, & nō secus, quàm benè valentes iam vsque ad  
" senectutem id mali sustinuerūt, præsertim quibus corpus carnis plenum  
" & pingue effectum est: pauci tamen ex ijs ad sexagesimum annum peruene-  
" runt, plarique enim citiùs moriuntur.

Ob validas vires, ob morbum leuè, iamq; ob vniuersam victus rationē, quā viuunt, nonnulli gibbi quasi sani ad senectutem vsque vitam degunt.

15. " N Onnullis etiã vertebrę ab hãc vel illã parte in latus mouentur. Hæc tamē  
" vel omnia, vel cōplura incidunt, eo qđ spina ab interiori parte deprauetur.  
" Antè iã diximus spinã ad latus conuerti orto ab eius latere tuberculo, quod  
" ad se traheret ligamēta. hoc Hippocrates fieri dixit οὐκ ὅτι τῶν νεύρων, id est, p. nervos.

16. " Q Vosdam etiã in id vitium compellit, vnã cum morbo habitus ille, quo  
" iacere consueuerunt.

Cōcurrit ad spinã gibbã efficiendã, & quod materia magis confluat ad id, quod humilior est, & qđ pars, in quã quis cubat, magis cōprimatur. Prima autē & præcipua causa, & tuberculi, & cuiuslibet vitij est partiū natura morbo opportunior. Demonstrauimus enī ad eiusmodi partes cōcurrere ea, quę superat.

17. " V Erum de his agemus, quã de diutinis affectibus pulmonis. ibi enim de his  
" futurorum pulcherrimæ prognosticationes traduntur.

Multa quoq; alia in hoc libro scripturū se pollicetur, quæ nūc non extāt. Ea fortasse vel non scripsit, vel interierunt, quemadmodū & multa alia antiquorum volumina, quæ nunc non extant, de quorū interitu complures scripserūt. De diutinis igitur affectibus pulmonis multa habentur, & in maiori libro de morbis, cuius initium est. [Si pulmonis arteria exulceretur]. atq; etiã in primo libro de morbis, qui non rectè itã inscribitur, cuius initium est, [Qui vtiq; interrogare de curatione rectè velit, rogatúsque respōdere]. Sed in neutro horum plenè exequitur, quæ hīc pollicetur.

18. " Q Vibuscunq; cadētibus gibba spina fit, paucis itã cōualefcit, vt dirigatur.  
" Adhuc scripsit de spinã citra exteriorē causã deprauatã. quę deiceps ad-  
" scribit, oīa sūt de vertebris, quę ob casū vel ictū aliquē lēdūtur. Plēraq; autē pla-  
" na sunt; nisi sicubi opus sit omisã causã adijcere, quẽadmodū & nūc, cū asserit  
" raro luxatã spinã restitui. cuius rei causam, & si nūc afferre potuisset, in sequēti  
" bus demōstrat, cū scribit vertebrae cardinis modo īstructas, itã, vt, vbi vna ali-  
" qua quouis modo exciderit, ī suã sedē magno negotio reuertatur, cū in singu-  
" lis multi p̄cessus sint, multi sinus. hoc autē & aspectu ipso in ossibus didicistis.  
19. " I Am verò intētio, quæ super scalam adhibetur, nullum, quod sciam, restituit.  
" Eã potissimūm vtūtur medici, qui apud vulgus videri volunt magnum ali-  
quid



1 " quid moliri. Apud hoc enim admirandum est suspensum hominem intueri, vel  
 " proiectum, vel tale quid piam, semperque hæc ab ipso laudantur, cui nec ultra  
 " curæ est, quinam effectus sequatur ex huiusmodi præsidio, bonusne an malus.  
 " medici verò, qui hæc student, rudes sunt, quos quidem novi. Inuentio quidem  
 " vetusta est, atque ego sanè primum auctorem laudo, non solum huius, sed cu-  
 " iusq; machinamenti secundum naturam excogitati, minimè enim diffido nonnulla  
 " restitui posse, si quis rectè præparans concutiat. sed turpe existimaui eiusmodi  
 " morbis ita mederi, quum eiusmodi machinationes magis sint impostorum.

Quoniam (ut offendimus) in omnibus articulis restituendis, præcedere de-  
 10 bet in diuersas partes extentio, eandem quoque ad sping ossa necesse est adhi-  
 bere. quã verò ratione intendere in diuersa conueniat, in sequentibus docebit.  
 nunc de eâ intentione loquitur, quæ minùs rectè adhibetur, quod facere con-  
 suevit, sicut in prioribus iam monstratū est. Primò enim reiicienda sunt, quæ-  
 cunque malè à quibusdã medicis sunt, deinceps tradenda sunt salubriora. Igi-  
 tur, quum medici complures luxatam spinam per scalam extendant, asserit in  
 primis eiusmodi inuentionem nihil proficere: si quis tamen eã uti velit, docet,  
 quomodo facere id optimè possit. Ergo in intendendã spinã propositum est  
 superiorem partem intendere per vincula prope affectum locum iniecta, infe-  
 riorē, per corporis pondus. Ad hoc itaque spectans, quæ ab ipso subiiciuntur,  
 20 percipies, maximã enim ex parte clara sunt.

" **Q**uibus prope ceruices spina gibba fit, par est minùs succurri intèntione ad- 20  
 " hibita per caput deorsum demissum, parū enim ponderis habet caput, &  
 " vtrinq; lati scapularū ossis summitas, cum deorsum spectant: sed hos verisimi-  
 " le est in pedes deorsum cōcussos magis restitui. in eã enim partē demissi maius  
 " pondus habent. At quibus infra gibba fit, hos concutere magis cōuenit capite  
 " deorsum spectate. Si quis igitur cōcutere velit, rem sic rectè molietur, scalã ster-  
 " nere scorteis puluinis transuersis debet, vel ex lanã benè alligatis, ac paulo plus,  
 " & longitudinis, & latitudinis scalæ tenentibus, quæ occupet hominis corpus.

Quum spina vel prope initium lædatur, vel prope finē, vel in medio spacio,  
 30 primò agit de noxã ipsius prope ceruices. Ergo in hoc casu, si quis super scalam  
 à pedibus hominem suspendat, sicut nonnulli medici Hippocratis seculo con-  
 sueuerunt, nulla ferè intentio fiet ab inferiori parte, quum parum ponderis sit  
 in capite, & ceruicibus: sed, si in imã vitium sit prope os sacrū, maximè spera-  
 re quis poterit huiusmodi vim ab inferiori parte abundè futuram. subdit dein-  
 cept, quã ratione id optimè fiat.

" **P**ost hæc homo super scalã resupinetur, dein pedibus non diuaticatis iuxta 21  
 " talos ad scalam alligetur vinculo, quod quidē firmiter ac sine cōpressu te-  
 " neat, sed molle sit: vinciatur itē, & ab inferiori, & à superiori parte circa vtrūq;  
 40 genu, & tū circa coxas, circa ilia insup & pectus habenã ita latã, ut cōcuti nō p-  
 " hibeatur: sed brachia iuxta latera extenta ad ipsū corpus, nō ad scalã religetur.

Exprimit omnia euidenter. vinculum, quod firmiter ac sine cōpressu te-  
 neat *ὡς τὸ πρῶτον* dicit.

" **S**cala ita præparata attrahenda est ad turrim altam, vel ad culmen domus. 21  
 Turrim dixit *τὴν οὐρανὴν*, culmen verò domus, id est, altissimam partem ipsius  
*ἀετῶνα*. ita enim appellat eam recti partem, quæ attollitur in speciem trianguli. Si  
 quis enim solarium faciat, pro tegulis tectum struet planum, quod calorem nō  
 prohibeat: sed, si tegulæ imponantur, propositū est, ut pluvialis aqua possit ef-



fluere. Hâc igitur de causâ medium tectum in longitudinem à priori & poste-  
riori parte attollitur, vtrinque autem à parietibus humile est. Maiores igitur ad  
exemplū alarum demissarum hanc partem domus ab aquilâ videntur *ἀετῶν* ap-  
pellasse, quo vocabulo tectum appellat & Pindarus in pleiadibus, vbi ait,

*χρύσεια δ' ὄξυπύρρα αἰετῶν ἀειδὼν κληιδόνες.* & Euripides in Hyspyle, cū inquit,

*τὰ δὲ πύρρα αἰετῶν Ἰθαμυλλῆσσι κόραι γυρᾶπρος εἰσι πρόσβλεπτον τύπας.* quod *πύρρα* turrim

significet, idoneus testis est Diocles Charistius, qui iuxta verba (*πύρρα φασιν* gre-  
ci dicūt) locū hūc exponit ī libro de fascijs. Inquit igitur [atrahēda scala est ad  
turrim altā, vel ad culmē domus] vbi turrim, quā Hippocrates *πύρρον* dixit.

- 21" **L**ocus autem super quem concuti homo debet, renitatur: qui verò sursum  
" attrahunt, non ignari sint, vt æqualiter, rectē, & in neutram partem incli-  
" nantes repētēque demittant, ne scala in alteram partem inclinata ad terrā per-  
" ueniat, nēve ipsi in priorem partem conuertantur.

Summam scalam à sublimiori loco suspensam, quæ (vt dictū est) alligatum  
hominem habeat, in panimentum subitò demittit, vt cadente hâc, atque con-  
cussâ recondantur spinæ vertebræ suo loco motæ. Meritò autem ad hūc vsum  
duro & renitenti pauimento opus est. nam, si itā molle sit, vt cedat, spinæ con-  
cussus remittetur, ac sine vllo effectu res erit.

- 23" **V**bi verò à turri demittas, vel à malo, qui carchesiū habeat annexū, cōmo-  
" dius adhuc rem parabis, si à trochleâ, vel ab axe funes demittas, sed mole- 20  
" stum est in his longius immorari. Per has tamen machinationes concuti quis  
" maximē poterit. Quod si spina in parte admodum superiori gibba fuerit, at-  
" que omnino concuti hominem oporteat, expedit in pedes concuti, vt iam di-  
" ctum est. hoc siquidem pacto magis in inferiorem partem compelletur.

Quū scala ex sublimiori aliquo loco suspensa in terram demittenda sit, re-  
pentē, æqualiter, & in neutram partem inclināta, satiū est, inquit, vincula ipsa  
circa trochleas volui, sic enim facilē, æqualiter, & sine inclinatione ducentur.  
Antea turris tantū, & cacuminis domus mētionem fecit, nunc malū adiun-  
git, quem *ισίον* appellat, significās maximū atque erectum tignum, cui summo  
superpositum est aliud lignū transuersum, à quo suspenditur velum, quod *ισίον* 30  
græcē nuncupatur. Differunt enim inter se *ισίον* trium syllabarū, & *ισίς* duarum.  
hoc siquidem vocabulo malus significatur, qui (vt retuli) tignum est, quod in  
naui erectum affigitur: sed illo linteū, quod à vētis inflatur. funes verò in sum-  
mo malo carchesij nominantur. Ergo vbicunque ad suspendendam scalam  
malo vtendum est, id efficiendum est per trochleas, & carchesios. nihil etiam  
deterius esse affirmat ad hæc vti axiculis, quos appellat *ὀξυκτες*.

- 24" **F**vlcire autem pectus debes ad scalam fortiter alligans, atque item ceruices  
" habena valdē laxâ, quatenus, quod excessit in suum locum reuertatur: atq;  
" insuper caput à fronte ad scalam deuincire, ac brachia extenta ad corpus non  
" ad scalam. reliquum tamē corpus solutum sit, nisi quod pluribus locis habena 40  
" laxa circumdetur, quatenus, quod excessit, in suum locum reuertatur.

In superioribus quoq; ostendimus *ῥήματα* dici ab Hippocrate fulcimenta, &  
*ῥήματα* fulcire: atque hoc esse, quod à poetâ scribitur, *ἄπο δ' ἔρεον ῥήματα νηῶν.*

A Scala cum scorteis puluinis.

B Turris alta.

C Locus, super quem homo concuti debet.

D Trochlea.

Sed videndum





25. **S**ed videndum est, ne huiusmodi vincula concuti hominē non sinant. crura verò non ad scalā, sed inter se vincienda, vt è regione spinę dependant. hæc siquidem itā admouere cōuenit, si homo super scalā omnino concutiēdus sit. turpe autem est in omni arte, nec minùs etiā in medicinā sine vllō profectu magnam adhibere turbā, magnū spectaculum polliceri, & multa verba facere.

Quòd si homo, qui concutitur, nullis corporis partibus, exceptis superioribus, ad scalam vinciatur, facillè in latera deuoluitur: at rursus, si fortiter alligetur, vt immobilis sit, concussu nihil leuatur. Ambo hæc igitur spectantes itā hominem vinciemus, vt neque immobilis sit, quū cōcutitur sub vinculis firmiter adstrictus: neque itā laxè super scalā contineatur, vt in latera deuoluatur. Hippocrates autem huiusmodi extendendi rationem contemnens, quo tamen modo optimè adhiberi posset, adscripsit. Quandoquidē vidit, qui eā vtuntur, nescire ipsam optimè adhibere. huc accedit quod superius dixit [minimè enim diffido nōnulla restitui posse, si quis rectè præparās extendat].

26. **I**n primis quidem cognoscendum est, quæ sit natura spinæ. ad multos enim morbos eā opus est.

Notare semel alicubi volumus, atq; in memoriā reducere, quæ à nobis dicta sunt à principio in primo libro de ratione corporū incidendorum Hippocratis, in quo empiricorū impudētiam cognosces, qui audēt Hippocratem appellare empiricū. Fuit enim omnium, qui medicinam exercuerūt, maximè experiens, maximèque experimentorum spectator, ijsque omnia comprobauit, quæ multis fretus rationalibus argumentis inuenit. potissimūque rationi corporum incidendorum operam dedit, vt quæ mirum in modum ad artem conferat, quod nunc apertè docet, cū spinæ naturam intelligi velit, quam empirici non secus quàm cæterarum partium omnium esse inutilem dicunt.

27. **V**ertebræ igitur ab interiori parte, quā ad ventrem spectant, inter se sunt æquales.

Vertebræ à posteriori parte processum exigunt acutum, extremā parte cartilaginofum, qui spina nuncupatur: à cōtrariā verò priori scilicet, siue interiori (vtroque enim vocabulo nuncupatur) æquè cartilaginem superiectam habent, quā rotundæ sunt, & leues nullūmq; acutum processum exigunt, neque prorsus eminētiam aliquam, vel breuissimam, quemadmodum & à posteriori parte, & à latere. Quales igitur singularū vertebrarum processus sint ex cadauere arido intelliges. ex quo planum etiam fiet id, quod ait vertebrae ab interiori parte esse æquales, hoc est, æquari singulas, quā inter se iunguntur. Quoniā igitur eā parte nullum processum habent, aptissimèque inter se conueniunt, æquales esse inter se dixit, hoc est æquari, eā parte, quā coherant.

28. **A**lligantur autem inter se mucoso ac neruoso ligamento, quod à cartilagine orsum vsque ad spinæ medullam progreditur.

Naturam commissuræ vertebrarum ad vnguem indicat. non enim altè admodum in vnitatem cōeunt à parte interiori, sicut nonnulli existimarunt. nam sic vbi in posteriorem partem plurimum curuanda spina esset, vel ex toto reniterentur, vel diuellerentur. nunc autem res aliter habet. quū non cōeant in vnitatem, sed veluti vinculo alligētur mucoso, neruosoque, atq; idcirco leniter aliquid hāc parte mouētur, quā nullo modo motæ fuissent, si continuarentur. At neque vinculum earum ad spinæ medullā vsque pertinet. Sed interiecta aspera membrana in orbem medullam ipsam complectitur, quæ non secus, ac cerebrum



1 cerebrum tenui membranâ primò velatur, postea crassiori. sed hoc tegmento spinæ medulla septa est præter ea, quæ in cerebro sunt, ne doleat, quum vertebrarum ossibus offenditur, ubi spina mouetur. Circa ipsas autè vertebrae innatum est vinculum mucosum, hoc est glutinosum, & quasi pituitæ plenum, ut vertebrae promptius moueantur, ipsûmque vinculum minùs lædatur. In vehementi enim motu abrumpuntur, quæ sicca sunt, & sine humore, atque idcirco qui loris ad vehicula, & iumenta vtuntur, ipsa inungunt. quanquam eiusmodi mucosus humor in omnibus articulis ob eandem causam inuenitur.

10 **Q**uædam alia etiam ligamēta nervosa, perpetua adnascuntur, & hinc atque hinc à lateribus ipsarum intendunt. 29

Perpetua ligamenta intellexit, quæ à superiori parte deorsum feruntur plurimum longa, nihil tamen habeo, quod scribam, quamobrè ligamenta, quæ iuxta intendunt, nervosa dixerit. dicendum enim fuit, nō nervosa, sed nervi, nisi si valida appellauit nervosa. nervi autem euidenter per vniuersum thoracē iuxta vnamquamque vertebram intendunt, quorum superiorem originem in corporibus incidendis demonstrauimus. ad ceruices autem & lumbos super vertebrae muscoli sunt, per quos feruntur nervi.

„ **D**e venis autè & arterijs huc pertinentibus alibi tractabimus, quot & quales sint, unde inchoentur, quidque in quibus possint. 30

20 **H**as quoque didicistis in corporibus incidendis. sed & in libris, quos de venis & arterijs, de nervis item incidendis habetis. quæ omnia diligentius tradidimus in libro de ratione incidendi corporis. quare pluribus hinc de illis agere operæ precium non est. quum neque ipse Hippocrates persequi in hoc opere vniuersam earum naturam velit, sed eam sicut alia multa in alium locum differat. licet, quæ de venis & arterijs scripta nunc pollicetur, non extent. de nervis autem iuxta vertebrae tendentibus in secundo libro de morbis vulgaribus, non plenè quidè, sed in commētarij modū tractauit, tanquā de alijs, quæ nos ostēdimus in eo libro commētarij modo, & nō plenè ab Hippocrate scripta. solūmodò enim primū & tertiu librum de morbis vulgaribus absoluit, ita, ut edi possēt.

30 **T**um de medullâ spinæ, quibus tegmentis tegatur, unde originem ducētibus, quâ parte finitis, quibus cum coniunctis, quidque valentibus. 31

Tegmenta ac velamenta alicuius rei veteres appellant ἐλυστρα, atque idcirco Hippocrates nunc medullæ spinæ tegmenta ἐλυστρα nuncupauit, quæ nos paulò antè narrauimus. duo quidem intrinsecus omnino sunt: extrinsecus verò communia omnium vertebrarum ligamenta. Oriuntur autem membranæ à membranis, quæ cerebrum tegunt, sed tertium velamentum, quod extrinsecus eas complectitur, originem habet à caluariâ, quâ cum prima vertebra committitur. Huiusmodi autem ligamenta nō secus, atque ipsa medulla ad imam spinam finiuntur [finitis] Hippocrates dixit κρανίου, sicut poëta quum inquit,

40 **Εἰς τὸν δὲ κρανίου γὰρ καὶ εἰς πλεῖστον μέρος ἔσται.** quid verò possint, exquisitè iam ostendimus in opere de ratione corporum incidendorum, atque etiam in proprijs libris, inter quos præcipuus est, qui de vsu partium inscribitur. nunc autè scripsisse abundè est membranas, quæ cingunt spinæ medullam, eundem prestare vsum, atque in cerebro, quod crassâ membranâ defenditur, ne à circumpositis ossibus lædatur. Est & aliud cerebri velamentū, & quasi cutis innata, quo hæc necantur, nempe tenuis membrana. de tribus autè his tunicis in medullâ spinæ paulo suprâ pertractauimus.

- 32<sup>m</sup> **I**N vltiore autem parte, vertebræ cardinis modo commissuras habent. 1  
 Quum explicare spinæ naturam instituerit, orsus ab interioribus partibus  
 ipsius, quæ vertebræ apte inter se coherentes ad ventrem spectant, & inter se sunt  
 æquales, iure nunc subdit, [In vltiore autem parte vertebræ cardinis modo com-  
 missuram habet]. vltior enim pars ijs, quæ propositæ sunt, erit posterior, quæ  
 inquit vertebras cardinis modo inter se committi. non debes autem intelligere po-  
 steriorem partem eam, quæ sita est contra ligamentum propositum, quod scilicet  
 à iuncturâ vertebrarum procedit, is enim locus medijs exquisitè posterior est,  
 vbi spina tantum est: sed eam, quæ vtrinque est à commissuris ipsarum vertebra-  
 rum. quæ, si ad spinam referatur, erit à lateribus spinæ: si ad priorem partem, in 10  
 quæ dixit vertebras inter se colligari, posterior. scripsit autem eas commissuras  
 cardinis modo esse, quoniam quatuor exigunt processus, quibus committuntur,  
 duobus quidem admittunt eminentias proximæ vertebræ, duobus se in alte-  
 ram insinuant. efficitur autem quodammodo structura cardinum similis.
- 33<sup>m</sup> **N**erui omnium communes, & ad exteriorē partē, & ad interiorē procedunt.  
 Pars vertebrarum, quæ ei opponitur, quæ illigantur, posterior & exte-  
 rior appellari potest: sicuti ea ipsa, quæ illigatur, interior, & prior. verum à po-  
 steriōri parte non reperiuntur nerui, quos nunc *πρωτος* dixit, si nerui intelligatur,  
 qui motum voluntarium præstant. quæ enim vertebræ inter se committuntur,  
 foramen est, per quod vnusquisque nervus à spinæ medullâ traiectus, protinus 20  
 distribuitur, cuius aliæ partes ad priorem regionem intendunt, aliæ ad poste-  
 riorē, atque in musculos dissipantur, qui, quum spinæ superiecti sint, *ἐκχρηται*  
 græcè nominantur.
- 34<sup>m</sup> **S**ingularæ autem vertebræ, tam maiores, quàm minores in exteriorē partem  
 singulos processus exigunt. his autem processibus adiecta est cartilago, atq;  
 ab eâ germen oritur ligamentorum, quæ neruis exterioribus germana sunt.  
 Singularum vertebrarum processus per medium dorsum intendunt, atque  
 vniuersam spinam componunt. extremo autem processui cartilago innexa est, à  
 quâ oritur germen ligamentorum, quæ (vt ipse ait) neruis germana sunt, quo si-  
 gnificauit, vel simillima, vel inter se coeuntia, immixtaq; vtrūq; enim verū est. 30
- 35<sup>m</sup> **A**diunctæ autē costæ sunt capitibus in interiorē partem spectantibus ma-  
 gis quæ in exteriorē, quæ sigillatim cum vnaquaque vertebrâ committuntur.  
 Costæ, id est, thoracis ossa, quæ à spinâ intendunt transuersa ac modicè ob-  
 liqua ad pectus, græcè non modò ab Hippocrate, sed ab omnibus iunioribus  
 medicis, nominatè sunt *πλευραι*. Has inquit cum vertebris committi, quod *πλευρ-  
 αιδος* dixit, quasi dicat *πνευματος*, quod vocabuli apud iuniores medicos ma-  
 gis in vsu est. eo enim significat ossium commissuras quibus talis inest motus,  
 vt sensu aliquatenus percipi possit. Costarum capita vocauit extrema, per quæ  
 cum vertebris coniunguntur, in radices processuum à lateribus se insinuant.  
 Exquisitè autem dixit ipsas magis in interiorē partem spectare. nostis enim 40  
 rem ita se habere. ipsarum verò commissuram quodammodo duplicem con-  
 speximus. quam rem Hippocrates prætermisit, vel quod non ex toto vniuer-  
 sam naturam commissuræ fuerit intuitus, vel quod tam diligentem eius inqui-  
 sitionem ad propositum pertinere non existimauerit.
- 36<sup>m</sup> **M**aximè autem flexæ sunt hominis costæ, & modo eorū, quæ curua sunt.  
 Inter omnia animalia homo costas habet maximè curuas, quoniam  
 & pectus omnium latissimum: ex cæteris verò animalibus, alia magis, alia mi-  
 nus acuto



nūs acuto pectore sunt. latissimi autem pectoris est homo, dein simia, quæ pectus habet angustius homine, latius quam cætera animalia. Commune est autem omnium animalium, quæ thoracem habent, costis esse ab exteriori parte, quæ tangimus. gibbis, à cōtrariâ, intrinsecus scilicet, simis. Id enim necessarium hominibus fuit, ut thoracis spaciū latum redderetur, quoniā iuxta os pectoris dirigi costas oportuit: reliquas earum partes, quum deberent ad spinæ vertebrae peruenire, opus fuit plurimum curuari. Res igitur, quam proponit, ex eo apertè intelligitur, quod ipse ait costas maximè curuas esse, quòdque earum figura talē se ostendit. Restat quæstio, quæ ad rem non pertinet, sicut prior, sed  
 10 ad vocē, quum Hippocrates explanationis, vel exempli causā vsus fuerit verbo *ῥοιβοσθέν*, quod maiore affert obscuritatē, q̃ res ipsa, cuius gratiā id exēplū affertur. tunc fortasse vox erat vsitata, alioquin verba hæc [modo eorum, quæ curua sunt] non dixisset *ῥοιβοσθέν ὁσίων*: deinde vsu explosa, obscura effecta est. Vox quidē *ῥοιβοσθέν* per *κ*, apud Theocritū curuū significat in eo carmine, ubi inquit,  
*ῥοικὸν δὲ κελὺς ἀγριελιάς θειγέρε νύμφαις.*

Idem quoque significat apud Archilocum, quum scribit,

*ἀλλὰ μικρὸς πρὸς ἐν, καὶ πρὸς νύμφας ἰδὲν.*

*ῥοικὸς ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσὶ καρδίας πλέας.* Apud Nicandrum similiter,

*ἄλλοι δὲ ῥοικοῖσιν ἰσθμῶς ἀντὰ πύργους, γυῖα βαρύνονται.*

20 Per *β* autem scriptum *ῥοικόν* nescio quid sibi velit. Quanquam in nonnullis exemplaribus per *β* scribatur, sed in magis probatis, per *κ*.

» Quid autem inter costas est, quòdque inter processus ossium vertebrarū, 27  
 » utrinq; complent muscoli, qui à ceruicibus orsi vsq; ad nexū iutendunt.

Quod in corporibus incidēdis apparet, non admodum consentit cum verborum sententiā. nam quod apparet huiusmodi est. à costarum capitibus, quæ cum vertebrae committuntur, muscoli sunt à posteriori parte, qui *ἐκχέται* nuncupantur, alij in longitudinem spinæ tēdunt vsque ad initium crurum: à priori parte in longitudinem musculi non procedūt, sed transuersi inter costas, quos *μεσσηθρίου* appellant: deinde ad aliquot costas pertinent muscoli, qui stomacho subiecti sunt, à quibus totum collum in priorem partē attrahitur, & paululum etiam annuit, ubi capitis commissura non moueatur. ipsa enim per se maximum habet motū in annuendo, & abnuendo, si quis eam cum vertebrae conferat, quæ post primas sunt. aliarum enim inter se commissuræ paululum mouentur: sed & à regione iuxta lumbos procedunt ad extremas thoracis costas eorum musculorum summitates, qui *πέποι* dicuntur: in medio autem thoracis ad costas musculi non pertinet, qui siti sunt ad vertebrarum processus à lateribus positos, quæ cōmitti costas posui: sunt & alij duo musculi angusti, atque exigui, qui ab exteriori parte per vniuersum thoracē iuxta musculos, qui *ἐκχέται* dicuntur, intendunt à priori parte, non à posteriori versus spinam. Hæc  
 30 igitur est positio, ac natura musculorum circa vertebrae, quæ ex corporibus incidendis inuenitur. Videamus deinceps de quibusnam Hippocrates meminerit. ac de ijs quidem, qui inter costas sunt, patet ipsum minimè egisse, quum ait [musculi, qui à ceruicibus orsi] superest igitur, ut eos intellexerit, vel qui *ἐκχέται* dicuntur, vel, qui iuxta hos siti sunt. sed neutri rectè dicitur, quod inter costas est, quòdque inter processus ossium vertebrarum, complere. *ἐκχέται* quidem musculi vniuersis propositorum ossium commissuris in toto thorace superiniectioni sunt à posteriori parte, nihil relinquentes, quod non contegant, sed



omnes costarum radices, & vertebrarum processus, qui à lateribus sunt, ad hæc 1  
quod inter ipsas radices est, complectuntur. Angusti autem musculi, qui iuxta  
hos versus priorem partem siti sunt, protinus post commissurâ sunt, ad extre-  
mitates eorum processuum, quos vertebræ à lateribus exigunt: quinetiâ, quod  
in fine propositorum verborû adiungit [vsque ad nexum] si de angustis mu-  
sculis intelligatur, necesse est ad septi trāsuerfi nexum referamus, sin de ijs, qui  
*ἐσχατοι* vocantur, ad crurum nexum, quem *πέσφις* dixit, crurum fortasse iun-  
cturam intelligens. Equidem verba hæc nequeo accommodare ad id, quod sen-  
sui apparet, arbitrórque initio protinus errasse primum librarium, sicut in alijs  
multis veterum scripturis. Sed, quùm ità habeant, quæ in corporibus apparent, 10  
quæstio idoneæ expositionis communiter omnibus proponatur. quod autem  
distinctû, & aliquatenus probabile videtur, huiusmodi est. Costas accipiemus  
pro ipsarum costarum capitibus: processus ossium vertebrarum, pro ossibus,  
quæ spinam constituunt: sed musculos complentes vtrinq; eam regionem, quæ  
interiecta est, *ἐσχιότας* intelligemus: nexum septi transuerfi. Pelops autem præ-  
ceptor noster costas, nunc ab Hippocrate voluit nominari omnes vertebrarum  
processus, qui à lateribus sunt: sed nexum retulit ad septum transuersum.

38" **I** Psâ autem spina in longitudinem rectè obliqua est.

**I** Obliquam dixit *σκολία* eam sic appellare solitus, quæ in latum inclinata est:  
nunc autem nō in latum, sed in posteriorem & priorem partem significare vult. 20  
spina enim in lōgitudinem recta paululum in posteriorem & priorem partem  
inclinatur, vt ipse deinceps docebit.

39" **A** B osse sacro vsque ad magnâ vertebram, quâ inhæret crurum nexus, spi-  
na caua est. quoniam vesica, partes naturales, & id intestinum, quod la-  
xum est supra anum, hâc parte continetur.

Crurum nexus, multis modis intelligi potest, maximè quidem propriè for-  
tasse is, qui à coxarum commissurâ est, quùm scilicet femoris caput coxarû ossi  
per lata ligamenta illigatur, & per id, quod rotundum est, quo altissimis par-  
tibus caui ipsius coxæ innectitur, tum per musculos, qui commissuram femoris  
mouent. meritò vtique dici potest crus necti superioribus partibus: deinde per 30  
nervos, postea per arterias, & venas. Videtur autè hic Hippocrates nexum per  
nervos exponere, quùm ab extremâ lumborum vertebrâ, quæ cōmittitur cum  
osse, quod & latum & sacrum nuncupatur, oriantur nerui, qui tendunt ad cru-  
ra. comprobatur autem, vel ex eo, quod in corporibus incidendis apparet, ve-  
sicam, & partes naturales, & id intestinû, quod laxû supra anum est, hâc parte  
contineri, quamobrè ab xteriori parte gibba structa est. Naturales partes quas  
*γαστὴρ* dixit, intellexit eas, quæ generationi accommodantur, vterum in fœmi-  
nis, quæ semini aptantur in maribus, *γεννητήρ* nuncupantur. id autem, quod  
laxum est supra anum dixit *χαλαρόν ἀρχὴν*. id siquidem sacro ossi superimpo-  
situm est, & reuerâ laxum est, quùm non habeat musculos, qui extremum inte- 40  
stinum rectum adstringunt.

40" **A** B hâc ad septi transuerfi nexum, recta in interiorem partem recuratur.  
Hâc parte nihil tale spinæ insidet, quales in inferiori vterus & vesica.  
Quare non necesse fuit ab interiori parte simam esse, atque idcirco, neque ab  
exteriori parte gibbam, sed hâc parte spinam paululum intus spectare. sulci-  
ri enim ab ipsâ magnam arteriam, ac venam oportebat.

Atque

1 ~ **A** Tque hic locus solus ab interiori parte adiunctos habet musculos, quos 41  
 ~ *ῥέας* appellant.

Ex his potissimum verbis conijcere quis posset, Hippocratem spinę non annu-  
 merasse vertebra cervicū. quasi enim spina vniuersa lato ossē & vertebra,  
 quę ad lumbos, & quę ad thoracem sunt, contineatur, dixit [Atque hic locus  
 solus ab interiori parte adiunctos habet musculos]. Nam, si spinę cervicū quo-  
 que vertebra annumeret, falsum utique erit hunc locum dūtaxat habere ad-  
 iunctos musculos, cū & in cervicibus ab interiori parte grādes muscoli cōti-  
 neantur. quos, quū grandes sint, non latuisse Hippocratem nemo ignorat.  
 10 quando etiam, si exigui fuissent; nullo modo ipsum latuissent. horum tamen  
 musculorum, qui *ῥέας* nominantur, particulam vsque ad eam regionem perti-  
 nere, quā septum transuersum innectitur, propositis verbis non notauit, ut qui  
 operæ precium esse tam exquisitè docere non existimaret.

~ **A** B hoc item ad magnam vertebra, quę sita est sublimior cōmissurā hu- 42  
 ~ meri cum lato scapularū ossē, recta in gibbum vertitur, sed magis ad huc  
 ~ videtur, quā sit. habet enim spina in medio ossium processus altissimos, ab  
 ~ utrāque autem parte humiliores.

Vertebrę, quę ad costas sunt, ab interiori parte simę paululum videntur, à  
 posteriori gibbæ multum propter spinę processus. vertebra autem, quā ma-  
 20 gnā dicit sitam super commissurā humeri cum lato scapularum ossē, noui-  
 stis, & reminiscēdi causā habetis in commentario, quem de ossibus scripsi. His  
 autem, quę proponuntur, accommodanda illa sunt: neque opus est me vltius  
 explanāte, nisi si quod verbū alicubi occurrat, quod expositionē requirat, cuius  
 causā huiusmodi cōmentaria scribuntur. quę admodū euenit in hoc ipso loco.

~ **I** Psa verò cervicū commissura in interiorē partē spectat. Quibus igitur 43  
 ~ vertebrae gibbę sunt, magnā vi coniūctione abruptā expellitur, vel vna ver-  
 ~ tebra, vel plures. quę res non accidit multis, sed paucis. non enim facillē incidūt  
 ~ huiusmodi casus. nam nec facillē in exteriorē partē veniunt vertebrae, nisi à  
 ~ priori per ventrem vehemētī ictu truantur, sic autem homo interiret: aut nisi  
 30 quis ex superiori loco decidens in coxas, vel scapulas cadat, sed & sic quoque  
 ~ expiraret. A posteriori autē parte non facillē expellitur vertebra in interiorē,  
 ~ nisi aliquid graue admodum super ipsam incidat. ossa enim, quę ab exteriori  
 ~ parte procedunt, singula talia sunt, ut potius frangi possint, quā coactis liga-  
 ~ mentis, valdē in interiorē partē erumpere.

Speciat in priore partē, dixit *λεξῆς*. itā enim conspicitur. Duę autem  
 sunt primę vertebrae, quibus cervicū commissura efficitur, post quas relin-  
 quuntur tres, quarum non meminit, quomodo collocatę sint inter secundā, &  
 sextam, nempe tertia, quarta, & quinta, quę maximē videntur rectum positum  
 habere. hæ autem vertebrae longē minores sunt duabus, & præcipuē tertia,  
 40 quarta enim hęc maior est, sicut his rursus quinta, sexta verò non his duntaxat  
 maior est, sed septimā etiam. Ab hęc autē vsque ad extremā spinā pro ra-  
 tione altera maior alterā est. si hæc in homine perpendātur, vel in eā simiā, quę  
 hominis faciem magis repręsentat, & magis quā ceterę, recta inambulat.  
 namque hæc, & in alijs, & in ossibus homini simillima est. vnū autem in spi-  
 nā habet aliarum quoque quadrupedum commune, quod in homine non re-  
 peritur, nempe lumbos pro magnitudine reliquarum partium corporis lōgio-  
 res, quā homo, cui ad lumbos quinque duntaxat vertebrae sunt. In simijs au-



tem sicut in alijs quadrupedibus sex. Illud autem animaduertere in propositis verbis oportet, quod Hippocrates, quum de spinæ figurâ tractare cõstituisset, orsus hoc modo [Ipsa autem spina in longitudinē recta obliqua est] in extremâ oratione adiecit [ipsa verò ceruicū commissura in interiorem partē spectat]. videbitur enim hic rursus ceruices spinæ partem posuisse.

- 44<sup>n</sup> **E**T articulis, qui alios recipiunt, & in alios coniiciuntur. medulla item spinæ laboraret, si parum per loco mota inclinaretur, vertebrâ hoc modo expulsa: luxata in super vertebrâ medullam cõprimeret, si non laceraret. hæc autē compressa, detentâque multis locis grandibus, & præcipuis, torporem afferet, ita, vt medico nō amplius curæ esset, quâ ratione dirigere vertebram deberet, circumstantibus multis alijs malis violētis. sed manifestum quoque est restitui non posse, neque concutiendo, neque aliâ viâ.

Vertebrarum articulos dicit in processibus à lateribus sitis, quorū alter alterum excipit. eos autem ait recipere, & in alios coniici, eo quod vtraque vertebrâ duobus processibus sublimioribus cum superiori vertebrâ committatur: duobus humilioribus cum inferiori, sic, vt alijs proximæ vertebræ processus admittat, alijs in alterius processus coniiciatur. quæ perfectè exequuti sumus in libro de ossibus.

- 45<sup>n</sup> **N**isi hominem feces, deinde manu altè in ventrem inditâ ab interiori parte in exteriorē compellas. quod quidem mortuo fieri licet, viuentē, nullo pacto. Quorsum igitur hæc scribimus? quoniam nonnulli sibi persuadēt se fassenasse eos, quibus vertebræ articulis ex toto excedentes in interiorē partem venerunt. Quanquā nonnulli facillimum existiment vertebris eo modo luxatis euadere, nihilq; opus esse restituere, sed eas per se restitui. Multi sanè ignari sunt, & ob imperitiā lucrum faciunt, vulgo enim suadent. hoc itaq; pacto decipiuntur. spinâ, quæ in dorso extat, putant esse ipsas vertebrae, nam singula tactu ibi rotunda sentiuntur: neque intelligunt hæc ossa à vertebris processu (de quibus paulò suprà tractauimus) ipsas verò vertebrae multo magis in priorem partem sitas esse. Siquidem ex omnibus animalibus homo pro magnitudine ventrem habet angustissimum à posteriori parte in priorem, præcipuè ad thoracem. Ergo, vbi aliquod ex ijs ossibus, quæ valde excedunt, comminuat, siue vnum, siue plura, is locus humilior fit, quàm qui hinc est, atque hinc. ac propterea errant putantes vertebrae in interiorem partem procidisse. quos item fallit habitus eorum, qui ieti sunt. nam, si curuari velint, dolent, cum quâ parte percussi sunt, cutis tendatur, sicq; ossis fragmēta carnem magis vulneret: sin ita figurari, vt spinâ à posteriori parte caua sit, leuatur. cutis enim, quâ fractura est, laxior efficitur, & ossa minùs vulnerant. quin si eâ parte tangantur, cedunt, spinam in priorem partem compellētes, isque locus inanis & molli tangenti apparet. Hæc omnia, quæ dicta sunt, medicos fallunt. citò autem, ac sine aliquo detrimento huiusmodi homines per se sanescūt. Hæc enim ossa omnia, quæ rara sunt, callo celeriter glutinantur.

- Manu altè indere in ventrē, causâ conquirendi, quæ ibi sunt, dixit *et quælibet*. 46<sup>n</sup> **I**am verò ijs, qui sani sunt, obliqua spina fit pluribus modis: namque & naturâ, & vsu sic habet, sed & ob senium, & sub dolore. hæc siquidē colligandi vim habent. Gibba autē plærunque fit, quum homo vel in coxas, vel in scapulas cadit. necesse enim est in spinâ gibbâ vnâ aliquam vertebram reliquarum omnium conspici maximè sublimem. eas autem, quæ hinc atq; hinc sunt, minùs.



1 » minùs. Nec plurimum huiusmodi vertebra ab alijs recedit, sed parum, quando  
 » singulæ subitò plurimum cedunt. Hâc igitur de causâ, & spinæ medulla facilè  
 » fert, quùm ità peruertitur, quùm fiat gibba in orbem, non ad angulum.

Vbi spina gibba fit, hoc est, in posteriorem partem conuertitur, *κύφωσις* ap-  
 » pellat. *λόφωσις* vbi curua spectatq; in priorem: vbi obliqua & in latera *σκολιασµ*,  
 » quo verbo vtitur alio modo ad omnē spinæ deprauationem significādā, in-  
 » dicans verbum generale magis esse quam alia. in quā significatione nunc quo-  
 » que ait spinam *σκολιασµ*, quasi dicat quouis modo peruertere: atq; in superioribus  
 » etiam dixit, [Ipsa autem spina in longitudinem rectè obliqua est] obliquā vo-  
 » cans *σκολίω*, vbi eam inclinare in priorem & posteriorem partem indicauit.

30 » **O**Portet autem restituēdi rationem huiusmodi præparare. commodè quæ 47  
 » dem lignum firmum ac latum, quod in longitudinem incisum sit, fodi-  
 » tur: commodè etiam pro ligno paries in lōgitudinem excauatur, quod cauum  
 » à pavimento, vel cubitum, vel quantum res exigit, attollatur. Dein veluti qua-  
 » drata columna querna transuersa adhibetur, quæ à pariete eatenus recedat, vt  
 » aliquis inter vtrūque vbi opus sit, transire queat. sternitur columna hæc, vel tu-  
 » nicis, vel quāpiam re, quæ mollis sit, & non admodum cedat. Homo fouetur, &  
 » si sustinet multā aquā calidā lauatur: deinde in ventrem iacet, extētus brachijs  
 » secundum naturā porrectis, atque ad corpus alligatis. Lorū item molle latūq; in-  
 » 20 abundè, & longum, quod cōstet duabus habenis, medium medio pectori in-  
 » iectum bis circumdatur, quātum potest iuxta alas, postea, quod ex loris super-  
 » est, circa alas humeri capiti obuoluitur, capitāque ad aliquod lignū cuiusmodi  
 » pistillum est, alligantur. eorum enim longitudo aptatur longitudini eius li-  
 » gni, quod subiectum est, vt hoc pistillo extendenti mora sit. Huiusmodi etiam  
 » aliud vinculū super genua, & super calces datur, capitāque eius ad aliquod ta-  
 » 30 le lignum vinciūtur. Aliud insuper lorum latum molle ac valens habenæ mo-  
 » do conuenienter longum, ac latum coxis in orbem firmiter deuincitur, quā-  
 » maxime potest prope coxas: deinde lori, quod superest vtrumque caput simul  
 » ad lignum, quod ad pedes sit, alligatur. Homine ità figurato intentio in di-  
 » 30 uersa adhibetur, sine vllā inclinatione simul, & recta. nullum enim magnum  
 » detrimentum inferre eiusmodi intentio potest, si rectè præparetur, nisi quis de  
 » industriā id agat: medicus verò vel alius quiuis modò præualens sit, & nō im-  
 » peritus, sublimiori vnus palmæ parte, quā spina gibba est, datā, atque alterius  
 » palmæ sublimiori parte superiniecā comprimit, intuitus num rectā deorsum  
 » versus caput, vel versus coxas debeat comprimere. Adhibetur autem hoc mo-  
 » do vis maxime innocenter: innocenter etiam, si quis super eam partē, quā spi-  
 » na gibba est, sedeat, simulque vbi homo extenditur, se attollens concutiat: sed  
 » & pedibus consistere super spinā, quā gibba est, sustinerique & leniter concu-  
 » tere, nihil prohibet, ad quam rem satis idoneus est quilibet palæstræ assuetus.  
 » 40 Aptissimè autem cogitur, si paries, qui excauatur, vel lignum, quod foditur,  
 » quatenus conuenire videbitur, infra hominis spinā incidatur: asser verò è tiliā,  
 » vel ex altero ligno non tenuis secetur. tum super spinā, quā gibba est, vel mul-  
 » tiplex panniculus, vel paruus aliquis puluinus scorteus imponatur, sed quan-  
 » tum minime potest, conuenit hæc subijcere, videndum est solummodò, ne as-  
 » ser præ duritie frustra dolori sit: ea autem pars spinæ, quæ gibba est, sit maxi-  
 » me è regione eius partis, quā paries excisus est, vt asser, quā maxime spina ex-  
 » tat, superimpositus maxime premat: adhibitus verò asser à ministro vno, vel

„ altero si opus fuerit, cogatur, alij (vt suprà ostēsum est) hinc atque hinc in lon-  
 „ gitudinem corpus intendant. Licet & per axes extendere, vel iuxta lignum  
 „ defossos, vel contentos in quibusdam lignis in ipsum defixis, quæ erigantur,  
 „ siue vtrinque à lateribus paululum extantia, siue in vtrâque eius extremitate.  
 „ Accommodatur autem vis, quæ per hæc adhibetur, & vbi vehementiore, &  
 „ vbi leniore opus est. tantum enim roboris habet, vt si quis non in medicinâ,  
 „ sed ad torquendos homines eam adhibeat, præstanter ad id valeat. ità, vt, siue  
 „ tantum extendamus in longitudinem, hinc atq; hinc nihil vltra cogentes, siue  
 „ citra intentionē assèrem duntaxat admoueamus, abundè sit. Optimum autem  
 „ est vti eiusmodi viâ, quam in ipso vsu, & intendendo, & remittendo modera- 10  
 „ ri potes, quæ vè secundum naturam est. Quæcunque igitur extant compressa,  
 „ in suum locum redeunt: quæ præter naturam coierunt, intenta secundum na-  
 „ turam compelluntur. Equidem cogendi alium modum meliorem, aut iustio-  
 „ rem habeo nullum.

- A Quadrata columna palmi vnus  
altitudine pannis strata.
- B Pistilla ad caput & pedes.
- C Laquei pectus circumdantes, qui  
feruntur ad superius pistillum.
- D Laqueus super genu & talos.
- E Lorum coxis firmiter alligatum.
- F Paries excauatus.
- G Asser è tiliâ spinæ, quâ maximè  
gibba est, superimpositus.

Quæ subijcit,





Quæ subijcit, plane omnia explicat. quare si quis non percipit, quæ proponuntur, huic non explanatione opus est, sed monstratione. quin & commentaria ad eos scribuntur, qui eiusmodi curationes iam inspexerint. Monui etiam in superioribus, vt, si quis primâ lectione nō intelligat, quæ ita clarè ab Hippocrate scribuntur, iterum & tertio, & sæpius diligenti animaduersione relegat.

quodd, si hoc faciat, quæ planè ab ipso traduntur, omnino intelliget.

48 **N**Am quum è regione ipsius spinæ intentio adhibetur, ab inferiori parte, & iuxta os, quod sacrum appellatur, non est locus, qui prehendi possit: à superiori iuxta ceruices & caput, est quidem, sed aspectu indecorus, præterquam quodd, si corpus ab hac parte valentiùs extēdatur, alia quoque noxa affertur. Expertus aliquādo sum vtrem non inflatum, quem resupinato homine spinæ, quā gibba erat, subieci, dein fistulā æneā demissā inflaui, sed parū processit. cedebat enim vter, quum homo benè extendebatur, neq; spiritus impelleret quidquam poterat, sed alioquin vter promptè labeatur, quum se compellerent & gibbus spinæ locus & repleti vtris tumor: at contrā, quum non valdè homo extēdebatur, vter ob spiritum in tumorem assurgebat, sed homo magis quàm expediret, in priorem partem cōuertebatur. De industriā autē hæc scripsi. pulchra enim huiusmodi monumenta sunt eorum, quæ, quum experti sumus, sine effectu inuenimus, & causarum, cur parum processerint.

Locum, qui prehendi possit *ὀδὸν λαβὼν*, quasi *ἀπὸ λαβὼν*, & *ἀπὸ λαβὼν* dixit, eo quodd obex, & mora sit iniectis laqueis, sic, vt hæreant, quā eminet, & minimè decidant. Ab osse sacro nullus talis locus est: à superiori parte, quamuis ceruices sint, & caput. homo tamen strangulari videbitur, si hac parte prehendatur, atque idcirco ea intendendi ratio indecora habebitur, sed & noxam inferet, si laqueus ad guttur delabatur.

49 **Q**uibusunque autem vertebræ in interiorem partem cōuertuntur, vel quum homo ceciderit, vel quodd graue aliquid super ipsum inciderit, plerunque nulla vertebra valdè ab alijs recedit. vbi non valdè recedat, siue vna, siue plures, hominem non præcipitat, sicut antea dictum est, cum spina in orbem, non ad angulum peruertatur. his quidem vrina, & alius magis supprimitur, quàm quibus vertebræ in exteriorem partē conuertūtur, pedēque, & crura tota magis frigescunt, atq; hæc magis mortifera sunt, quàm quæ posita sunt, quibus, si euadunt, vrina sine voluntate magis prorumpit, cruraq; magis resoluuntur, & torpent. Quodd si superior spina in priorē partem conuertatur, vniuersum corpus resoluitur ac torpet. Machinationem autē nullam habeo, quā spina restitui possit, vbi sic luxatur. quodd si nihil proficiat concutiēdi modus, qui per scalam admouetur, vel alia similis curatio, seu extendēdi via, qualis paulò antè dicta est, nullum noui impellēdi simul & extendendi modū, qui id præstare possit, quod asser, vbi spina gibba erat. nam, quū fieri poterit, vt à priori parte per ventrem impellatur? Ergo, neq; hoc licet, neque tussis, aut sternutamentū vim aliquā habet, quā ad extentionem cōferat. Nihil etiā proficies, si spiritū in ventrem indas, quin, & qui magnas cucurbitulas defigunt, vt sursum attrahāt vertebra, quæ in interiorem partē exciderūt, summopere aberrant. expellūt enim magis, quàm attrahant, quam rem ignorant, qui eas defigunt. nam quo maior cucurbitula est, eo magis spina caua fit, quum à superiori cute vrgeatur. Alios item concutiendi modos præter iam positos adducere possem, quos existimet quis ad vitiū magis pertinere, sed eos (vt potè quibus parum cōfidam) omitto.

Illud

1. » Illud autē in vniuersum, vt summatim dicamus, intelligere oportet, quòd, vbi  
 » spina in interiorem partem conuertitur, ad interitum agrotantem præcipitat,  
 » & infestissima est: vbi in exteriorem, vacat mortis periculo, vrinam non sup-  
 » primit, & plerunque torporem non infert.

De vertebra agens in interiorem partē luxatis, inquit casum asperiorē esse, quàm si in exteriorē ferantur. causam esse in aperto dicit. nerui enim omnes, qui à spinæ medullâ oriuntur, in interiorem partem procedūt. Premūt ergo magis, vbi spina in hanc partem conuertitur, quàm vbi in exteriorem. cūmq; ijs vrgentur, quæcunque partes spinæ superinsident. quo fit, vt interdum su-  
 10 perior quoque pars vesicæ comprimatur, & quæ cum his consortium habent, omnia inflammatione occupentur. Quamobrem neque vesica vrinam, neque aluus deiectionem reddit. expellentis enim facultatis, quæ vna ex naturalibus est, vitium est vrinam atque aluum suppressi. torporis autem membrorū causa est, neruorum affectus. sed vesicæ & intestiniis affectis, periculum est, ne homo interim decedat, dum tollitur inflammatio, quæ efficit, vt nec aluus, nec vrina respondeat. Quemadmodum autem musculus, qui vesicam adstringit, cū nimium suo munere fungitur, nō patitur vrinam euadere, ita verisimile fit affici musculum ani, quem græci ab adstringendo σφιγκτηρ nominarunt.

20. » Qvū nec alui itinera distendat, nec prohibeat, quo min⁹ facilem exit⁹  
 » rum habeat, spina, quū in exteriorem partem conuertitur: sed quū in  
 » interiorem, vtrumque hoc efficiat, accedantque alia complura.

Quū proximè proposuerit his vrinam & aluum magis suppressi, quàm quibus vertebræ in exteriorem partem conuertuntur, nunc causam adiecit his verbis, [quū nec alui itinera distendat], id est, exitum eorum, quæ per vesicam & per anum expelluntur. Distendi autem partes, per quas hæc ferūtur, & à compressione vertebrarum, & à consortio, quod cum neruis habent, à ratione minimè abhorret.

- » Mvltō autem pluribus crura, & brachia resoluuntur, corpus torpet, vrina  
 » suppressitur, quibus vertebræ nec in exteriorem partem, nec in interio-  
 30 rem exciderint, sed concussæ vehementer fuerint, manentes è regione spinæ.  
 » quibus spina deprauatur, min⁹ hæc patiuntur.

Vt deprauationem exprimat, mutuatur ὀβριμὰ vocabulum tanquam generale, agens de vertebra, quomodocunque suo loco motis. vniuersa autem oratio clara est. venit enim ad quartum genus vitiorum spinæ, quod græci à concutiendo σείσσει appellant. Id autem est, quū vertebrarū spinæ compago vniuersa dimouetur, periculūmq; est, ne conuellatur atteraturque spina vehementer concussā, quod malum ipse testatur multo deterius esse, quàm, spinā non concussā vertebræ peruertantur. In sequentibus ad costas pergit, quibus abruptionis huiusmodi quidpiam accidit.

40

De fracturâ costarum.

- » Mvltā quoque alia in medicinali arte quis inspiciet, quorum, quæ vehē-  
 » mentia sunt, quū morbi momentum omne in se contineant, non no-  
 » cent: quæ leuiorem offensam afferunt, mala concitant diuturna, & reliquum  
 » corpus plurimū afficiunt.

Locutus de vitio, sub quo spina concutitur, vertebra nullo modo suā sede excedentibus, subiicit multa in medicinā leuiora esse re verā, quanquā



grauiora videntur. multa enim, quæ minùs afficiunt partes cum vitiato loco i  
confortium habentes, vt, quæ nullam ex præcipuis partibus lædant, sed in se  
morbi momentum habeant, minùs molesta sunt, quamuis grauiora videan-  
tur. In sequentibus gratiâ exempli de costarum affectibus meminit, indicans  
eorum alios graues apparere, alios esse.

53. **Q**uin & costis abruptis tale quidpiam accidit. quibus enim costa vna, vel  
„ plures abrumpuntur, sicut permultis abrumpi videmus, si comminuta  
„ ossa, neque in interiorem partem compellâtur, neque in superiorem, pauci ad-  
„ huc febricitarunt: sed neque multi etiam sanguinem spuerunt, nec multis item  
„ contractum est pus in thorace, aut linamentis opus fuit, aut vitiatum os est. vi- 10  
„ ctus autem quiuis idoneus est.

Ex proposito oratione, quæ longa est, non parum intelligi potest orationis  
modum ad facilitatem cōducere. Nos priorem partem supra attigimus, quam  
Hippocrates longiùs labens obscuram fecit, paucis autem ita loqui potuit.  
Vbi costa abrumpitur, si fractura simplex & sola sit, casus quidem asperior vi-  
detur, licet leuior sit, quàm vbi atteritur. celerrimè enim curatur, & sine peri-  
culo, sed absque fractura, vbi caro circa costas atteratur, in maximo interdum  
periculo reuoluuntur, qui sic affecti sunt. Caput quidem orationis huiusmodi  
est, singula autem deinceps videamus. Si primam partem huius orationis pau-  
cis Hippocrates explicasset, quemadmodum ego, quum dixi, vbi sola & sim- 20  
plex costarum fractura sit, apertiùs scripsisset. verum ipse, quasi exponens ait,  
[Si ossa abrupta, neque in interiorem partem compellantur]. vocauit autem  
interiorem partem interius spacium thoracis, in quod erumpere os abruptum,  
per se non potest, nisi nudetur à totâ carne superiectâ, nisi item scindatur mē-  
brana, quæ costas cingit. per hæc igitur simplicem fracturam indicauit: dein-  
ceps notauit casus leuitatem, quum ait, paucos febricitasse, raros item sangui-  
nem expuisse, aut pus in interiori thoracis regione contraxisse, raroque opus  
fuisse linamentis, vel costarum os vitiatum fuisse, & idcirco abundè esse victus  
rationem quauis. hanc ipse (vt didicisti) vbique φάλλω nominat, eam, quæ ex- 30  
quisitè cōtraria est, significans. Propositè igitur partis orationis vniuersus fen-  
sus huiusmodi est. ad reliqua igitur pergamus.

54. **Q**uin, & vbi continēs febris non inuadat, deterior est inedia, quàm cibus,  
„ & dolorē, febrem, ac tussim magis concitat venter enim modicè repletus  
„ costas dirigit, quas inedia suspendit. at vbi suspendantur, dolorem inferunt.

Tumor ventris costas fulcit. Quare, vbi hæc rumpuntur, qui magis ventri-  
coli sunt, minùs dolent: quibus gracilis venter est & contractus, dolore ma-  
gis vexantur, quum costas sentiant sine fulcro suspensas. Quod si continens  
febris hominem occupet, inediâ vti debet (quod ipse significauit verbo κατε-  
μαίνω) quoniam magis læditur à cibo, quàm à costis nō fulctis. At si nulla febris  
sit, expedit eatenus cibum sumere, vt venter in eum tumorem assurgat, vt co- 40  
stis sedes sit, ac fulcimentum citra offensæ partis compressionem.

55. **A**B exteriori parte vincire quouis modo satis est: tantum cerato, pannis, fa-  
„ scijsque leniter adstrictis debemus æquale vinculum reddere, aut etiam  
„ lanæ aliquid superinijcere. Conferuet autem costa viginti diebus. in huiusmo-  
„ di enim offibus citò callus increfcit.

Vinciendi modum, quemuis φάλλω vocat, quemadmodum & victum, qui  
contrarius est ei, qui summâ diligentia adhibetur.

At carne



1 " **A**T carne circa costas detritâ, quòd homo percutiatur, cadat, re aliquâ vr- 56  
 " Ageatur, aut alio tali modo, multi iam sanguinem expuerunt.

In memoriâ habendus est hic sermo propter eos, qui existimant in lateris dolore necessarium esse, aliqua ex fibris pulmonis afficiatur. nam, quùm proximus sit lateri inflammato, asserunt aliquid ad eum transmitti ex tenui sanguine, qui in inflâmentatione subsistit. pulmone ergo nihil violato, sed costâ affectâ, quosdam ait sanguinem expuere. quo pacto autê hoc fiat, licet per ocium requirere. Nos sanè quæstionem hanc perpendimus in his, quæ scripsimus in librum Erasistrati de sanguinis sputo: nunc illud duntaxat intellexisse abundè  
 10 est, quosdam sine vitio pulmonis sanguinem spuere, propterea, quòd morbus circa costas versetur. Vidistis sæpè, & in alijs inuiolatâ cute, quæ fracturam tegit effundi cruorem, sic, vt fascias impleat, quamvis cutis membrorum densior multo sit, quàm membrana, quæ costas amplectitur. Quare nihil mirum est, si sanguis per hanc ab affectâ costâ in interiorem regionem ducatur, dein protinus in ipsâ expiratione in asperam arteriam, quæ in pulmonem distributa est, transferatur, quemadmodum in ijs videmus, quibus membrana hæc vulneratur. quicquid enim per vulnus in thóracem instillaueris, per os continuò red-  
 20 detur. quâ rem, quùm Erasistratus ignorasset, absurda scripsit in libro de sanguinis sputo. sed quâ in re decipiatur, eius scripta de me audientes sæpè nune-  
 rò didicistis.

" **V**enæ enim & arteriæ, quæ per id, quod est inter costas, intendunt, & ner- 57  
 " ui, ex ijs, quæ in corpore præstantissima sunt, oriuntur. Multi igitur sæpè  
 " tussi, tuberculis, pure in thorace collecto oppressi sunt, & ad id venerunt, vt li-  
 " namentis egerent, costâque vitaretur: sed & quibus nihil tale superuenit, car-  
 " ne circa costas attritâ, tardiùs dolore liberantur, quàm quibus perfracta costa  
 " est, atque in eiusmodi casu dolor sæpiùs locum repetit. Verùm nonnulli longè  
 " magis hæc mala contemnunt, quàm si abrupta costa esset.

Arterias & venas *ὀρετὲς* vocauit: quod autem est inter ossa singularum co-  
 starum *λαπαρόν* dixit, quâ parte muscoli sunt, qui, quùm medijs costis interie-  
 30 cti sint, *μεσοπλευροί* græcè nominantur. neruos verò appellauit *πόρες*. Oriri autê ait  
 hæc omnia ab ijs, quæ præstantissima sunt, quoniam initium harum venarum,  
 perinde atque arteriarum est in viciniâ cordis: neruorum autem ad spinæ me-  
 dullam. quæ ad thoracè est, quibus aliquid cognitionis est, cum alio pari ner-  
 uorum, qui à cerebro proficiuntur. Quæ deinde adscribit, euidentissima sunt  
 ijs, qui meminierint, quæ prodita sunt in prioribus commentarijs.

" **S**ed & curatione egent magis exquisitâ, si sapiant. conuenit enim inediâ 58  
 " Extenuari, corpore quàm maximè conuiescere, abstinere à venere.

Exquisitiorem vbique appellat *σπερματικὴν*, cui contraria est simplex & quæ-  
 uis, quam *φούλον* nominat.

40 **I**Tem ab esculentis pinguibus, & fauces exasperantibus, ac tussim mouenti- 59  
 " bus, & ab ijs, quæ valentissimæ sunt materiæ.

Esculenta, quæ fauces exasperando tussim mouet, *καρχώδη* nuncupat. huius-  
 modi autem sunt pinguiâ, acuta, atque acria. valentissimæ materiæ intelligit,  
 quæ ægrè concoquantur. In exemplaribus autem magis idoneis, verbi *καρχώ-  
 δης* secunda syllaba scribitur per v, ducto vocabulo à milio, quod Iones *καρ-  
 χωρ* appellant. id accidit, vbi in faucibus aspera quædâ milij modo exigua sen-  
 tiuntur. Quod autem in supetioribus dixit, de ijs, quibus circa pulmonem tu-

bercula sunt, diuturna, quæ ægrè ad maturitatē perueniunt, & spiritus redditur cum sono. <sup>ægrè</sup> <sup>abſque</sup> <sup>u. ſcribitur.</sup> ducitur autem à verbo <sup>ægrè</sup>, quod sonum notat, qui, vel angustia loci, quo spiritus redditur, vel humoris multitudine accidit, plarunq̃ue tamen vtroque concurrente, quem spiritum nonnulli <sup>ægrè</sup>, id est, asperum vocant. sed quā de causā abstinere hominem velit ab esculentis tussim mouentibus manifestum est, quū affectæ partes omnes quietem possulent, atque idcirco silentium rursus imperat: manifestum item est, cur caueri voluerit ea, quæ vehementer dimouent vniuersum corpus. quandoquidem cum toto pars etiam dimouetur.

60 " **A**D hæc venam secare in cubito conuenit, & quāmaximè silentium habere, inducerēque super sedem attritam pannos nō multiplices, sed complures, & multo latiores quā sit attritus locus, cerati inūctione adhibitā, lin-  
" teisque latis, ac fascijs item latis, & mollibus alligare, modicēque adstringere,  
" itā, vt qui deligatus est, dicat sentire se vinculū nō valdè adstrictum, neq; item  
" laxum. inde autem ordiri debet, vbi locus est attritus, ibiq; maximè insidere.

Meminiſſe huius loci oportet aduersus eos, qui existimant venam solūmodo secandam esse, vbi ea concurrunt, quæ multitudine denunciant. E quorum numero est Menodotus Empiricus. ostēdimus autem in opere de venæ sectione, & in eo, quod de multitudine scripsimus, falsam esse eiusmodi opinionem, quæ præter alia multa, vel ex eo rejicitur, quod, vbi quædam partes eiusmodi plagas acceperint, medici ad venæ sectionem confugiunt, quanquā, qui icti sunt, multitudine nō tentātur. eo q̃, nisi ijs sanguis detrahatur, maximè inflammationes oriūtur, quod, cū euenit, alia insequūtur, quæ morbo accidere solēt.

61 " **I**nijciendum verò vinculum medium est, & in vtramque partem attrahendum, ne cutis circa costas in alterutram partem inclinet, sed sine inclinatione  
" seruetur. deligandū autem, vel singulis diebus, vel tertio quoq; die, satius item  
" est aluum mollire leui aliquo medicamento, quod deiectionem citet: ac decem  
" diebus inedia vti, dein corpus reficere & implere.

Cutis superiecta costis plarīsq; laxa est, præsertim, si quo tēpore homo plagam acceperit, plenior nō fuerit. his ergo ait magis quā alijs opus esse fascijs, quæ medix primū inijciantur. nam cutis peruertitur, si ab vno capite fascia ordiatur. quod si, vt cautior sis, crassos quoque itā alliges, nihil lædes, præcipuè vbi regio prope alam atteratur, ibi enim cutis semper laxa est.

62 " **A**D hæc dum offensus inedia vtitur, arctius alligandus est: vbi pleniore vi-  
" ctu, laxius. Quod si ab initio sanguinem expuat, quadraginta diebus habenda cura, alligandūque est: si sanguinem non expuat, serè viginti abundè  
" sunt. coniungere autem tempus ex vi casus oportet.

Cōmune hoc est omnibus fracturis, quod vnā cum multis alijs, quæ hīc ab ipso traduntur, antè etiam exposui, quū librum de fracturis explanarem. Ea igitur magis sunt vobis in memoriam reuocanda, q̃ sæpius à me repetenda.

63 " **Q**uicunque autem rem parui fecerint ob huiusmodi ictum, sub quo at-  
" runtur, quæ circa costas sunt, quamuis in aliud malum deterius non inci-  
" dant, carnem tamen magis mucosam habent in loco attrito, quā prius. At,  
" vbi talis relinquitur, nec curatione ad bonum habitū restituitur, res peior est,  
" si mucosa circa os ipsum relinquatur, quū caro non ampliùs similiter os at-  
" tingat, & ipsum os morbis opportuniùs reddatur. ob eiusmodi autem causas  
" ossa multis vitiantur, quod malum diutius extrahitur.

Mucosum



1 Mucosum humorem appellare consuevit glutinosum & album, qui colligitur in partibus exanguibus, ut in ossibus, & cartilagine, ubi ipsorum natura rectè concoquere alimentum non possit. relinquit enim quasi quoddam semicoctum, quemadmodum relinquit infirmæ oculorum membranæ pituita crassior, quæ <sup>λυσία</sup> græcè nominatur. vis autem imbecillior redditur, vel ob suam temperationem immoderatam, vel ob multitudinem concurrentis humoris, quod etiam euenit in tumoribus præter naturam. cætera omnia orationis huius clara sunt.

20 **Q**uod si non, quæ iuxta os sunt, sed ipsa caro mucosa fiat, nihilominus subinde morbus & dolor reuertit, si quis corpore laborauerit. quocirca dare vinculum expedit, & bonum, & valde accommodatum, donec siccetur, discutiat, & sanguis in attrito loco suffusus, & caro integra ibi augeatur, aut getur autem ossis caro. 64

Caro & quælibet pars, sanguinem habens non per se mucosa fit. id enim, quod propriè in ipsis superat, tale est, quale in fluxu, atque in deiectionibus ob iocinoris imbecillitatem cõspicitur. Quocirca, ubi ossa, cartilago, membranæ læduntur, mucosus humor sæpe cõtrahitur: carne affecta raro, idque vel propter cõsortium, quod hæc habet cum eiusmodi partibus. vel propter humorem copiosè defluentem, ubi mucosus succus, aut pituita in eâ contrahitur. constat autem eiusmodi succum maximo negotio excerni, eo quod nec perfusione, cataplasmate, aut medicamentis euocari, digerique possit: neque alio præsidio educi, nisi ex toto antea tenuetur, atque in vapores resoluatur. Ergo, quia succus glutinosus in vapores soluendus est, idcirco ægrè mouetur. ubi verò tale aliquid superans relinquitur, leui de causâ pars affligitur, cum ob infirmitatem quidquid in reliquo corpore qualitate, vel modo superans collectum fuerit, promptè recipiat.

30 **Q**uibus autem neglectus morbus inueterauerit, & locum dolor exerceat, caroque mucosa sit, his ferramentum candens medicina optima est. quod si caro ipsa mucosa sit, adurere conuenit usque ad os, eâ obseruatione, ne hoc ipsum calefiat: ubi inter costas hæc fuerit, neque sic, in summo cõuenit adurere. cauendum tamen est, ne candens ferramentum penetret usque ad partem interioriorem. ubi sedes iuxta os attrita esse videatur, sed recens casus sit, neque os adhuc vitiatum fuerit, si exiguum vitium sit, ita vrere conuenit, sicut dictum est: sin oblongum sit, quod in osse attollitur, pluribus in locis adurere expedit. De costis autem vitiatis dicemus, simulatque de ijs tractabimus, ad quorum curationem linamentis est opus. 65

Mucus glutinosus cum dissipari per medicamenta non potest, reliqua curationis est adurere, quæ quo pacto admouenda sit, apertè declarauit.

De femore ex coxâ prolapsus.

40 **Q**uod si femoris articulus à coxâ prorumpat. prorumpit autem in quatuor partes, sepius in interiori, deinde in exteriori, in priore & posteriore excidit quidem, sed raro. 66

Qui coxæ cauum inspexerit, non est, quod desideret causam à me doceri, quamobrem in interiori partem sepius moueatur, deinde in exteriori. quum inum caui, non sit omnibus partibus æquale: & articulus, quâ parte ora humilior est, facilius elabatur.

50 **V**bi ergo in interiori partem venit, crus longius est, si cum altero conferratur, idque iure duplici de causâ. ossi enim, quod à coxâ sursum procedit 67



- » ad pectinem femoris caput inhæret, ceruixque articuli cauo sustinetur, rursus  
 » ab exteriori parte clunis cauus apparet, vt potè quùm femoris caput in interio-  
 » rem partem exciderit.

Orationem hanc ferè vniuersam initio orsus ipse ità euidenter adscripsit, vt nemo loqui possit euidentiùs: sed & eorum, quæ tradit, causas etiam adiecit. Quare quod sæpiùs dicere consueuimus, nunc etià adducemus, si quis consideret, quæ proponuntur, ea, si non vbi primò, saltem vbi secundò, vel certè ter- tiò legerit, percipiet.

- 64 » **E**xtremum rursus femur iuxta genu spectare cogitur in partè exteriorè,  
 » similiter crus & pes. Ergo, quùm pes in exteriorè partem conuertitur, im- 10  
 » peritus medicus, quùm hoc alterum confert, non hunc cum sano, atque idcirco  
 » crus læsum multo longius videtur, quàm integrum.

Hoc etiam communiter pertinere ad omnia ossa luxata antè quoque demon- strauimus, quùm altera extremitas spectet semper in contrariam partem, atque ea, quæ prolapsa est. Nunc igitur femoris capite in interiorem partè pro- lapso, altera extremitas, quæ ad genu est, meritò in exteriorè conuertitur.

- 69 » **M**ultisq; alijs modis error in his accidit.  
 Errorem παραλυσιν dixit, quo vocabulo consueſſe Hippocratem ap- pellare non quemlibet errorem, sed eum, qui vero proximus est, & eà de causà probabilis, suprà quoque indicauimus. Errant ergo nunc, quatenus in conse- 20  
 » rendo affectam partem cum integrà in naturali habitu decipiunt. debuerunt  
 » enim integrum cruri recto statu extento, quod vitiatū est comparare, sed con-  
 » trarium faciunt, integrum enim æstimant ad exemplum vitiati.

- 70 » **Q**uin, nec ad inguen flectere crus possunt, similiter atque ab integrà parte.  
 » Adde, qd femoris caput, si contingatur, inter anum & naturale prominēs  
 » sentitur. ex his itaque indicijs colligitur in interiorem partem femur venisse.

Flectūt quidem, sed cum dolore, ac minus perfecte. cuius rei causa sunt po- sterioris partis musculi illis, qui femur inflectūt, oppositi. quòd donec ex to- to femur curuetur, sine dolore non sequantur. quoniam, vbi sic femur exciderit in maximo flexu singuli plurimum præter naturam extenduntur. 30

- 71 » **Q**uibus ergo articulus prolapsus fuerit, neq; repositus sit, sed reponi non  
 » potuerit, neglectusque sit, dum ingrediuntur, crus circumagūt, perinde  
 » ac boues, plurimūque integro pede nituntur.

Quùm vitiatum crus lōgius reddatur femore ità prolapso, necesse est homi- nem bouis modo ingredi. ille siquidem coxæ articulum laxiorem habet, sicut ipse suprà in principio huius operis testatur. fortasse autem nō oportuit laxio- rem duntaxat articulum causari, sed mouētium quoq; musculorum imbecilli- tatem. nam, si validi fuissent, facilè vtique cōmissurā curuassent, quo facto non necesse esset crus in exteriorè partè circumagere. ambulamus enim vtrumq; crus in vicē sistentes, mouentēsq; vbi enim sinistrum sistimus, tūc dextrum ex 40  
 » posteriori parte in priorē agimus, quod vbi in priori parte stabiliuimus, alterū  
 » rursus à posteriori parte in priorē transferimus, sicque rursus hoc in priori par-  
 » te sistentes ad dextrum mouendum reuertimur, altero crure recto humi inni-  
 » xo, altero, quod mouetur, excitato. Quòd si crura nec ad inguen, nec ad genu  
 » curuarentur, cogeremur prorsus vtrumque transferre ligni modo, aliquantif-  
 » per altiùs excitātes, & circumagentes: at quùm possint ad vtramq; cōmissuram  
 » curuari modis inter se cōtrarijs, qui tamē cruri toti aptissimi sunt, ambulamus,  
 hæc

- 1 hæc neque circumagentes, neque tanquam ligna excitâtes. quoniam commissura, quæ ad inguen est, attollit femur in partē priorem, quæ ad genu id, quod inter ipsos & talum est, in posteriorem. Quare crus, quod transfertur, si longius esset, quàm quod humi insistit, nihil oporteret in exteriorem partem circumagere, modò haberet idoneos musculos, qui celeriter flectere vtramque commissuram possent: sed, quum ob imbecillitatem flectere promptè nequeant, & ob dolorem recusent, superest, vt in orbem circumagant, quum infirmi ac dolentes musculi nihil excitare sublime possint, quòd ligni exēplo nequeat curuari. Hæc igitur de causâ, magis quàm quòd crus longius redditum sit, circum-
- 10 agi in orbem, dum homo ingreditur, euidenter intelliges, de exemplo, quod ipse Hippocrates adijcit. in sequentibus enim ait, [Quandoquidem quicūque vlcus habent in pede, aut crure, non ita possunt crure vti ad ambulandum, & pueri quoq; ita inambulant]. his enim licet crus longius non reddatur, accidit, vt ita ambulent ob superuenientem dolorem, vbi cōmissuras flectant, præcipuè circa inguen & circa genu, ac tertio, eam, quæ ad talos est, cum necesse sit iuxta cōmissuram hanc, extremum crus finem in ingressu euadere, & sublimè ferre pedem vniuersum. nam, nisi hoc fiat, offendet, ac potissimū in solo inæquali.
- ” C Ogūturq; regionem iuxta eius partis ilia, & iuxta articulum prolapsū, 7 2  
” cauam ostendere & obliquam.
- 20 Necesse habent ita figurari, non vbi crus integrum sistētes moueant quod luxatum est, & in orbem transferunt: sed, vbi vitiatum innixi, quod integrū est, transferunt. nam, quod vitiatum est, superpositi corporis fulcrum esse non potest, erectum, sicut quando naturaliter se habebat ad rectā lineam solo hærens, sed obliquum, ita, vt ab inguine in exteriorem partem conuertatur, in quam etiam inclinant id corporis, quod è regione est affecti cruris, quum periculum sit, ne in contrariam cadant. quo fit, vt corpus circa iliaprehendant. ilia autem vocat *κνέδων*, eam regionem intelligens, quæ est inter ossa coxarum, & costas nothas, quæ omnino sine ossè est. sed, quum neque sic vitiatum crus ferre corpus possit, & propter imbecillitatem, & propter habitum, ope indiget, quam
- 30 afferunt nonnulli ægrotantes, qui re ipsâ docti affectū crus manu fulciunt, quæ maximè opus est, ab exteriori parte femoris insidēte. quæ res, quum eos cogat spectare in regionem cruris affecti, eius partis ilia obliqua magis reddit, quæ si crure etiā in exteriorem partem non cōuerso, ita figurentur, caua videbuntur.
- ” Lunem verò integri lateris necesse est ab exteriori parte rotundum esse. 7 3  
” si quis enim ambularet pede integri cruris in exteriorem partem conuer-  
” so, reliquum corpus à vitiatum crure ferri vtique cogeret, à quo sustineri minimè  
” posset. nam quo pacto? necesse igitur est hominem ambulare integri cruris pe-  
” de in interiorem partem conuerso, non in exteriorem. sic enim integrum crus,  
” & partem suam, & eam, quæ ad vitiatum pertinet, maximè feret
- 40 Explicandi ordine permutato paulo obscurior fit: conuenientem verò ordinem seruasset, si ita scripsisset, sicut ego nūc. Clunem verò integri lateris necesse est ab exteriori parte rotundum esse, eo quòd homo inambulet crure hoc in interiorem partem spectante. nam, si in exteriorem spectaret, reliquum corpus vitiatum crure ferri vtique cogeret, quod fieri minimè potest. siquidem hoc modo integrum crus (vt dictum est) maximè corpus fert, scilicet quando homo ambulat integro pede in interiorem partem conuerso. sic enim corpus totum ita sustineri ab ipso poterit, vt nequeat facillè peruerti.



74" **A**T quum regio iuxta ilia eius partis, & iuxta articulum sinuetur, parui ap-  
parent, & à latere coguntur ligno inniti ab integro crure. eà enim parte in-  
" digent aliquà re, quæ obiecta resistat. in hanc enim clunes conuertuntur, & ab  
" eadem onus corporis sustinetur.

Quia vitiatum crus corporis partē sibi superiectam ferre nequit, propterea  
integro toto maximè in interiorem partē compulso nituntur, & in id spectant  
corpore vniuerso. Euenit igitur, vt in alteram partem inclinati in periculo sint,  
ne cadant in eam partem, quæ vitiatæ cōtraria est. quemadmodum igitur, cum  
vitiato cruri innixi sanum transferunt ad priorem partem, vitiatum manu ful-  
ciunt: ita, quum periculum sit, ne conuersi in integrum grauiter in terram ca- 10  
dant, ad baculi præsidium confugiunt.

75" **C**Oguntur item inclinari. necesse enim habent manu, quæ è regione affe-  
cti cruris est, à latere femur fulcire, quoniam, vbi transferenda crura sunt,  
" non potest, quod vitiatū est ferre corpus, nisi cōtineatur, deorsumq; vrgeatur.

Rursus hic etiam obscurus fuit, quum nō præfatus sit pergere se ad alteram  
" partē ambulationis. hætenus enim de eà parte tractauit, in quā crus, quod na-  
turaliter habet, humi cōsistit, affectum in priorem partem fertur: nunc agit de  
alterâ, in quā affecto cruri innixus, sanum transfert, de quā parte ambulatio-  
nis paulo suprà tractatum est.

76" **H**is itaque modis figurari necesse est eos, quibus articulus in interiorē par- 20  
tem elapsus, reconditus non fuerit, homine nullum consilium capiente  
" quomodo aptissime figuretur, sed calamitate ipsâ edocto, ex his figurandi mo-  
" dis, qui dantur, eum eligere, qui sit commodissimus. quandoquidē quicunque  
" vlcus habent in pede, aut crure, non ita vt crure possunt ad ambulandum, &  
" pueri quoque ita ambulant. ingrediuntur enim affecto crure in exteriorē  
" partem conuerso.

Quum non vno tantum, sed duplici statu in ingressu vtantur, qui sic affecti  
sunt, merito dixit [His itaque modis figurari] vnus quidem status est, cum fe-  
mur manu fulciunt: alter, quum integro cruri innixi in id toti inclinantur, at-  
que idcirco baculo egent, quo fit, vt in contrarias partes corpus inclinent, mo- 30  
dò in dextram, vbi dextro pede insistant, modò in alteram, vbi altero. hi quo-  
que magis indecorè ambulant, quàm quibus femur coxâ excidens in exteriorē  
partem prorupit, quos in sequentibus persequetur.

77" **D**uo autem lucrantur, duobus enim indigent. nam corpus in ingressu non  
" dæquè fertur eo crure, quod in exteriorē partem conuertitur, atque eo,  
" quod in interiorem, quum onus nō sit è regione illius, sed multo magis huius,  
" è cuius regione in ambulando & cruribus transferendis onus collocatur. Præ-  
" terea, si ita figurentur, vt affectum crus spectet in partem exteriorē: quod in-  
" tegrum est, in interiorem, integrū vicem alterius, q̄ citissime subibit. Quod ad  
" propositū attinet, magni momēti est inuenire statum corpori cōmodissimum. 40

Vbi læsum crus in exteriorē partem circumagunt, & integro spectate in  
interiorem, nituntur, duplex sibi lucrū comparant. Siquidem quod læsum est,  
nec toto corpore superiori oneratur, nec diu subseruit, cum quod integrum est  
paulū interualli moueatur. nam, si diligenter intueri tempus volueris, quo crus  
vtrumq; subseruit, non modò duplū, sed & triplum reperies. per breuissimum  
enim spacium celeritèrque rectà duntaxat integrum crus fertur: per multū tar-  
dèque, quod affectum est. siquidem conspicuum est, quanto longior sitambu-  
latio in



latio in orbem, quàm quæ recta est, quamuis vtraque iisdem finibus terminetur.

**H**is autem, qui nondum perfectè increuerunt, si excidens non recondatur, breuius redditur femur, crus, & pes. neque enim ossa, similiter in longitudo-  
dinem augentur, sed breuiora fiunt, femur præsertim.

Minus ait reddi crus totum, quibus nondum auctis, femur luxatum relinquitur. quod (vt in superioribus ostendimus) omnium quoque articulorum commune est. Communis autem rei nunc causam assignat, quemadmodum solitus est. semel enim, vbi aliquod singulare tractat, eius meminit, quod commune est. hæc igitur de causâ inquit crus his non augeri, neque ali, partim quòd articulus loco motus sit: partim, quòd nequeat suo munere fungi. Ego autem in superioribus retuli ocium causam esse, cur partes neque augeatur, neque alantur, quæ ambo, eueniunt articulo luxato. quare non video quo pacto Hippocrates luxatum articulum causatus, ocium subijciat. luxata enim non possunt primò prohibere, quo minus partes alantur, sed intercedente venarum & artieriarum deprauatione, atque ocio.

**C**rus item vniuersum sine carne, & sine musculis efficitur, ad hæc effœminatum, tenuiusque. partim quòd articulus loco motus sit: partim quòd nequeat suo munere fungi, quum naturalem statum non retineat.

Partes, quibus musculorum natura continetur, caro sunt, vt in musculis incidentis sæpè vidistis, quum duo esse eorum principia demonstrarem, quæ sensu comprehenduntur, nempe fibras nervosas, & carnem super ipsas spissatam. Ergo, vbi quis exercitatione, & frictione robustior euadat, fibra melius aluntur, caro gracilior fit, sed firmior. ignauis contrarium ferè accidit, graciles enim fibrae sunt: at caro admodum quidem abundat, sed ob humore molles est. eiusmodi enim carne caseus, qui adhuc cōcreuit, repræsentatur: sed carne eorum, qui exercentur, ille, qui iam spissatus est. quocirca his musculi duri nervosi, & proprijs finibus circumscripti conspiciuntur: in exercitatis verò molles, & carnosi apparent, ac vel nullo modo, vel vix circumscripti. quibus propterea sine carne crus reddi Hippocrates asserit, sed quum hoc quoque fieri ex multâ exercitatione intelligeret, vbi dixit [sine carne] proximè subiecit [sine musculis] quasi musculis non circumscriptis à finibus, qui sensu comprehendantur. nullus siquidem ex ipsis musculis ex toto corrumpitur, sed, sicut corpus sine venis dicimus, vbi venæ non apparent, ita sine musculis, cum musculorum fines penitus delitescunt. Ad hæc, quum clariùs ostendere vellet, in his cuiusmodi forma cruris sequatur, adiecit effœminatum, hoc est madens, molle, non adstrictum, sed laxum, quales sunt foeminae, de quarum carne conuenienter hæc omnia dici possent, à quibus translatione vsus mutuatur verbū [effœminatum]. Adiungit autem in extremâ oratione [tenuius] indicās partes eius omnes extenuari, quā rem in principio dixerat his verbis [breuius redditur]. nam quòd ait [sine carne] ad solā carnis carentiam refertur: quod verò dicit breuius reddi crus, ad partes omnes, quæ breuiores redduntur.

**N**amque vsus aliquis id, quod valdè effœminatum est, confirmat, soluit & etiam aliquid ex eo, quod augeri membrum in longitudinem prohibebat. potissimum autem læduntur, quibuscunque, dum in vtero sunt, hic articulus elabitur: deinde quibus id accidit, dum in etate sunt admodum tenera, minime, quum iam robusti sunt. Quā ratione autem ingrediantur, qui robusti sunt, iam ostendimus.

Verbum[aliquis] μετῆς τοῦ dixit, quod apud Iones nihil ampliùs sibi vel-  
le, quàm quod nobis dicitur ἑτέρος, id est alter, licet ex Herodoto colligere. vti-  
tur enim eo frequenter, sicut & verbo μετῆς τοῦ, quo significat id, quod nos vo-  
cabulo πῆς, id est aliqui: sed & nunc quoq; μετῆς τοῦ tale quidpiam sonat, præ-  
fatus enim ob ignauia cruris ipsis minui, ne quis fortasse rem minus benè acci-  
piens existimet quemlibet partiū motum efficere, vt alantur, asserit nō omnē,  
sed quendā hoc præstare, nēpè moderatum, sicut cetera omnia in vniuerso vi-  
ctu salubri. quod ipse, & alibi, & in vno capite in sexto de morbis vulgaribus  
testatur, cū inquit, [labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia moderata].

§ 1. Vos tenerā ætate calamitas hæc inuasit, plarique in dirigendo corpore  
negligentes sunt, malèque super integrum crus circumuoluntur, manu,  
quæ è regione eius est, deorsum vrgentes. negligentes item nōnulli sunt in re-  
ctè ambulando, quibus postquàm ætas induruit, hoc vitiū accidit. Sed, qui te-  
nerā ætate huiusmodi calamitatem experiuntur, si rectè educētur, integro cru-  
re rectè inambulant, baculum tamen alæ, quæ integro cruri respondet, subij-  
ciunt: nonnulli baculum ad vtrumque brachium admouēt, vitiatum verò crus  
suspensum habent.

Quū homo ætate iam robustā eiusmodi calamitatem experitur, crure vti  
potest, quanquàm claudicante: paruulis pueris (qui, quamuis crura naturaliter  
haberēt, quonam ijs pacto vti possent?) superuenit ignauia quædā circa mem-  
bri actiones, atque eā de causā κατὰ λακύναιον ὁρῶντες, id est, in dirigēdo corpore  
negligētes sunt, atque ignaui. At quid mirum, si ambulantes pueri rectè clau-  
dicare non student, quādo ij, qui iam robusti sunt, non sustinent interdū clau-  
dicare, sed (vt ipse dixit) super integrum crus circumuoluntur? manifestè au-  
tem aperuit modum motionis ipso verbo [circumuoluntur].

§ 2. Eo autem facilius agunt, quo affectum crus breuius habent.  
Facilius agentes appellat eos, qui promptius ingrediuntur, quod cōtin-  
git, vbi vitiatū crus breuius habent. non enim cogūt id circumagere, quem-  
admodum, qui ætate firmā sunt, quū luxatus articulus non reponitur, quibus  
crus ob prolapsū articulum longius efficitur, cogunturque (vt ipse antea in-  
dicauit) ipsum, dum ambulant, in orbem circumferre.

§ 3. Atque integro crure nihilominus valent, quàm si vtrūque integrum esset.  
Merito hoc adiungit, iure siquidem integro crure vtuntur, æquè ac si  
vtrumque integrum esset, vt quod eundem vsum præstet, atque vbi vtrumque  
integrum erat, similiter nutriatur, & robustum sit.

§ 4. Iam verò his omnibus caro cruris effœminatur, plærunque autem magis ab  
exteriori parte, quàm ab interiori. nōnulli autem serunt Amazonas suis ma-  
ribus protinus infantibus articulos suā sede expellere, alias ad coxas, ad genu  
alias, vt claudi fiant, ne scilicet mares fœminis insidientur, sed operarum loco  
sint, & sutoriam, fabrilē aliàsve sedentarias artes exerceant. Quæ vera necne  
sint, ignoro: sed hæc sequi certò scio, si, dum infantes sunt, articuli expellantur.

Omnibus ait effœminari carnē ab exteriori parte, magis quàm ab interio-  
ri, vbi in interiorem partem prorumpat. quandoquidem ea pars magis in ocio  
est: nam semoris caput ab interiori parte, licet præter naturam moueatur, mo-  
uetur tamen aliquantum, vbi semoris caput interiori parte continetur.

§ 5. In coxis quidem multum refert, in interiorē ne partem articulus excidat,  
an in exteriorē: in genu refert quidem, sed minùs. suus verò claudicandi  
modus



- 1 » modus vtriusque est. nam quibus in anteriorem procidit, vari magis sunt: mi-  
 » nus autem recti stant, quibus in posteriorem partem luxatur. similiter, vbi circa  
 » talos articulus prorumpat, siquidem in anteriorem partem, vari sunt, sed stare  
 » queunt: si in posteriorem, valgi, & stare minus possunt.

Varos dixit *κωμῆς*, quo nomine quidam significari volunt deprauationem  
 quamlibet, generale ipsum existimantes: alij, eam solummodò, sub quâ mem-  
 brum in anteriorem partem cōuertitur, in quo casu necesse est extremum eius,  
 pedem scilicet, in posteriorem partem spectare. quæ res non mediocriter ad id  
 cōfert, vt pes firmiter insistat, ita, vt ij, qui naturaliter curuis sunt cruribus (*ῥαυτοί*)  
 10 aut *ῥαυτοί* græcè nominantur) firmiùs pedibus insidant, & maiori negotio sub-  
 uertantur, quàm ij, qui recta penitus habent crura. id vel ex Archilochio patet,  
 quum inquit, [Imperatorem magnum non probo cruribus diuaricantibus, sed  
 paruum cruribus curuis, pedibus firmiter insistentē, & animi audacis]. Verum  
 curiosa inquisitio significationis verbi *κωμῆς*, nihil ad præsentem locum con-  
 fert. ex ipsâ enim oratione ita planum fit, vt Hippocrates nullo modo obscurus  
 esse videatur. Ergo quibus in anteriorem partem articulus procidit, stare ma-  
 gis posse affirmat, quàm quibus in posteriorem venit. nam quibus coxæ articu-  
 lus in anteriorem partem excidit, pes è regione totius corporis collocatur: rece-  
 dit autè à situ, qui è regione est, vbi articulus in posteriorem partem cōuertitur.  
 20 constat autem omnes homines, qui naturaliter valgi sunt, deterius stare, neque  
 posse celeriter currere, tum paruo momēto, ac leui de causâ cadere. Hoc igitur  
 rerum discrimen in coxâ maximum est, deinde in genu, tertio ad talos. cōmis-  
 suræ enim magnitudinem noxæ quoque magnitudo consequitur. hinc ergo  
 manifestum est eos meliùs stare, atq; ingredi, quibus femoris caput in exteri-  
 orem partem prolapsum est, de quo paulo inferius tractabit.

- 35 » **R**atio autè incrementi ossiū hæc est. quibus ad talos crus exciderit, his pe-  
 » dis ossa minimùm crescunt. hæc enim vitio finitima sunt: in crure augē-  
 » tur, neq; multo minùs, caro tamen minuitur, sed quibus articulus, qui ad talos  
 » est, suo loco manet, ille, qui ad genu, elabitur, his cruris ossa nō æquè crescunt,  
 30 sed breuissima sunt, vt quæ vitio proxima sint, at in pede minuuntur quidem,  
 » sed non similiter, quemadmodū paulò antè dictum est. quoniam articulus, qui  
 » ad pedem est, inuiolatus seruatur. quod si vti pede liceret, sicut cum varus est,  
 » minùs adhuc his minueretur pedis ossa. quibus verò coxæ articulus promoue-  
 » tur, his femoris os non pariter crescit. proximè siquidem vitium attingit, sed  
 » integro breuius euadit: his tamè ossa cruris & pedis etiā, non æquè crescere  
 » prohibentur. id autem euenit, propterea qd & femoris articulus, qui cum crure  
 » committitur, & cruris, qui cum pede, suo loco manet: crus tamè vniuersum his  
 » gracilius redditur. Quòd si crure vti possent, ossa magis adhuc augeretur, sicut  
 » antea quoque dictum est, femore excepto, & minùs caro minueretur, multo ta-  
 40 men magis quàm in sano crure. huius autè rei indicio sunt illi, quibus humeri  
 » luxati, vel à primo natali die, vel dum crescunt, priusquam robusti sunt, bre-  
 » uiores redduntur, hi humeri os breuius, brachium verò & manum sanis paulo  
 » minora habent ob causas superius dictas. quia humerus læso articulo propior  
 » est, idcirco breuior redditur. brachium verò eiusmodi noxæ non similiter ce-  
 » dit, quoniam humeri articulus, qui cum brachio committitur, in pristina sede  
 » manet: manus item longiùs distat à vitio, quàm brachium. Ob propositas igitur  
 » causas, quæcunque ossa vitiū attingunt, incremento prohibentur, quæ non



„ attingunt, nō prohibentur. Multum autem facit ad bonū habitum totius bra-  
 „ chij labor manus. nam qui humerū iam luxatum breuiorem habent, plæraque  
 „ ex manuum operibus non minùs præstare possunt, manu eius partis, quàm in-  
 „ tegræ. neque enim, quemadmodum cruribus, ità manibus ferèdum corpus est,  
 „ sed earum opera leuia sunt. propter vsum verò ijs, qui luxatum iam humerum  
 „ breuiorem habent, caro manus, ac brachij non minuitur, sed & humerus in-  
 „ de aliquā parte impletur. Vbi verò in interiorem partem coxæ articulus exce-  
 „ dit, vel in vtero matris, vel adhuc infatibus caro magis minuitur, quàm in bra-  
 „ chio, eā de causā, quia crure vti non possunt.

Sermo hic, qui sequitur, vniuersus perspicuus est, doctrinæ autē capita hu-  
 iusmodi habet. Quæ ad prolapsos articulos propius accedunt, magis incremē-  
 to prohibentur, emacrescuntque, minùs, quæ longiùs absunt: femore autem lu-  
 xato multo magis membrum incremento prohibetur, atque emacrescit, si in  
 interiorem partem, quàm si in exteriorem prorumpat. siquidem deterius mo-  
 uentur, & claudicat magis. meminit autem eorum, quos *αλιθυμους* vocat, quo  
 vocabulo retuli apud ipsum significari eos, qui ob humeri caput in alam pro-  
 lapsum, dū adhuc increfcunt, humerum breuiorem habent. his ait minùs lædi  
 brachium totum, quàm crus totum illis, quibus luxatur articulus, qui in coxam  
 inferitur. quoniam in multis vitæ operibus fatis laborant: at non similiter vti  
 crure possunt, quibus femoris articulus in interiorem partem promouetur. 20

87. **H**Æc ità habere id testabitur, quod paulo infrà subiiciemus.  
 Quænam sunt, quorum testimonium adducturum se pollicetur? hæc  
 sanè, quòd ex ijs, quæ præter naturam habent, quæ minùs mouetur, magis ali-  
 mento, incrementoque prohibentur. Pollicetur ergo ipse Hippocrates ostēsu-  
 rum se in ijs, quæ paulo infrà subdet, eorum testimonium. ego, quum ad locum  
 2. veniam, vbi eam rem agit, hanc ipsam orationem in memoriā reuocabo.

De capite femoris in exteriorem partem luxato.

88. **Q**Vibus in exteriorē partem femoris caput elabitur, crus, si cum altero ex-  
 „ tendatur, breuius est, idque non immeritò. quum femoris caput non fe- 30  
 „ ratur super os, sicut quando in interiorem partem procidebat. sed iuxta os,  
 „ quod non prominet, sed naturā refidet, in carnem humidā cedentēque in fi-  
 „ gatur. hanc itaque de causā breuius apparet. interior autē regio, quā crura didu-  
 „ cuntur, caua magis conspicitur, & gracilior fit: exterior verò gibba, vt in quam  
 „ venerit femoris caput. sed & clunis apparet superior, quum, quæ ibi caro est, ce-  
 „ dat capiti femoris. femoris item extremitas, quæ ad genu est, intrò spectat, non  
 „ fecus etiam crus & pes.

Agit nunc de coxæ articulo in alteram partem luxato, narratque mala, quæ  
 ibi apparēt, & causas adiicit, quemadmodum in omnibus fecit, nihilque præ-  
 terit ex eā doctrinā, quæ in experimento consistit. quæ oratio vniuersā simili- 40  
 ter in aperto est.

89. **S**ed neq; curuare crus possunt, perinde ac sanum. hæ sunt ergo notæ femo-  
 „ ris in exteriorem partem excidentis.

Hoc verò accidit ob musculos posteriores, qui flexui pugnāt, quoniam ità  
 figurati plurimū extendi non sustinent.

90. **Q**Vibus ergo ætate iam robustā prolapsus articulus non reuertitur, totū  
 „ crus breuius fit, calx ingressu terram non cōtingit, sed planta ima, extre-  
 miq;

- 1 » miq̃ue digiti parum in interiorem partem spectant, meliùsque id crus superius  
 » corpus fert, quàm quibus in interiorem partem excessit . partim quia femoris  
 » caput, & articuli ceruix, quum naturâ à latere contineatur, magnâ ex parte co-  
 » xâ subijcitur: partim quia extremus pes non cogitur in exteriorem partem in-  
 » clinari, sed propè è regione corporis est, & aliquantum magis in interiorem  
 » partem conuertitur.

- Imam plantam dixit *ἡ ἰσθμὸς*, quam *ἡ ἰσθμὸς* appellant, qui corporibus incidendis  
 versantur, ea est ad radices digitorum . nam pedis medium naturaliter cauum  
 est, quod calce extremo à posteriori parte terminatur, à priori plâtæ principio.  
 10 sic, vt pes humi insadat calce imâ plantâ, & eâ carne, quæ extremis digitis sub-  
 iecta est, reliquis partibus omnibus, quæ propositis interiectæ sunt, attollatur,  
 exceptâ pedis parte exteriori, quâ humi totus insidet. Habent autem nonnulli  
 pedum structurâ prauam, vt quibus medius pes ab interiori parte nō sit cauus,  
 quos à pedibus planis græci nominant *ἡ ἰσθμὸς*. sed hos, vt qui similem valgis  
 pedum structuram habeant, in hoc sermone præterijt. Quæ sequuntur igitur  
 animaduertens in ijs, qui naturaliter figurati sunt perpende. namque hi, quum  
 moderate progrediuntur, toto calce imâ plantâ ac digitorum parte carnosâ hu-  
 mi hærent. q̃ si enitantur maximè progredi, principio calci insidunt: deinde,  
 quum iam transferunt in priorem partem alterum crus, tunc imæ quoque plâ-  
 20 tæ innituntur: postremò, vbi plurimùm similiter altero pede progressi sunt, cal-  
 ce terram contingere incipiunt, tuncque pedis antè consistētis calcem quidem  
 attollunt, extremos verò digitos in solo collocant. Eorum igitur, qui naturali-  
 ter habēt, ambulatio huiusmodi est . sed, vt quibusdā ex vitio aliquo crus lon-  
 gius sit, aut breuius, vtrumque duplici de causâ accidit . longitudinis causa est  
 humor multus neruorum, vel articulus luxatus, quo modo suprâ diximus: bre-  
 uitatis siccitas, & articulus luxatus in eam partem quam nunc proposuit. prio-  
 res quidem ingrediuntur ad eum modum, quem paulo suprâ indicauit: reliqui  
 sicut nunc docet, primò ostendens femoris caput carnosò loco excipi, & non  
 osse, vt in primo casu femoris erumpentis, quem proposuit. Cedit igitur in hâc  
 30 parte caro, singulisq̃; musculis ad suum initium attractis sit, vt totum quoque  
 femur sursum trahatur. Meritò itaque crus breuius altero se ostendit, neq̃; ter-  
 ram cōtingere similiter potest, atque vbi naturaliter habuit. hi ergo, quum in-  
 gredi necesse habent, contrario modo pedem figurant, atq̃; ij, qui antè propo-  
 siti sunt, quibus affectum crus integro lōgius reddebatur. illi enim iuxta talum  
 pedem simum figurabant digitos excitantes: contrā hi pedem inclināt, infle-  
 ctuntq̃; & terrâ contingere extremis digitis cupiūt, atq̃; hâc de causâ ab affe-  
 ctâ coxâ se demittūt, vt humi innitantur, non solùm extremis digitis, sed ma-  
 gniâ ex parte imâ plâtâ, quâ retuli ab ijs, qui in corporibus incidēdis versantur,  
 vocari *ἡ ἰσθμὸς*: Hippocrates autē eam dixit *ἡ ἰσθμὸς*. q̃ si velint calce terrâ cōtinge-  
 40 re, demitti multū ab affectâ coxâ cogentur, periculūq̃; erit, ne inclinati in alte-  
 ram partem cadant. quâ de causâ neque vti calce eiusmodi homines tentant.

» **V**bi caro, in quam articulus excessit, iam trita est, & glutinosa euasit, dolor g  
 » tempore conuiescit, quo cessante, ingredi absque baculo possunt, si alio-  
 » quin velint, potestq̃; affecto crure ferri corpus. his ergo, cum crure vtantur, ea-  
 » ro minùs effœminatur, quàm paulò antè propositis. effœminatur autē, vel ma-  
 » gis, vel minùs: ferè autem magis ab interiori parte, quàm ab exteriori. alij verò  
 » ex ijs nequeunt calceamenta se induere, propterea quòd crus nō curuetur, alijs



» id licet. Quibus autē seu in vtero matris, seu vi dum adhuc increſcūt, huiusmo-  
 » di articulus iam exciderit, neq; repositus fuerit, quibus itē morbo elapsus fue-  
 » rit, expulsusq; (complura enim talia eueniunt) vbi aliquibus horū femur corrū-  
 » patur, suppurationes habent diuturnas, & linamētis indigēt, atq; ossa nōnullis  
 » nudantur, & femoris os, tam vbi corrūpitur, quā vbi non corrumpitur, mul-  
 » to breuius redditur, neque ad sani exemplū augetur. præterea ossa huius cruris  
 » breuiora fiunt, q̃ alterius, parū tamen ob easdē causas, quæ antē expositæ sunt.

Locum tritum dixit trāſlatione vsus à locis ambulatione tritis. est autē eius  
 oratio talis. femoris caput suo loco motū in exteriorem partem figitur in car-  
 nem: ijs verò, qui sic affecti sunt, à principio dolet caro, quam premit femoris  
 caput, procedente tempore occalescit, perinde quasi fossorum manus. vbi id  
 accidit, sedes fit commissuræ similis, quū semur trito loco vtatur, non secus  
 atque antea cauo coxæ. nam prætēr cætera quidam eā parte humor colligitur,  
 qui principio quidem copiose ob inflammationem coit, dein tenuiori sui par-  
 te, & aquosa magis à superiectis medicamentis dissipatā, reliqua remanet, quæ  
 glutinosa est, & mucosa, hæc ad motionem capitis femoris maximè confert.  
 ob quem humorem trito hoc loco, tāquam articuli sinu vtuntur. magis autem  
 inclinantur in exteriorem partem, quā in interiorē. Dictum autem est in su-  
 perioribus quoq; partes cōtrarias ijs, quæ luxatum articulum recipiunt, graci-  
 liores fieri, & molliores, quatenus magis in ocio sūt: eas verò in quas prolapsus  
 articulus figitur, quāuis prætēr naturam, aliquantum tamen mouentur: illæ,  
 vnde recessit, per se quidem non mouentur, sed paululum per alias, quæ primò  
 motæ sunt, quū partes in quibus articulus erat, effœminētur. atque hoc est id  
 testimonium, quod allaturum se pollicitus est. in sequentibus de partibus, quæ  
 plus minusue emacrescunt, extenuanturque.

92 » **I** Ngredique huiusmodi homines possunt, nōnulli quidem eo modo, quo illi,  
 » quibus ætate iam firmā articulus excidit, neque repositus est: nonnulli verò  
 » toto pede insistentes, cogunturq; ob cruris breuitatem in ingressu à recto ha-  
 » bitu, & qui sine inclinatione est, in affectam partem inclinari, & ab inclinatio-  
 » ne, quæ in affectam partē est, rursus attolli, atque erigi. Hæc itaq; sic eueniunt,  
 » vbi, & quod ad figurandi rationē attinet, & quod ad cætera, quæ conueniunt,  
 » fuerint diligenter à pueris instituti, priusquā ita confirmentur, vt inambula-  
 » re possint, diligenter item ac rectè postquā cōfirmati fuerint. Summam verò  
 » curam postulant, quibus ætate maximè tenerā hoc infortunium accidit. nam, si  
 » negligantur, quū teneri sint, crus vniuersum inutile efficitur, & minimè in-  
 » crescit, caro item totius cruris magis minuitur, quā in sano, multo tamen mi-  
 » nus ijs, quā quibus in interiorem partem excessit, idque vsus ac laboris causā.  
 » quū statim vti crure possint, quemadmodū suprā de ijs diximus, quibus ob  
 » humeri caput iam in alam prolapsum humerus breuior redditur. Inueniuntur  
 » autem nonnulli, quibus in vtero penitus, alij, quibus sub morbo vtriusque cru-  
 » ris articulus in exteriorem partem prolabitur. his ergo ossa eiusmodi vitio ve-  
 » xantur, sed caro minimè effœminatur. crura autem habitiora fiunt, nisi si ab  
 » interiori parte parum emacrescant. eā verò de causā habitiora sunt, quā hi  
 » vtroque pariter vtuntur.

A recto habitu, & qui sine inclinatione est, in affectam partem inclinari, &  
 rursus ab inclinatione attolli atque erigi, διαρρέπει dixit, quod quid sibi velit,  
 & in superioribus ostendimus, & hîc quoque ostendemus. namque vbi semur  
 in exteriorem



1 in exteriorem partē promouetur, à musculis, qui ibi sunt, sursum attractū (quē admodum antē dictum est) innexum crus totum sublimius reddit, atque eā de causā vix tetram contingit. quamobrem coguntur imā tantū plantā humi infidere, dum ambulant vniuerso corpore in affectum crus conuerso, quū huic innititur. necessariō itaq; vbi sano inniti debent, cū quod lēsum est in priorem partem transferunt, in sanū rursus conuertitur femore erecto. itā, vt semper in ingressu duos habitus inuicem mutant, variantq; nam, quo tempore integro crure insistent, erecto corpore attolluntur simul & ambulant: quo rursus læso nituntur, demittunt se, atq; in id inclinātur. Mutare igitur corpus modō à  
 10 recto habitu, & sine inclinatione in affectam partem inclinando, & ab inclinatione, quæ in affectam partem est, rursus attollendo, atque erigendo διατρέπει dixit, vno verbo propositam habitus mutationem exprimens.

„ Similiter enim ab utrāque parte in ingressu agitantur, clunibꝫque apparēt 93  
 „ Admodum in exteriorem partem prominentibus, propterea quod articuli  
 „ excefferint.

Quibus vtrique crurum articuli in exteriorem partem exciderunt, mutatio totius corporis, dum ingrediuntur, in vtroq; crure similis est habitui, qui accidit, quū altero dūtaxat luxato æger ipso innititur, atque ad ilia curuatur, deprimiturque. altero enim tantū luxato, quū homo affecto cruri insistit, eo  
 20 modo, quem nunc diximus figuratur: sed contrario, cū alteri nititur, corpus enim attollit, erigitque, & ilia recta continet. constat ergo eum tunc dissimiliter figurari, sed in hoc casu egri eodē statu ab utrāque parte tam dextrā quā sinistrā continentur. agitantur autem hic nihilominus, dum inuicem vtrique cruri innituntur, quod ipse dixit [σαλεύουσιν ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, id est, in ingressu agitantur] agitari expressit vocabulo σαλεύειν, quod idem significat, ἀδιατρέπειν. accidit igitur hic, vt similiter utrāque corporis partes figurentur, quū vtrūque crus inuicem terræ innitatur. quod (vt ostensum est) ipsis antē non eueniebat.

„ Sed, nisi his ossa vitientur, neque gibbi supra coxas fiant (nonnulli enim 94  
 „ huiusmodi vitijs prehendantur) nisi inquam tale quid eueniat, in cæteris  
 30 satis sani degunt.

Nonnulli ex ijs, quibus crura sic luxantur propter communitatem gibbi fiunt. nempē, quū inflammatio in vertebrarū ligamentis primō oriatur, tum duræ quædā reliquæ remaneāt. id siquidem & extrinsecus accidere videmus popliti, cubito, & digitis non rarō, quū articulus contrahitur, ἀγκυλω græci dicunt, patētque in huiusmodi casibus articulum præ tumoris duritie contrahi, cū chorda musculos, qui eam partem tendunt, minimē sequatur, sicuti cū ob durū tumorem flectentes non sequitur, cōmissura, quæ sic affecta est, tenditur, quod malū græci nomināt ὀρθόκωλον. Potest igitur ob talem quendam durum tumorem spina deprauari: potest & propter cōsortium sub crudo, duroque tuberculo idem vitium experiri. Sed quo pacto eiusmodi affectibus spinæ peruersio superueniat, suprā posuimus, vbi de ipsā propriè tractauimus.

„ Inus tamen toto corpore increscunt capite excepto. 95

„ Quibus coxæ articulus in exteriorē partem prolabitur, melius ingreditur, quā quibus in interiorē, vbi inflammationis periculū effugerint, & præcipuarum partium, cui opportuno sunt, quā illi. articulus enim, cū in interiorē partem luxatur super os fertur, quod nō premitur, cū durum sit, neque huic malo patet: at exterior femoris regio, cum maximis musculis com-

prehendatur, ingenti dolore torquetur. premuntur enim articulo in eam prolapsi, terunturque, & extenduntur tumore præter naturam, nempe femoris capite, & sentiunt omne id, quo vexantur, ac propterea dolent. Ergo propter musculos, qui articulum admittentes teruntur, premunturque, atque idcirco inflantur, & cæteræ partes adiunctæ, & quæ circa spinam sunt, afficiuntur, quæ si quando afficiantur, & æger adhuc increseat, non secus ac semur incremento prohibentur, & minores fiunt, atque omnino deteriores. Illius autem meminisse oportet, quod iam sæpius dictum est, & eorum testimonium est, quæ paulò antè proposita sunt. vbi, qui adhuc augentur, sic læduntur, partes minus incresecunt: quibus verò ætate firmâ id accidit, minus aluntur, & molliores euadunt, spinâ minus auctâ, sequitur, vt reliquû corpus huiusmodi hominibus minus reddatur. infra enim crura afficiuntur, super crura vsque ad caput spina sita est. Itaque, vbi hæc minor fit, minus item crus totum, meritò dicit his hominibus vniuersum corpus minus increscere excepto capite.

De femoris capite in posteriorem partem luxato.

96. **A**T vbi in posteriorem partem femoris caput prolabitur, prolabitur autem rarò, extendi non potest crus, neque ad articulû luxatum, neque admodum ad poplitè: sed ex omnibus partibus, in quas hic articulus excidit, vbi in posteriore excidat, commissura, quæ ad inguen, & quæ ad poplitè, minimè extenditur. 20

Femoris caput ob causam, quam suprà declarauimus, in propositam nunc partem rarò excidit, quoniàm scilicet caui altitudo inæqualis est. quocirca quâ minor est, magis procidit, atque eâ de causâ magis in interiorem partem: quâ maior, rarò, & ob id in posteriorem rarò procidit, in quam vbi mouetur, crus ad inguen nullo modo extenditur, ad genu non ex toto. vtriusque causa est musculorum situs, quorum naturam perfectè indicauimus in opere de musculis incidendis, & in secundo libro de ratione corporum incidendorum. vt autem in memoriâ habeatis, quæ sæpius intuiti estis incisâ simiâ. (hoc enim animal structuram habet maximâ ex parte homini similem) primùm meminisse debetis muscoli, qui à lumbis ortus ad paruum femoris tuberculum pertinet, deinde alterius, qui ab ossè, quod pubi subest ad idem tuberculum intendens, cum superiori coniungitur. hi ergo vehementer extenduntur, quùm femoris caput in posteriorem partem elabatur, ibi implicati, & circa coxæ cauum in orbem voluti. atque, vbi is, quem hoc vitium exercet, extendere articulum tentet, oportebit vniuersum semur in posteriorem partem circumuolui. in quo casu propositi duo musculi potissimùm læduntur, vt qui plurimùm trahantur, extendanturque. nam, quùm longiores, quàm antè facti sint, vterius extendi citra dolorem nequeunt, cùmque longiores fieri non possint, commissuram extendi non patiuntur. Hæc igitur de causâ, qui sic affecti sunt, extendere crus ad inguen non possunt, neque etiam ad genu. propterea quòd femoris caput suo cauo prolapsum continetur in posteriori parte illius ossis, à quo recipi solet. qd si futurum esset, vt femoris caput extentum ad genu, inguine penitus curuato multum attolleretur, necesse esset, vt femoris caput à coxâ plurimùm in posteriorem partem excederet. quod fieri nõ potest, nisi conuellatur musculus, quo exceptus est, quùm ex naturali sede procidit. In commissurâ ergo, quæ ad inguen est, neutrum fieri potest ex ijs, quæ fiebant, priusquam articulus procidisset, nam neque perfectè extendi, neque perfectè curuari potest. Quid ergo Hippocrates alterum



tes alterum duntaxat adscripsit? An quia, postquam luxatus articulus est, crus curuatum protinus apparet, ut potè, quum imum femur ad genu eatenus in priorem partem excedat, quatenus summum in posteriorè, & quatenus ad inguen crus curuatur. quo fit, ut posteriores muscoli, qui ad poplitem sunt, superioribus capitibus extendantur, quum femur sic retrò prolapsus est. his autem supernè extensis, extenditur vnà reliquum eorū corpus vsque ad chordas, quæ perueniunt ad crus, quibus extensis poples curuatur. quocirca quibus sic articuli luxantur, curuata merito utræque commissuræ conspiciuntur. igitur quia extendere ipsas nequeunt, præcipuè eam, quæ ad inguen est, idcirco non dixit solummodò has commissuras non posse extèdi, sed in eâ, quæ ad coxam est, id simpliciter protulit, in eâ, quæ ad genu adiecit *καὶ γὰρ*, hoc est admodum, ut potè, quæ extendi possit, non admodum tamen. nam, si id posset, nihil à naturali statu recederet. superuenit autem hæc noxa ob eandem causam, ob quam ab articulo luxato protinus poples curuatur. Illud enim scire licet commune omnium deprauationum, quòd, vbi partes aliquæ extendantur, quæ cum his continuantur, sequentes ad ipsas conuertuntur. nulla enim ex ijs, quæ sic suo vitio conuersæ sunt, naturalem sedem relinquit, sed ab eâ, cum quâ continuatur, attrahitur. hæc autem attrahit cõmuni vnâ ratione quòd tendatur, sed tenditur, non vnâ de causâ, siquidem intèdi solet, vbi vltra debitum humore impleatur, siccescat, inflammatione, vel duro tumore teneatur, vel locum mutet. quare cuncta hæc Hippocrates in sequentibus latius adscripsit, cuius nos sermonem sequuti verba omnia enodabimus.

» Illud etiam ignorare non oportet, vtilissimū enim, & maximi momenti est, 9 7  
 » Iac plerosq; latet, quòd nec qui benè valèt, extendere poplitis commissuram  
 » possunt, nisi simul extèdant eam, quæ ad inguen, præterquam, vbi pedem ad-  
 » modum attollunt, sic enim possent. hi ergo poplitis articulum curuare non si-  
 » militer possunt, sed multo ægrius, nisi inguinis quoque articulum curuent.

Coniunctionem, quam posuit in partibus, quæ moueri aliquo modo prohibentur, non suo vitio, sed earum, cum quibus consortiū habent, nunc doce-  
 30 re incipit in musculis, qui naturaliter habèt, quorum nullus initium sumit à femore, quanquā multi sunt. nonnulli enim ab osse, quod ad ilia pertinet, oriuntur: nonnulli à coxâ: vnus tantum ab osse, quod pubi subest. hæc igitur de causâ commissuras moueri simul necesse est, sicut nunc in pede & poplite ostensum est, in quibus apparet etiam consortium, quod cum inguine habent. nam (sicut demonstratum est) quemadmodum muscoli, qui posteriorem ipsorum partem mouent (ut dixi) in imo femore ad radices tuberculorum incipiūt, ità, qui per priorem cruris partem feruntur, ex eodem imo femore dependēt. quare necesse est intendi posteriores quidem, quum poples extenditur, priores, quum curuatur, vbi ergo tendantur magis, quàm eorum naturæ conueniat, oppositi renituntur, & minimè sequuntur. voco autem oppositos eos, qui extendunt ijs, qui curuāt, id est priores posterioribus. Duobus autem musculis gratiâ exempli contentus ero ad huius loci explanationem, quum qui in corporibus incidendis omnes cruris musculos intuiti sunt, ex his possint de reliquis facere cōiecturam: alijs verò, qui nullo modo intuiti sunt, neq; sermo de duobus clarus erit. hi ergo orsi ab eo osse, quod ad ilia pertinet, procedūt, primò quidem per femoris commissuram, quæ ad inguen est, dein, vbi per femur totum ad alteram eius commissuram, quæ ad genu est, intenderunt, alter, qui angustior est,



fertur iuxta interius femoris tuberculum, quod humilius est, tum spectans in priorem tibiæ partem, cruri ex interiori parte innectitur: alter, qui magnus est, latefcit degenerans in valentissimam chordâ, quæ miscetur cum alterâ chordâ dependente à maximo ex musculis prioris partis, qui à clune inchoatur. patellæ autem primum superiniicitur, dein fertur ad crus. Itaq; si crûs ad inguen flectatur, eâ parte musculi breuiores reddentur: si extendatur, longiores. commissura verò genu ac poplitis, vbi extendatur, qui super patellam fertur, breuior fit: qui ab interiori parte, longior. quare cogetur maximè extendi, qui à priori parte est, si extendentes commissuram, quæ ad inguen est, conemur poplitem curuare: qui à posteriori, si poplite extento inguen curuetur. ex sublimiori enim loco per priorem partem femoris descendens flectitur, inde conuertitur obliquus, & ad priorem tibiæ partem porrigitur. meritò igitur ipse longior euadens primas partes cruris ac femoris longiores reddit, vbi excitantur. ostendimus enim in libris de motu muscutorum summâ contractionem, summâmq; extentionem dolori esse, & musculos quidè contrahi, dum agunt, extendi verò, dum ab oppositis attrahuntur. siquando autem, quum musculi in seipsos cōtracti agunt, oppositi non dolent, simul extenduntur, naturaliter quidem in commissuris, quæ propositum confortium habeant, præter naturâ verò in illis, quæ deinceps adscribentur. complures autè medici decipiuntur, putantque eos musculos affectos esse, quorum prohiberi actionem viderint, quod magis adhuc perspicuum est in sequentibus.

98 **M**ulta quoque alia in corpore inueniuntur, quæ similiter germana sunt: de neruorum item extensione & muscutorum habitu multa etiam sunt, & magis scitu digna, quàm quis existimet: præterea de intestinis ac ventre vniuerso, de vtero, qui huc atque illuc fertur, cōtrahiturque. Sed alibi de his verba faciemus germana his, quæ nunc traduntur. quod ad hunc locum attinet, & extendi crûs nō potest (sicut iam dictum est) & breuius apparet duplici de causâ, tum quòd non extendatur, tum quòd articulus in carne clunis eruperit.

Antea quoq; diximus consueſſe Hippocraté eas partes nominare germanas, quæ inter se consortiū & cognationem habent, quarum id caput est, quod vnâ parte vitiatâ alterius actio, situs, habitus, vel magnitudo læditur. communis horum omnium causa est in contrariam regionem extensio. In situ exempli causâ (vt ab euidentissimis ordiamur) multos vidimus, qui mederi aggrediuntur, quod non ritè didicerunt, & protinus, vbi aliqua pars cōtraheretur, & breuior fieret, pristinumque situm penitus non seruaret, ad eam ipsam remedia adhiberēt, quamuis nullo vexaretur affectu, qui curatione indigeret. itaq; vbi musculi ab alterâ maxillæ parte resoluâtur, fit, vt altera breuior appareat, & quasi contracta, sed, quæ læsa est, eam sequuta, extendi videatur. nam, cum musculi omnes vnâ propriâ habeât actionem, quâ scilicet ad sua initia cōtrahuntur, quâdo illi, qui à sinistrâ parte maxillæ siti sunt, agendi potestate priuantur, qui à dextrâ sunt robusti, ac naturaliter habentes agunt, dextrâ maxillâ vniuersam, & labra ad se contrahentes, atq; ita conspicitur sinistrū labrum extētum, & longius redditū: dextrum breuius, & contractū. ergo in hoc casu breuius fit, quod integrum est, attrahens ad se ipsum maxillæ partē, quæ resoluta est. Alibi verò ab eo, quod affectū est, attrahitur, conuelliturq; id, quod sanum, sicut vbi musculus vel chorda, cum induruit, nequit simul cū oppositis, dū agunt, extendi. Multa quoque similia euenire constat, in digitis manus, cubito, poplite, cum cōtrahuntur

1 contrahunt propter vitia musculorum & chordarū interiorum, sed, vbi extenduntur greci ὁρδοιωλως dicunt, itā enim appellare medici solēt articulos, qui extēti sunt, & curuari non possunt. Huiusmodi quid accidit cicatricibus magnis ac duris, quæ, quū ab interiori parte sunt, articulum contrahūt, cū ab exteriori (vt dixi) sic extendunt, vt curuari non possit, quod ob siccitatem, & ob ingentem humorū vel spiritus instantis concursum euenire etiā solet. nam, quū partes, quæ sic affectæ sunt, in seipsas contrahūt, sequitur, vt oppositi musculi agere nequeant, quū, qui contrahūt, partes in contrariū auellant. sic nervorum distentiones fiunt, quū ipsi musculi primò ac præcipuè seipsos, deinde  
 10 partes, ad quas perueniunt, ad suum initium contrahunt. Sic & vterus interdum sursum fertur, nonnunquam in latus cōuertitur. non quòd ipse suā actione naturalem sedem relinquat, sed quòd ab alio trahatur. multa verò sunt, quæ attrahunt, nam & ea, quibus appenditur, & nerui, & arteriæ, & venæ, quæ cum eo iunguntur, efficere id possunt, vbi in tumorem assurgentes eatenus breuiiores fiunt, quatenus in latitudinem augēt. namque hoc commune est corporum omnium, quæ extenduntur, contrahunturque, non modò animalium, sed eorum, quæ inanimata sunt, cuiusmodi sunt vtres, sacculi, calathi. Vterus igitur hāc de causā sursum, ac deorsum fertur: & quædam intestina, musculisque complures, ac propter eā membra, & maxilla. simile quid suprà ostensum est in spinā, vbi  
 20 gibba, caua, vel obliqua redditur.

EST enim hæc natura ossis coxæ, vbi & caput, & ceruix femoris recipitur, 9 8  
 quod, quū hoc luxatum in exteriorem partē natium decliue fertur, curuare quidem homo crus potest, si dolore non prohibeatur.

Tenuis est natura ossis coxæ, in quo cauum continetur. patet autem, quū femoris caput in posteriorem partem prorumpit, ab eā parte, quæ post cauum est, sustineri, vt inter cauum & femoris caput id os sit, quod à posteriori parte cauum complectitur. hoc quidem est pars coxæ, cuius nunc meministi, quū ait, [in exteriorem partem natium decliue fertur]. Manifestum est autem ijs, qui viderint eiusmodi locorum sectionē, femoris caput vī cum totā ceruice ex-  
 30 pelli in magnum musculum natium, qui commissuram hāc extēdit, à quo musculo chorda oritur, quæ à membranā non abhorret, coniungiturque cum eā chordā, quam paulò suprà diximus, quæ ex duobus musculis orsa à priori parte femoris ultra patellam tendens cum tibiæ capite connectitur. Ergo hic musculus prolapsus femoris caput admittens omnium maximè torquetur, quū sub ipso prematur, distēdaturque. quare necesse est inflammatione ipsum prehendi, sursumque ad se trahere chordam, quam paulò antè commemorauimus à membranā non abhorrentem. quod quū accidit, consequēs est, vt homo doleat, vbi poplitem flectit, quatenus enim hic flectitur, hācenus chorda extenditur, atteriturque à patellā. hæc autem extēta musculum extēdit, à quo  
 40 dependet, nempe magnum illum, quo (vt retuli) recipitur femoris caput. procedente tempore, quū musculus hic ab inflammatione soluitur, cōtrahiturque humorem quendam glutinosum, pars eius, quæ articulum contingit, occallescit, & poples citra dolorem extenditur. ad quam rem faciunt & alia, quæ prius posita sunt de cruris musculis.

TVm crus & pes modicè recta se ostendunt, neque multum in hanc vel illam partem inclinata.

Hippocrates modicè ἀδιδκας dixit. quo verbo significari, neq; perfectè, aut



omnino vehementer, neque ex toto, sed mediocriter, ex ipsius verbis colligitur. ipse enim subiungens [neque multum in hanc, vel illam partem inclinata] aperte demonstrat, quum adscripserit [multum], id cruri accidere, ut non multum, sed, ut parum peruertatur, depraueturque, atque ob eam rem dixit, [tum crus & pes modice recta se ostendunt], quasi dixerit has partes apparere mediocriter rectas.

101. **P**raeterea in inguine caro mollior sentitur, praesertim si tangatur, ut potest, quum articulus in alteram partem exciderit: sed in natibus, si tangatur semoris caput, videtur magis prominere. his ergo notis indicatur semoris caput in posteriorem partem procidisse. Cui autem aetate iam robusta prolapsus, restitutum non fuerit, ambulare quidem potest, quum tempus processit, & dolor cessauit, atque articulus volui in carne confuevit, cogitur tamen, dum ambulat vehementer ad inguina curuari, idque duplici de causa, quia ob ea, quae proposita sunt, crus multo breuius redditur, & multum calx abest, ut terram contingat. nam si vel paulum tentet eo pede sustineri, nulli alteri rei innixus, cadet utique in partem posteriorem. coxae enim, quum magis in posteriorem partem, quam pedum basis excedant, in eam plurimum inclinabunt, & spina item in coxas, vix quae ima planta consistet, neque hoc accidet, nisi ad inguina se curuet, & alterius cruris poplitem flectat. quandoquidem necesse est, ut manu, quae a parte affecti cruris est, in quolibet passu super femore haereat. 20 quae res cogit ipsum flecti aliquid ad inguina. nam quum in ingressu crura permulentur, nequit corpus affecto crure sustineri, nisi id crus manu deorsum ad terram compellatur. quoniam articulus corpori non subijcitur, sed in posteriorem partem ad coxam prominet: ambulare tamen offensus sine baculo potest, si alioquin assueuerit. propterea, quod basis pedis est regione pristina spectat, neque in exteriorem partem conuertitur. idcirco igitur nihil egent baculo, quod renitatur, quicumque velint femur non amplius comprehendere, sed in vicem baculo inniti, quod alae ab affecto latere subijciatur. quod si longius baculum admoveant, magis erecti ambulant, pes tamen terrae non innititur, si inniti velint, breuius admoveant. cogentur autem ad inguina curuari. Ema- 30 crescit etiam ijs caro pro ratione, quemadmodum antea diximus. nam quibus suspeditur crus, minimèque laborat, maximè extenuatur: sed, quum in ingressu vsui admodum est, minimè gracile fit. integrum tamen crus non iuuatur, sed potius deformius redditur, si vitiatum utantur terrae innixi. nam dum sanum vitiatum subseruit, coxam & poplitem curuari necesse est. quod si vitiatum crus terram non contingat, sed suspensum sit, & homo baculo innitatur, hoc pacto integrum robustius reddetur, quum naturaliter habeat, & exercitatione magis firmetur. At dicet quis haec praeter medicinam esse. nam, quid ultra scire nobis conuenit de ijs, quae curationem non admittunt? conuenit tamen summo- 40 pere. intelligenda enim haec sunt ab eodem professore, quum tanquam aliena se iungi nequeant. si quidem tractare debemus, quae curationem recipiunt, ne insanabilia euadant, intelligentes quam potissimum ratione occurramus, quominus insanabilia efficiantur: illa vero in quibus medicinae locus non est, dignoscenda sunt, ne maximè noxia reddantur. Praeclara autem, & ardua praedictio in eo consistit, ut intelligamus, quo, qualiter, & quando singula terminentur, ac siue in ea mala vertatur, in quibus remedio futurus locus sit, siue euadere in insanabilia debeant. Caeterum quibus vel à primo natali die, vel alioquin, dum incrementum,



1 » *increſcunt, articulus ſimiliter in poſtერიem partem excidit, neque reconditus*  
 » *fuit, ſeu vi, ſeu morbo exciderit (multis propter morbos ſic articuli luxátur) cu-*  
 » *iuſmodi verò ſint hi morbi poſthac indicauimus. Si prolapſus (inquam) reuer-*  
 » *ſus non eſt, femoris os breue efficitur, vitiatur itē crus vniuerſum, minúſq; in-*  
 » *creſcit, & gracilius redditur, quū nulli vſui ſit.*

Præfertim *ꝓꝓ* dixit, quam vocem in ſuperioribus etiam retuli ab Hip-  
 pocrate vſurpari, vbi intendere velit, quod proponitur. eſt autem eius oratio  
 talis. In inguine caro mollior ſentitur, ſi aſpiciatur, & multo magis ſi locus tan-  
 gatur. Quæſequuntur omnia patent ijs, qui in memoriã habeant, quæ antè  
 10 poſita ſunt.

» *V*itiatur enim hiſ & articulus, qui ad poplitem eſt, quoniã nerui ob pro- 102  
 » poſitas cauſas intenduntur. quare, quibus ſic coxa exciderit, extēdere po-  
 » plitem non poſſunt. nam (vt ſummatim dicam) quæcunque in corpore ad ali-  
 » quem vſum fabricata ſunt, ſi quis moderatè vtatur, exerceátq; in eo laboris ge-  
 » nere, cui ſingula aſſueuerint, eo pacto benè valent, augentur, & ad longam ſe-  
 » neſcitum perducuntur: ſi in vſu non ſint, ſed ocioſa degant, morbis patēt, non  
 » augentur, & maturè ſeneſcunt. id præcipuè accidit neruis, atque articulis, niſi  
 » quis illis vtatur. hiſ igitur de cauſis vitiantur magis, quū hoc modo articulus  
 » luxatur, quàm cum alijs. totum enim crus incremento prohibetur, & quod ad  
 20 carnem, & quod ad oſſa pertinet. Huiuſmodi ergo homines, quū ætate iam  
 » robuſtã ſunt, ſuſpenſum, curuatúmque crus tenent, ſed altero feruntur bacu-  
 » lo innixi vno, vel etiam altero.

Euidentiſſimum eſt Hippocratem dixiſſe coxam excidere, pro coxæ arti-  
 culo. ſæpè enim narrauimus maiores noſtros nondum tenniſſe exquisitam te-  
 nuémque nomenclaturam rationem, in quã poſteriores exercētur, ſed ſat exiſtimariſſe  
 in ijs, quæ explicabant, eò tantum incumbere, vt quæ dicerent, ab auditore in-  
 telligerentur. Quod inquit igitur huiuſmodi eſt. quibus femur in poſterio-  
 rem partem prorupit, vitiatur nō ſolū articulus luxatus, ſed & qui ad popli-  
 tem eſt. propterea[ & ]coniunctionem adiunxit, neque ſimpliciter dixit[ vitiat-  
 30 ur articulus, qui ad poplitem eſt]. quo autem vitio occupetur, ipſe apertè ex-  
 poſuit, cum ait, [nerui intenduntur] ſed neruos ne intellexerit eos, qui propriè  
 nerui ſunt, quique à ſpinæ medullã oriuntur, vel in quas muſculi degenerant  
 chordas, quæ ad crus pertinent, in hoc loco nihil intereſt, cum vtraque fidem  
 facere poſſint rectè à nobis expoſita fuiſſe, quæ ab Hippocrate dicta ſunt, vbi  
 aſſerit non poſſe poplitē extendi, quibus hoc modo femur promouetur. Quã-  
 dam prætereà communem rationem adiecit, nempe partes aliquas variè lædi,  
 quod ad habitum pertinet, magnitudinem, poſitionem, ac motum, quamuis  
 ipſæ nullo proprio morbo lædantur, ſed à quibuſdam alijs afficiantur, quibus  
 cum conſortium habent. Intentionem verò in huiuſmodi affectibus præcipuè

40 cauſatur, quam perſequutus tribus modis indicat, vno, quū muſculus aliquis  
 reſoluitur, tunc enim, qui integer eſt, contrahi videtur: altero, quū oppoſitus  
 tenditur: tertio, vbi quod integrum eſt, trahitur ab aliquo eorum, cum quibus  
 coniūgitur, ſicut accidit, quū vterus mouetur. Nunc ergo, quū poſteriores  
 nerui, muſculi, & chordæ tendantur, curuatus poples extendentibus muſculis  
 non paret. Caterum de chordarum, muſculorūque extēſione antea dictum  
 eſt. nunc de neruis, qui à medullã ſpinæ orti ad crura intendunt. quorum initia  
 tria ſunt: vnū à priori parte iuxta magnū foramē oſſis, quod pubi ſubiectum

est: alterum ad inguina: vbi neruus fertur, & cum magnâ venâ, & absque ipsâ à priori parte femoris, atque hæc parua sunt: maximū autem neruorum initium à posteriori parte fertur ad vniuersum crus, primūque procedit ab eâ regione, quæ est inter os latum, & id, quod ad anum terminatur, *κέντρον* græcè dicitur. hoc igitur initium, vbi articulus in posteriorem partem elabatur, premitur, tenditurque. atque idcirco diximus Hippocratem hoc loco posse intelligere eos tendi, qui propriè nerui vocantur.

De femoris capite in priorem partem luxato.

103 **A**T quūm femoris caput in priorem partem erumpit (quod quidē raro accidit) perfectè extendi crus potest, sed ad inguen minimè curuari. laborat enim homo, etiam si flectere poplitem cogatur, ad calcem verò, & in vniuersum crus æquè longum conspicitur.

Propter cauum, quod non æquè vndique altum est, articulum in aliam partem raro, in aliam frequenter luxari, antea sæpenuerò demonstraui. nunc autem de femore differens in priorem elapso, cōtrario modo affici ait eos, quibus in hanc luxatur, atque eos, quibus in posteriorem. illi enim extendere crus non poterant, hi, cū in ipso flexu nunc sit femoris caput ac ceruix, curuare ad inguen non possunt, nec ad poplitem propter musculum priorem, qui oritur ab osse, quod ad ilia pertinet. ille enim comprimitur, tensusque attollitur à femoris capite, cūmq; extendi ampliùs non possit, renititur, si quis flectere poplitem conetur, apparet autē cruris lōgitudō consimilis. In superioribus autē de femore luxato in partem anteriorem sic ad verbū scripsit [os enim, quod à coxâ sursum procedit ad pectinem, femoris capiti inhæret, ceruixque articuli cauo sustinetur] à quo priùs non sustinebatur ex toto, sed magnâ ex parte in eius caui altioribus partibus insidebat: in casu autem, quem nunc ponit, in inguine prominet, atque is locus intentus apparet, cū femur nunc à suo cauo recedens in priorem partem & paulo inferiùs venerit. quo fit, vt vitiatum crus sani longitudinem æquet. id, quod præsertim ipsis accidit ad calcem, extremū enim crus minùs demitti in terram potest. cuius rei causa in superioribus explicata nunc rursus summatim etiam enarrabitur.

104 **S**Ed pes extremus spectare minùs potest in partē anteriore, crus verò totum rectam positionē naturaliter seruat, nec in hanc aut illam partē inclinatur.

Potest, dixit *ἡ δὲ λα*, vbi verbum *ἡ δὲ λα*, id est [velle] pro [posse] vsurpauit, quemadmodū etiam Homerus, cū ait, *ἡ δὲ λα προῖχέειν*, vbi ponit, *ἡ δὲ λα*, id est [noluit] pro [nō potuit]. Extremum pedem appellauit eam partem pedis, quæ à plantâ ad digitos est, & vngues. accidit enim (quæadmodū suprà ostensum est) vt extento poplite non benè articulus tali in priorem partem inclinatur. Hæc itaq; nunc exponere volens ait [sed pes extremus minùs spectare vult in partem anteriorem] indicans digitos, quibus continetur extremus pes non facile extendi posse, aut deorsum conuerti, & terram contingere.

105 **E**re autem his dolor protinus accedit, & vrina supprimitur, magisq; quam si articulus in aliam partem luxetur.

106 **Q**uamobrem hæc sequantur, ipse causam adiungit.  
**V**enit enim femoris caput maximè prope neruos magnam vim habentes, & in inguine prominet, atque is locus extensus apparet, in clunibus rugæ conspiciuntur, & summa gracilitas. Quas quidem diximus, notæ sunt femoris in priorem



1 » in priorem partem prolapsi.

Nervos appellavit *τῶν*, eos intelligens, qui cum venâ & arteriâ per inguen feruntur [magnâ vim habêtes] vocavit *ἐπιμαχοῦς*, sicut in superioribus etiam didicimus. habet autem hi magnam vim, quum medulla spinæ proximi sint, atque inde oriantur, vnde initium sumunt nervi, qui ad vesicam feruntur. quo fit, ut femoris capite in hanc partem luxato, vesica quoque afficiatur, inflammeturque, & reddere urinam nequeat. fortasse etiam aliquando ob inflammationis magnitudinem, quâ vesicæ cervix affigitur, ubi musculus est, qui eam adstringit, urina supprimitur. eo quod inflammatis partibus excæcatum iter claudatur. 107

10 **Q**uibus verò ætate iam robustâ articulus in hanc partem elapsus, minimè restituitur, hi quum dolor finitur, & articulus assuescit in eo loco cœverti, in quæ procidit, recti protinus ingredi possunt sine baculo, ac recti ex toto. quum vitiatum crus, neque ad inguen, neque ad poplitem faciliè complicitur. Ergo, quum ad inguen non flectatur, crure in ingressu magis recto utuntur, quàm quum integrum erat.

Quo tempore articulus excidit, dolorem dixit protinus accedere, & urinam supprimi: procedente verò tempore, ubi hæc cessant, ingredi hominem posse. at quâ de causâ hæc finiantur, quanquam femoris caput maneat, comprimatque, & similiter nervos extendat, docuit, quum orationi adiecit [ & articulus assuescit in eo loco cœverti in quem procidit]. Videtur enim in eâ re cōsuetudinem causari. quoniam, quæ ab aliquo premuntur, quum tempore occalescant, id facilius ferunt, & ea, quæ tunc tēdebantur, quum huic molestiæ assueverint, dolere cessant. Cur verò sine baculo recti ingrediantur, ipse subiecit. caput autem orationis id est, quod crus erectum servatur, & neutra commissura, nec quæ ad inguen, nec quæ ad poplitem est, flectitur.

» **N**onnunquam etiam pedem per terrâ trahunt, ut, qui superiores commissu- 108  
ras non faciliè flectant, quanquam pede toto inambulant. namque hi minus calci, quàm priori parti pedis in ingressu nituntur.

Superiores commissuras nominat, eam, quæ ad inguen est, & eam, quæ ad 30 poplitem. quatuor autem commissuræ ingressui accommodantur, quæ ad inguen est, quæ ad poplitē, quæ ad talum, & quæ ad digitos, postremam quavis multiplex fit, ut vnam tantum annuero, quum vsum atque actionē communem præstet. hæc non admodum confert, dum per æquale solum ingredimur: ea verò, quæ ad talum, ad progrediendum, atque ad crura transferenda nihil proficit, maximè tamen efficit, ut pes humi hæreat, ad quam rem parum faciunt digitorum commissuræ. Vniuersa autem cruris actio, dum ingredimur, & multo magis dum currimus, à commissurâ, quæ ad inguen est, & ab eâ, quæ ad poplitem profiscitur. his enim curuatis crus à terrâ attollitur ac faciliè trāssertur. At nunc, quum neutra flectatur, iure per terram trahi pedem, ait. adiecit [ nonnun- 40 quam] propter soli differentiam, & vim noxæ. illi enim, qui per æqualia & declivia loca ingrediuntur, si vel parum quid crus ad superiores commissuras inflectant, pedem haud trahunt: sed, qui per inæqualia ambulant, & acclivia, minimèque eas curuant, tantum ab eo absunt, ut pedem non trahât, ut etiâ offendant in eâ, quæ in solo eminēt. [quique pede toto inambulant] inambulant pede toto, qui calce, plantâ & extremis digitis terram cōtingunt. illi enim, quibus in posteriorem partem femoris caput elabatur, de quibus ante hos tractauit, cum breuius crus redderetur, non utebatur calce in ingressu, sed terram contingere-



bant inâ plantâ, duntaxat, quæ (vt diximus) ab ijs, qui in corporibus incidentis versantur, ~~æ~~ *ἁπλῶς* dicitur. Verùm quibus in priorem partem coxæ articulus promouetur, calce primùm in terrâ confidete, quùm eâ parte pedis, quæ ad digitos est, ingredi nequeant, quâ postea vtuntur, quùm iam affecto cruri insistentes transferre alterum incipiunt.

109 " **V**erùm, si valdè progredi possent, calce admodum ingrederentur. nam & qui benè valent, quanto maximè procedunt, tanto maximè calce ingreditur, quùm vni pedi insistent, & alterum attollunt.

Eos, qui valdè procedunt, calce terram contingere supra ostendimus, quod euidentissimè apparet: non minùs etiam in aperto est, nò posse omnino valdè 10 procedere, qui superiores commissuras curuare ob quamuis causam nequeunt. id autem ipsis accidit, propterea quòd molestiam non ferant, quâ, dum transferunt extremum crus, vexantur. nihil enim aliud prohibet, ne maximè procedant. quod si sano cruri insistentes id facere vellent, possent quidem, sed nò sine labore. quamobrem satius fortasse fuit hanc orationem, ita explicare. Quibus coxæ articulus in priorem partē erupit, his nihilominus quàm inâ plantâ & digitis, ad ambulandum vti calce licet: ac si sustineant longiùs affecto crure procedere, & calce omnino ingredientur, verùm non sustinent, quoniam, vbi extentum crus cum difficultate transferunt, dolore torquentur.

110 " **P**ropterea, quibus sic procidit, magis adhuc calci inhæreat, quàm priori parti pedis. 20

Inhærare dixit *ἐγγεῖν*, quod vocabulum mutuari solet ad ea significanda, quorum alteri alterum inhæret, iuxta quam significationem eo vtitur, quùm in fracturis componendis imperat, vt fracta ossa priùs intenta inter se diducâtur. sic enim ait faciliùs componi, quàm si *ἐγγεῖν*, id est, quùm alterum alteri inhæret, propellantur. Quod igitur paulò antè proposuerat, clarè in hâc oratione demonstrauit. namq; hi nihilominus calce ingredientur, quàm priori parte pedis. quod clariùs adhuc & meliùs dixisset hoc modo. [non enim minùs hi calce ingredientur, quàm priori parte pedis, sed magis etiam]. non tamen adiecit in superiori oratione [sed magis etiam].

111 " **P**edis enim anterior pars, quùm reliquum crus extentum est, non æquè potest in priorem partem curuari, atque vbi flexum est: neque item simus pes redditur, vbi crus inflexum est, sicut vbi extensum. crus igitur naturâ, quùm bene valet, sic se habet, vt diximus. vbi verò articulus luxatus restitutus non fuerit, homo ob propositas causas inambulat, sicut ostensum est, crus tamen altero 30 gracilius redditur, & à clune, & à carnosa parte, quæ in posteriori crure præminet, & è regione posterioris partis. quibus itaque tenerâ ætate articulus elapsus minimè restituitur, vel à primo natali die id mali incidit, femoris os magis minuitur, quàm tibiæ, aut pedis.

Pars pedis, quæ ad plantam & digitos est (quam priorem appellat) extento 40 poplite contingere terram non potest. vocauit autem huiusmodi pedis habitum *καμπύλον*, id est curuum. nam commissura, quæ ad talum est, neque extēta dici solet, neq; flexa, sicut ea, quæ ad poplitē, & ea, quæ ad inguen. Ergo, vbi priores musculi eam partem pedis, quæ inter talos & plantam est, attollunt, dici solet aliquo modo pes *σιμῶδες*, id est, simus fieri: vbi verò posteriores calcem ad se trahunt, vnà cum eâ parte, quæ inter talos & digitorum radices est, nullum est nomē vsitatum, quo istiusmodi habitus nominetur. quare Hippocrates (vt ostendimus)

ostendimus) eum appellauit *ἰσχυρὰ*, vocem inueniens rei, quam exprimit, accommodatam. neque enim potest pes simus fieri, attolliq; à prioribus musculis, quod non aliud est, quàm simum fieri, quùm crus inflexū est, sicut quādo erat extentum: quemadmodum nec curuus fieri, nisi crus flectatur, potest autem utroque modo figurari, sub utroq; cruris proposito habitu, sed paulum, & violenter, multū & sine vi, non potest. Ergo, cū musculi (vt diximus) orti à posteriori parte cruris, quæ carnosā prominet, nō ab anteriori calcem & vniuersum pedem trahunt ad partem posteriorem, eiusmodi habitum pedis, græcè nonnulli *ἰσχυρὰ*, nonnulli *ἑκτασι* nuncupant, quemadmodū, vbi pes in contrariam partē à prioribus musculis mouetur, alij *ἑκτασι*, alij *ἰσχυρὰ* nominant, in quo casu (vt retuli) dici solet pes *σιμῶδες*, id est, simus fieri: in cōtrario nullum est nomen, de quo inter omnes conueniat, sed nihilo deterius habet rerum peritia propter vocabulorum dissensionem. Equidem absque vocabulis, de quibus non cōueniat inter omnes, oratione utrūque mihi clarè videor explanasse.

**M**inimum autē femur minuitur, quū in hāc partem promouetur: minui- 112.  
tur tamē caro vbique, à posteriori parte præsertim, sicut in superioribus quoque dictum est. Ergo quicunq; rectè educati fuerint, vt crure possunt, cū incrementum, quanquā aliquanto breuius altero est, baculo tamen fulciuntur à parte cruris vitati. nequeūt enim absque calce imā plantā cōsistere, quod quibusdam aliā de causā claudicantibus licet, quam obrem nequeant, paulo suprà declarauimus. idcirco igitur baculo egent. Iis verò, qui negligenter habiti fuerint, neque crure terram contingant, sed id suspensum habeant, ossa magis minuuntur, q̃ alijs, qui crure vtuntur: circa articulos autem crus, quod ad rectum habitū pertinet, magis deprauatur, quā quibus articulus alio modo luxatur.

Quidam ex ijs, qui huiusmodi dictiones exponunt, tātā videntur earum habere peritiā, vt [minimum] arbitrentur [nullo modo] significare: [non minimum] [maximè]. hi ergo Hippocratem dixisse existimarent his, qui sic affecti sunt, femur nullo modo minui. At minui ipsum constat, non æquē tamen, atq; vbi in alias partes prolabitur. causæ enim, ob quas minuitur, leuiiores sunt in hoc casu, quā in illis. Duas autem causas reddidimus, instrumentorum deprauationem, & actionum noxam, ob quam parum crure vtūtur. sed, quū in hanc partem femoris caput erumpit, præterquā quod instrumenta non admodum deprauantur, actio ipsa cruris non multum læditur.

## Galenī in Hippocratem de articu-

LIS COMMENTARIVS QVARTVS, VIDO  
VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.

1 **V** T summatim igitur dicamus articuli, qui excidūt, & elabun-  
tur, non eodem modo semper excidunt & elabuntur. modò  
enim multo plus, modò multo minùs. vbi quidem multo plus,  
& elabuntur, & excidunt, in vniuersum maiori negotio resti- 10  
tuuntur, ac nisi reuertatur, ossa, caro, atque habitus, & magis,  
& apertius deprauantur, vitianturq; At, quum minùs excidūt  
& elabuntur, ossa hæc faciliùs cōduntur, & vbi vel negligentur, vel reponi ne-  
queant, minùs debilitantur, & cum leuiori detrimēto in hoc casu, quàm in eo,  
quem proximè posuimus. In reliquis ergo articulis multum interest, magis ne  
an minùs suâ sede excedant: sed vtrūq; caput tam femoris, quàm humeri sem-  
per omnino æquè prolabitur: quoniam absque vllo excessu simpliciter rotun-  
dum est, & cauo recipitur, quod in orbem est, & optimè sibi aptatur. quocirca  
euenire non potest, vt in his articuli dimidium procidat. nam, cum rotundus sit,  
vel totus erumpet, vel intrò reuertetur. Id ergo, quo de agitur, ex toto suâ sede 20  
mouetur, alioquin non excideret, interdum tamen magis, interdum minùs à  
naturali sede recedit, quod magis femori euenit, quàm humero.

Non modò huius orationis, sed & omniū, quæ sequuntur, caput vnum est,  
luxata non mediocriter inter se differre, quatenus magis, aut minùs à naturali  
sede recedunt. nonnulla enim multum, nonnulla parum absunt, vtrumq; autem  
magis, aut minùs patiūtur. In alijs quidē articulis res clara est, vt in cubito, ma-  
nu, crure, pede, digitis: sed humeri & femoris caput indicat non posse paulum  
suo loco excedere (quod vitium græci *πρὸς ὀρθότητα* dicunt) quum rotundum sit,  
& in cauum inferatur, quod oras in orbem habet, in quibus consistere caput  
nequeat. necessariò enim, vel protinus recoderetur, vel ex toto excideret. vtrū- 30  
que tamen caput ait interdū longè, interdum paululum à naturali sede recede-  
re. vbi verò & plurimum & minimum datur, non paucas, quod ad plus & mi-  
nùs attinet, differentias intercedere manifestum est.

2 **Q** Vando quidē nonnulla ex ijs, quæ à primo natali die suâ sede mouentur,  
si parum exceßerint, restitui possunt, præsertimq; ad pedis articulos.

Quod ait [primo natali die] nonnulli ad eos referunt, qui in vtero sunt, alij  
ad eos, qui non multo antè nati sunt. horum sententiam comprobant, quæ se-  
quuntur: sed illi proculdubio errant, qui accipiunt in ijs tantum, qui in vtero  
sunt. satius enim est ad vtrōsq; orationē referre. Præterea, quæ sequuntur cum  
alijs facere paulò post demonstrabimus, vbi cum locum aperiemus. 40

3 **Q** Vibus à primo natali die crus varum est.  
Crus varum, id est, in exteriorem partem conuersum, suprà etiam nū-  
cupauit *κνήμην*, vbi spectare intrò pedē ait. dixit autē pedis articulos, quoniam  
plures numero sunt omnes iuxta tali commissuram siti, cum quo non vnum os  
tantum cōmittitur. sura enim ab exteriori parte, ab interiori tibia, vtraq; ma-  
gno processu cōplectitur talum, cuius pars prior, quæ rotunda est, & quasi ca-  
put habet rotundum ceruicis superimpositum, à cauo excipitur illius ossis, quod  
scaphæ



1 scapulae similitudinem refert, quâ parte commissurâ pes potissimum & sursum extenditur, quum simus efficitur, & in posteriorem partem ducitur: sed & ab inferiori parte talus cum calce committitur, quomodo in libro de ossibus explanauimus, in quo exerceri iussimus eum, qui debeat in his expositionibus versari. Verum pes tunc potissimum varus redditur, cum tibia in exteriorem partem creuit, sic, ut inferior surâ processus, quo talum ab exteriori parte completitur, sine ullâ fulcrâ suspendatur.

10 **P**lariq; sanabiles sunt, nisi ita magnus excessus sit, aut pueris iam adultioribus res incidat. Commodissimum itaque his est celerrimè subuenire, antequam & pedis ossium, & carnis in crure magna admodum defectio sequatur.

Adultiores vocat eos, qui plurimum increuerunt, quorum ossa non æquè tractari & componi possunt, atque infantium propter mollietatem. Hinc itaq; colligitur Hippocratem de ijs agere, qui nati iam sunt: at loquatúr ne de illis, qui in vtero sunt, nō similiter manifestum est, sed in superioribus sapius retulit in vtero matris articulos luxari.

5 **M**odus ergo eius vitij, sub quo pes varus fit, nō simplex est, sed multiplex. plerumque autē varus redditur, non quod articulus ex toto luxatus fuerit, sed quod pes consueuerit re aliquâ exceptus figurari.

20 **M**odum *ὁσπερ* dixit, quod verbum plerumque mutuari solet, quum de vnoquoq; eorū loquimur, quæ inter se differunt singula: sed nunc agere potest, quâ ratione pes varus fiat, quod multis modis accidit. namque id, quod subiicitur, vtramque sententiam comprobatur, quum ait, [plerumque autem varus efficitur non quod articulus ex toto luxatus fuerit, sed q̄ pes cōsueuerit re aliquâ exceptus figurari]. nam, quum inquit [non q̄ articulus ex toto luxatus fuerit] vnum quendam vitij modum expressit: quum verò dixit, [sed quod pes consueuerit re aliquâ exceptus figurari] vnde is fiat, ostendit. Neq; enim alienū est deprauari tenera, & veluti cerea infantiū ossa, prauè à nutricibus figurata, cum in cunis collocantur quodāmodo cōtorta, vel pluribus velamentis iuuoluta, vel sic, ut à quibusdā etiam vrgantur, à quibus omnibus deprauationes fiunt.

30 **H**æc autem in curatione animaduertēda sunt. os cruris, quod ad talos extat, ab exteriori parte in interiorem propellendum, dirigendumq; est: calx contrā è regione eius in exteriorem repellendus, ut ossa, quæ excesserunt, inter se concurrāt, & in medio, & à latere pedis: digitiq; omnes vnà cum pollice repentē in interiorem partem inclinandi, atque ita cogendi sunt.

40 Scribit ipse in libro de fracturis [crus binis ossibus continetur, quorum alterū altero tenuius est, ab vnâ parte multo, paulo ab altera]. solent autē recentiores hoc os, quod ab exteriori parte sitū est, græcè nominare *πρόπυλον*. iubet igitur, ut illud in interiorem partem cogatur, simulq; calx repellatur in exteriorem, idq; præsertim ex calce, quod è regione est, cruris videlicet, quod super ipsum naturaliter sitū est. De hac autem restituendi ratione antea sæpius mentionem fecit, quæ omnium communis est. siquidem necesse est, quod naturali sede excessit, in pristinum locum propellere, ut ossa inter se concurrant. Quæ subiicit de ipsis dirigendis euidentissima sunt ijs, qui in memoriā habeant, quæ superius diximus in expositione huius libri, & antè, eius, qui de fracturis est. siquid autem occurrat, quod obscurius videatur, illud duntaxat enodabimus.

7 **D**eligare item conuenit adhibito cerato, quod resinam copiosè acceperit, & fascijs mollibus, non paruis, neque admodum arctatis.

Partibus compositis aptatur ceratum, quod resinam acceperit. quoniam fasciæ cuti melius inhaerent, & partes corporis magis siccantur. ex eo quod fasciæ inhaerent, sequitur, ut partes, quæ curantur, immobiles, ut compositæ sunt, seruentur: ex eo quod partes siccantur, ut spissentur, & confirmentur. quæ res etiâ composita fideliter tuetur. Porro autem fascias molles adhibet ob corporum mollietatem, quæ infantium corporibus propter ætatem inest, quas leniter adstringit cauens, ne vehementer arctatæ comprimant, præcipuè cum corpora mollia sint. sed quia minus adstringit, idcirco imperat, ut plures fasciæ injiciantur. scripsit enim vinculi firmitatem, vel pressu comparari, vel numero fasciarum.

8. **N**on secus autem circūagenda fascia est, quam si pes manibus dirigendus sit, ut paulo magis valgus appareat. 10

Hoc item præceptum cōmuniter ad luxata fractaque omnia pertinet, quod sæpius ab ipso memoria proditur. non enim vult in dirigendo, quæ composita sunt in naturalem sedem exquisitè restituta, ita relinqui, sed paulo vltra cōpelli, ut ad contrarium eius loci, in quem diu peruersa spectarunt, à nobis impulla, consistant in medio, quod prorsus secundum naturam fuit. nam si collocata in hoc dimitterentur, ad diurnam deprauationem redirent. Cōstat autem præceptum hoc ad id consilium pertinere, quod in curando maximè cōmune est, in quo contraria cōtrariorum esse præsidia docuit. quum nec refrigerata, moderate calefaciamus, nec calefacta, moderate refrigeremus. sed eatenus à medio in contrariam partem recedamus, quatenus in alteram morbus recessit. Nunc quia pes varus est, cui vitio contrarium id est, sub quo valgus efficitur, idcirco Hippocrates iubet, dum componitur, ut in valgum conuertatur, scilicet vltra sedem prorsus naturalem. 20

9. **S**olea item conficienda est, aut ex pelle non multum durâ, aut ex plumbo. Hoc etiam ad stabiliedam iuncturam molitur, quam obrem iubet ipsum postremum omnium super iuncturam deuinciri, ut eam totâ contineat, & carnem ipsam non comprimat, id quod in sequentibus expressit, inquit enim.

10. **A**lligandaque non ut cuti insidat, sed cum postrema lineæ circumdantur. ubi iam alligaueris, caput vnus ex fascijs, quibus vincitur, è regione minimi digiti assuendum est, illis fascijs, quæ sub pede sunt, ut dum moderate se habere videatur, fascia sursum ducta circa posteriorem cruris partem, quæ carnosâ prominet, voluatur, atque ita firmiter maneat. sed (ut vno verbo dicam) quasi ceram fingamus, debemus & manibus in naturalem sedem compellere, & vinculo similiter non magnâ vi, sed leniter adducere. 30

E regione minimi digiti, hoc est, ab exteriori parte pedis fasciam appedit, quam attrahit ad posteriorem partem cruris, quæ carnosâ prominet. quandoquidem pedi varo medetur, quod si valgum curaret, ab alterâ parte fasciæ caput assueret. quoniam inclinare pedem oportet in contrariam partem atque conuertitur, sic, ut, quæ extrâ spectant, compellantur intrò: quæ intrò, similiter in contrariam regionem cogantur. 40

11. **A**ssuendæ autem fasciæ sunt, ut quomodo opus est, suspendantur. Alia enim deprauatio aliam suspendendi viam postulat.

Quod ego nuper posui, ipse nunc declarat alijs deprauationibus alias suspendendi rationes accommodari. cōstat autem, ubi pes in interiorem partem spectet, ita suspendendum esse, ut extremum crus in interiorem partem compellatur, pes in exteriorem: ubi pes in exteriorē inclinatur, ita, ut crus in exteriorem

rem



1 rem, pes in interiorem vrgeatur. vbi in vtramuis partē paulum exceſſerit, ap-  
penſa fascia moderatē in cōtrariam partem cogi debet: qui longē à naturali ſi-  
tu reſceſſit, validiùs repellendus eſt. Ideo deſtaurationem (quam *χάλωμα* dixit)  
commune nomen omnium prauitatum accipito.

20 **C** Alcei verò è plumbo inſtruantur, qui ſuper iuncturam obligentur, ad eam 1 2  
formā, quam Chiæ crepidæ habebant. quibus opus non eſt, ſi quis mani-  
bus rectē componat: rectē item faſcijs alliget: rectē ſuſpendat. Curatio igitur  
hæc, neque ſectiōnem, neque vſtionem, neque aliam varietatem requirit. cele-  
riùs enim opinione huiusmodi vitia curationi cedunt, tēpore tamen ſuperan-  
da ſunt, dum corpus iuſto habitu increſcat.

Quānam fuerit chiæ crepidæ forma, non ſatis patet. quoniām neque Hip-  
pocratis ſæculo in vſu erat, atq; idcirco inquit [ad eam formā quam Chiæ cre-  
pidæ habebant] quūm potuiſſet dicere [habent]. Conſtat autē infantibus, cūm  
diriguntur, id calciamentū genus maximē idoneum eſſe, quod ad vnguē pedem  
excipit, & carnem non comprimit, ad quā rem ſpectantes parare nūc idoneum  
calciamentū poterimus, quāuis cuiusmodi chiæ crepidæ fuerūt, nō requiramus.

30 **V** Bi autem ad calceos veniatur, aptiſſimi ſunt, qui per loca luto plena geſta- 1 3  
ri ſolent, *πλεπιδες* nuncupantur.

20 Veniūt ad calceos pueri, qui curantur, quūm pars, quæ dirigitur, confirmata  
fuerit, & aliquid increuerit, atque oſſa ipſa non ampliùs mollia ſint. nā nec per-  
mittendum eſt, vt priùs inambulēt, ne pars ad priorem deſtaurationem iterum  
reuertatur: at vbi tutò ingredi poſſunt, calceis vtantur licet, quos Hippocrates  
*αββύλας* appellat. eſt autem calciamentū genus cauum, quod arcē pedem vniuer-  
ſum exquisitè vſque ad talos complectitur. Manifeſtū eſt autem eiſmodi eſſe,  
ex eo, quod Hippocrates ſubiicit, quūm inquit, [*πλεπιδες* nuncupantur]. hoc  
enim nomē inuentum eſt. quod ſi per *π*, ſcribatur, *πλεπιδες*, ductum erit à lu-  
to, quod *πῆλός* græcè dicitur. quūm ab ipſis lutum calcetur, calcari enim *πλεπιδες*  
dicunt: ſi per *β*, *βλεπιδες*, à luto ſimiliter, & à verbo ambulare, quod *βάλειν* di-  
cunt, quūm, qui ijs vtantur, tutò in luto ambulent.

30 **N** Amque hoc calciamenti genus à pede minimē coërcetur, ſed magis ip- 1 4  
ſum coërcet.

40 Et naturā, & vſu, alius homo alio modo inambulat, alius enim pede proſus  
recto, alius in interiorem partem inclinato, alius in exteriorē, atque inſuper  
alius plantā imā, alius calce magis ingreditur, alius æquē toti pedi inſidit. quin  
& calcei videntur ſemper inambulādi modo ſimiles reddi, vbi neque alti ſint,  
neque exquisitè pedem comprehendant, quorum calceorum ſi quem intuearis,  
coniicere licet quomodo ingrediatur, qui illis vitur. calceus enim rectus, & in  
neutram partem inclinās, ſed talis permanēs, qualis ſtructuratus eſt à ſutore, homi-  
nem recto pede ingredi denunciat: ſed, ſi vel intrò, vel extrà ſpectet, inambu-  
lantis pedem cōuerti in eam partem demōſtrat. Idem euenit, vbi calceus vel in  
poſteriorē, vel in priorē partem vergit. Non ſecus etiam clauī, vbi attriti ma-  
gis ſint, vel ad calcem, vel ad plantā, vel ad exteriorē partem, vel ad interio-  
rem indicio ſunt ambulantis pedē in eas partes conuerti. Hunc igitur calceum  
Hippocrates coërceri ait à pede, hoc eſt ſuperari: ſicut à contrario, qui rectus  
ſeruatur, & in neutram partem declinat, coërceri pedem, cogique rectū, ac ſine  
inclinatione terræ inſidere. caput autem huius ſtructuræ, id eſt, vt calceus vni-  
uerſum pedem arcē contineat, & abundē altus ſit. arcē autem complecti pe-



dem non potest, nisi multis locis findatur. Quamobrem venatores huiusmodi calceis induuntur, cum per inæqualia loca, & saltare, & currere necesse habeant, in quibus obtorquetur conuellunturq; iuxta talos, nisi calcei ex toto cuti hereant.

15 " Donea item est ratio calciamenti Cretensis.

In Asiâ nostrâ, & non minùs in Cretâ nunc calciamenta in vsu sunt, quæ ad mediũ vsq; crus pertinent, in quibus fissâ pellis est multis locis, & ab utrâq; parte dextrâ scilicet & sinistrâ æqualiter extenta: extremis partibus foramina habet, per quæ traiectum lorum partes pellis incisas inter se contrahat. In aperto autem est huiusmodi calceis pedem cum vniuersâ commissurâ, quæ ad talos est, contineri, atq; adstringi. his autē vtuntur apud nos venatores potissimum, 10 quum feras sectantur, quandoquidem in asperis, atque inæqualibus locis nō solum currere, sed saltare etiam coguntur. Eadem causa Creteses ad talium calceorum vsum impulit ob vastos insulæ montes, atque asperitatem.

De ossibus, quæ excidunt simul, & nudantur.

16 " V Bicumque cruris ossibus luxatis accedente vulnere articuli, qui ad pedem sunt, siue in interiorem, siue in exteriorem partem penitus excedant, reponendi non sunt, sed sinendũ est, vt cui placet medico, eos reponat. scire enim conuenit, vbi repositi seruentur hominem decedere, paucisq; diebus vitâ trahere. nam pauci septimũ diem excedunt, cum neruorũ distentione absumantur. 20

Ossa *κνήμης*, id est, cruris, suram intelligit, ac tibiã, quæ *κνήμη* græcè dicitur, & cognominis est cum eo toto, quod inter genu & pedem est. nudantur autem hæc & cute excedunt, ad vtramque cruris commissuram, cum pede scilicet & cum femore. antè igitur tractat de commissurâ cruris cū pede, imperans, vt, vbi tibiẽ os luxatum nudetur, à reponendo caueamus. propterea, quod neruorum distentio superueniat. Quod vbi incidat, dictũ est in opere de fracturis, musculos alios conuelli, alios contineri, & continuatos seruari. vbi ergo ad suũ initium contrahantur, vniuersum membrum breuius redditur. sequitur enim, quum à musculis attrahitur. quare si quis extendēs os extans reponat, musculi, & ipsa intentione non mediocriter lædentur, & longitudine mēbri simul distenti dolorẽ sentient intolerabilem. atque idcirco, quum musculi grandes sint, 30 neruorum distentionem sequi necesse erit. nam & vbi exigui essent, quemadmodum in digitis, neque sic res periculo vacaret. Multi tamen ex his ob summam in curatione diligentiam seruantur. hætenus, quod curationi vtile erat, superest quæstio quædam ad locitionẽ spectans, quæ curationi nō prodest, aut officit. vt si requirant aliqui, cur Hippocrates de cruris ossibus *ἰζαρθρεῖν*, id est, luxari dixerit, quum id vitium esse eorum ossium affirmet, quæ in cauis se insinuant, non eorum, quæ processus accipiunt. hos enim vocat *ἀρθρα*, id est, articulos, vt antè sæpius ostendimus. non debuit igitur (inquiunt) dicere *ἰζαρθρεῖν* de crure, sed de talo. is, qui hæc requirunt, respondendum est, id quod in prioribus sæpenumerò diximus, Hippocratem eo tantum intēdere, vt propositam 40 rem exprimat, quod ipse Plato & præcipit, & primus exequitur. Alibi autem demonstrauimus veteres non aliò quàm huc spectasse. solus enim Prodicus studuisse videtur tenui huic nominum inquisitioni, quam qui Prodicum sequuntur, solent exquisitam diligentiam nūcupare. Hippocratem verò nihil obscurius rem expressisse, ex verbis eius apertè conspicitur, quum inquit [vbi]cunque cruris ossibus luxatis articuli, qui ad pedẽ sunt, penitus excedũt, nam, si omnino dēpseris

1 no dempferis verbum luxatis, apertum est quod proponitur. sed Hippocrates hoc adiecit nihil respiciens ad tenuem huiusmodi nominū inquisitionem, cui qui student, plarunque non sunt eloquentes. nam, qui dicendi facultatem habent, ad vim enunciationis respicientes. verba singula non attendunt, sed grecorum more illis vtuntur, quorum copiā habent. quomodo videtur nunc Hippocrates loqui volens ossa cruris à commissurā recedētia cute excedere. si quis enim id, quod extat, & extra commissuram valdè prominet, luxatum dicat, clariùs rem exponet, auditorēque imagine rei docebit.

10 **P** Edē insup & crus gāgrēna prehēdit, quē sic futura esse certū scire cōuenit. 17  
Gangrēnā quoq; his superuenire ait, ob inflātionis scilicet magnitudinem, vbi excedentia ossa recōdita fuerint. inflāmata ergo partes, cum rubor inflāmationis recedit, liuidā euadūt, minuique dolor videtur, eo q; sensus torpeat: sed, vbi, quæ sic affectē sunt, ex toto sentiēdi facultate carēt, grācē id vitiū non ampliùs gāgrēna, sed sphacelus vocatur. Inter hūc autē & magnā inflāmationem media gāgrēna est, quē tāto grauior eiusmodi inflāmatione est, quāto leuior sphacelo. sub hoc enī natura mēbri vniuersa corrūpitur, idēq; vbi iā hēret, curationē nō admittit, sed solū à principio, cum nondū sphacelus est, sed magna gangrēna sphacelo vicina. Verū abutimur interdū vicinorū affectuum nominibus, ad eos significādos, qui ad hos accedūt, quanquā nondum ex toto  
20 ipsoꝝ specie & naturā habent. sic igitur & ingentē inflāmationē, cum nō ampliùs suū colorē tuctur, doloriq; est, interdū nominare gangrēnā cōsueuimus, quē quāuis gāgrēna nōdū penitus sit, futura tamē est paulò pōst, si negligatur.  
N<sup>Ec</sup> mihi etiā videtur idoneum esse veratrum eodem die datum & rutus epotum, sed vt quoduis tale ad idoneum proximē accedete, cui tamen  
30 confido. quod si neque ab initio reponantur, neque tentet aliquis ea reponere, plerosque se explicare manifestum est.

Tractauimus de vsu veratri ad eiusmodi vitia ī cōmētarijs ī librū de fracturis. 19  
Fulcite autem crus & pedem oportet eo modo, quo ipse velit.  
Fulcire crus & pedem <sup>hēgulōz</sup> dixit, hoc est, stabiliter collocare, quo spectans imperat, vt membrum figuremus, quemadmodum maximē cubantem iuuat. nam, quod ait [eo modo quo ipse æger velit] huc euadit.

40 **T** Antum ne dependeant, neue moueantur. 20  
Eius quod nūc ait [neue moueātur] vim antē pposuit, cum fulcire precepit, qđ significauit verbo <sup>hēgulōz</sup>. neq; enim aliud est fulcire mēbrū, qđ ab omni parte stabiliter collocare, sic, vt nullo pacto moueri possit. rectē autē adiecit [ne depēdeāt]. p̄fatus enī cōtinendū à nobis mēbrū, quēadmodū cubantē iuuat, nō ignorās cōtineri mēbrū posse etiā depēdēs, edicit, vt eiusmodi habitū vitemus, cum ad affectū locū materiā cōcitet, quē causa inflāmationis est. Meministis quidē eius, qđ narrauit ī superiori opere de crure figurādo, vbi extētū pedē  
collocari voluit, paulo sublimiorē, qđ vt exquisitē rectus seruaretur: nūc verō pmittere egris videtur, vt ipsum rectū habeāt. nā cū tribus modis figurari possit, dependēs, rectus, ac tertio in superiorē partē spectās, permittit egrotātī, vt quo pacto velit, crus figuret, modō nō depēdeat: sed antea p̄ceperat, vt sublimiorē dūtaxat cōtineret. Perspicuū itaq; est Hippocratē in huiusmodi affectibus, eō potissimū icūbere, vt dolor vitetur, veritus ne sequatur neruorū distētio, quā in neruosis partibus dolor maximē infert. qđ obrē, si quē hoc modo vitiata sūt, neq; refrigerētur, neq; dolore tentētur, neruorū distētione prehēdi, minimē possūt.



21 " **M**ederiq; cerato, quod picē habeat, paucis pānis ex vino madētibus non  
 " valdē frigidis, quādoquidem frigus in his neruorū distentionem cōcitāt.

De his quoq; iam loquuti sumus. nam ceratū, quod picem habeat, vlceribus  
 accommodatur: vinum, praesertimq; (vt ipse docuit) nigrum & austerū affectas  
 partes inflāmati non paritur. quod autē inquit fugiēdum esse frigus, cū ner-  
 uorum distentionem efficiat, in carnosīs partibus fortē aliquā expositione indi-  
 get, in neruis euidentissimū est, quibus vtrūque inest, nam & facilē refrigeran-  
 tur, vt qui naturā frigidi sint, atque exangues: & cū lāduntur, in distentionē  
 incidunt. cū neque in aliā parte distentio incidere possit, nisi nerui affician-  
 tur. cōmissuras verō inter alias partes maximē neruosas esse manifestum est, in 10  
 quibus muscoli positā carne, quam alijs suis partibus habebāt, in chordas de-  
 generant. Quare magis inquirēdum est, cur vtatur modicē frigido, quū non  
 mediocriter frigidum, sed calidū adhibendū videatur. cuius ratio sic habet. In  
 curandis partibus exulceratis propositum est, vt ab inflāmatione defendātur:  
 defendentur autē, si nullus humor ad eas concurreret, quā rem eas refrigerando  
 consequemur. nam, si admoueantur, quā calidū & humidū corpus efficiūt sta-  
 tim rubicūdius, paulō pōst tumidius ipsum exhibebunt, & in alium affectū in-  
 flammationi similē cōpellent. cōtraria omnia praestāt, quā refrigerāt, cū non  
 modō nihil humoris à superioribus partibus ad refrigeratū locū concitent, sed  
 quod in eo subsistit, exprimāt, & ad proximas partes depellāt. Est autem refri- 20  
 gerantium duplex genus, quādam aduentitiā qualitate tactū frigida sentiuntur:  
 quēdam innatā refrigerādi facultatē habent. adstringentia quidē frigida sunt,  
 sicut in opere de simpliciu medicamentorū facultate demonstrauimus, vbi reli-  
 quum genus refrigerantiū ab his diducitur, ad hoc spectat papaueris lachry-  
 ma, mādragoræ succus, cicuta, & cætera, quā madefaciunt simul & refrigerāt.  
 nāq; austera omnia terrenā naturā habēt cū facultate refrigerādi. De vſu autē  
 horū medicamentorū nō pauca scripſimus, in eo volumine, quod est de ratione  
 curādi, necnō in cōmentarijs in librū Hippocratis de vlceribus. Sed quā ad hūc  
 locū pertinet, id nouisse abūdē est, quā madeficientiū & refrigerantiū medica-  
 mentorū vis penetrat omnino ad altiores partes eorū corporū, quibus admoue- 30  
 tur, citoq; ipsas vltra debitū refrigerat, torporēq; affert potētia corpora admi-  
 nistrāti. Quē verō cū refrigerādi vi terrenā naturā habēt (vt ostēſū est in libris,  
 quos cōmemorauimus) ad cōfluētes succos depellēdos maximē aptātur, atq; hāc de  
 causā illis vtimur. sed quia calor ad se humores cōcitāt, idē aduentitiā qualitate  
 frigida admouemus, neq; illa calefacimus. Nūc verō quā spectat ad exulcerata-  
 rum partiū affectū, Hippocrates frigidis vteretur, quēadmodū & ī alijs vulne-  
 ribus: sed quatenus neruorū distentionē timet, quā asferre frigus solet, veretur  
 ex toto frigida ipōnere, atq; idcirco adiicit, cū de his loquitur [nō valdē frigidis].

22 " **R**estē etiam folia betæ, vel tussillaginis, vel cuiuspiam alterius talis in vino 40  
 " nigro austero semicocta, vlceri atque adiectis partibus imponuntur.

Tussillago herba quādam est proposito affectui salutaris, quū modicē sic-  
 cet, id quod in omnibus vlceribus requiri demonstrauimus. De vino autem ni-  
 gro atque austero loquuti sumus in cōmentarijs in librum de fracturis. hoc re-  
 pellendi facultatem habet, similiter vt alia vina, & cū crassiorum partium sit  
 quā ipſa, exulceratas partes non mordet, eā de causā praestantius est.

23 " **T**epido item cerato vlcus inungitur.

Admouet nunc ceratum, non vt vlceri medeatur, ostendimus enim in  
 expositione



1 expositione libri de vlceribus, vitari ab Hippocrate huiusmodi medicamen-  
ta, quæ vlcera glutinationem prohibent: sed quoniam nunc vlcera quatenus  
vltus est, non succurrit, quum neque id glutinare propositum sit, sicut alia recē-  
tia vulnera. primum autē curationis consilium eò spectat, ne homo neruorum  
distentione prehendantur. quocirca neque reponendum articulū censet, sed ma-  
gis permittendum, vt crus ex vlcere turpiter claudicat. non tamen simpliciter  
adhibet lenia medicamenta, quæ vocat in libro de vlceribus *μαλακωδόν*, quam-  
uis possint inflammatas partes lenire. primò enim eò incumbit, vt inflamma-  
tio minimè oriatur, atque idcirco repellentibus vtitur, neque his rursus per se,  
10 quemadmodum in alijs casibus. timet enim neruorum distentionem, sed com-  
positam curationis rationem indicat, per medicamenta contrarię facultatis iu-  
sto modo inter se mixta, quo maximè tendere in sequentibus videtur, ad quæ  
iam animum adiungito.

2 Quid si hybernū tempus fuerit, lana quoque succida madens ex vino atq; 24  
3 Oleo tepido imponenda est. & perfusione insuper vtendum.

Neque medicamenta tepida adhiberet, neque oleū prorsus adijceret, si loco  
subueniret, quasi simpliciter vlcato, sed (quod suprà retuli) veretur neruorū  
distentionem, atque ob eam rem oleum admiscet, & tepida cūcta superimpo-  
nit, nec, vt qui tantum pugnet contra neruorum distentionē, vlcera curationē  
20 relinquit: sed neque ad vltus spectat duntaxat. mixti enim morbi mixta quoq;  
præsidia exigunt, quocirca præcipit, vt lana succida inducatur, quā *εὐστυμωγὴν* di-  
cunt, propterea quòd œsypū habeat. quādoquidē (vt in libro de simplicium me-  
dicamentorū facultate ostēdimus) huius medicinæ proprietas simplex nō est,  
sed mixta ex contrarijs qualitibus ac viribus, adstringendi scilicet & modicè  
calescedi. Perfundi autē voluit hos affectus, non hyeme tantū, sed estate etiā.  
hoc siquidē, quod in fine subdit, cōmune est totius propositæ curationis, quo-  
niā huiusmodi affectus non hyeme duntaxat assiduam perfusionem requi-  
runt, quum estate quoque magis eam postulent quā hyeme, quò tunc his la-  
na imposita magis siccescat. imperat igitur, vt hæc omnia assiduè perfundan-  
30 tur: id verò quo perfundimus tale esse debet, quale in principio protinus cura-  
tionis admoueri iussit, nempe vinū æstate per se, hyeme cum oleo. caloris au-  
tem modum conijcies ex temperamento aëris, in quo viuimus, vbi enim valdè  
frigidum fuerit, humoris, qui perfunditur, calorem augebis: vbi calidū, remir-  
tes. ad calidi enim vsum nunquam venit, quocirca caloris modum augens atq;  
remittens, pro ambiētis cœli temperamento variabis. in quibus omnibus me-  
minisse debes eorū, quæ in vniuersum dixit, nec omnia vbiq; velle percipere.  
At quænam hæc sunt? nimirum ea, quæ in commentarijs in eas sentētijs Hip-  
pocratis, quæ aphorismi inscribuntur, & in alijs compluribus recēsenda duxi-  
mus, quorum, vbi vnum aliquid positū fuerit, omniū, quæ eandem vim habēt,  
40 meminisse oportet, existimareq; sermonem in omnibus accipiendū esse, quasi  
omniū cōmunis sit. Sic igitur & nunc Hippocrates hybernū tēpotis meminit:  
tu verò regionē, ætatem, vsum, corporis naturam reuocare in memoriā debes,  
nempe regionē frigidam, ætatem senilem, vsum eorū, quæ corpus refrigerant,  
corporis naturā frigidiorē. siquidē hæc omnia idem hortatur, ac tēpus, cuius  
Hippocrates meminit. Sed quemadmodū hyeme curationem calidiorē adhi-  
bet, sic æstate cōtrā tu frigidiorē admouebis, & sicut in æstiuo tēpore, itā in eta-  
te, regione, consuetudine, & naturā corporis calidā. q. si omnia calescedū esse

denunciēt, calidioribus p̄sidijs vteris, si refrigerādū, frigidioribus: sin alia ad calefaciēdū, alia ad refrigerandū hortentur, ip̄sorū numerum ac vim spectabis. sic enim maximē conuenientē calefaciēdi & refrigerandi modū coniicies.

25" **N**Eque vllā re quidpiam deuincies, neque aliquid impones. scire enim licet huiusmodi vitijs omnibus modis alienum esse p̄ssum & onus.

Subtrahit in hoc casu nō modò eas fascias, quæ primē iniiciūtur, quas vbiq; ad comminuta, & ad luxata ossa adhibuit, sed & eas, quæ super lanam voluuntur. cuius rei causam ip̄se reddit, cū inquit [huiusmodi vitijs omnibus modis alienum esse p̄ssum & onus]. sufficit autem ip̄sis solūmodò lanam imponere, quæ cū mollis sit, & leuis, oneri esse non potest. hoc autē timet, nō vt qui vlceri medeatur: sed, vt qui nudatis attritisq; chordis ac nervis caueat, ne distēdatur.

26" **A**D hæc autem pertinent nonnulla ex ijs medicamentis, quæ cruentis vulneribus iniiciuntur, ea scilicet, quæ idonea sunt, quibus imposta lana vi no perfusa, longiorem moram trahat.

Medicamēta, quæ vulneribus statim iniiciuntur, & in his libris, & in eo, qui de vlceribus est, *viapua* appellat. inter hæc, quæ longiori tēpore resoluuntur, & interim, dum soluātur, perfundi possunt, admoueri potissimū debēt. siquidem constituit, quemadmodum in totā reliquā curatione eò spectādum esse, vt leniendi vim habeat. hāc enim de causā neq; vinculum imponit, neq; frequēter soluit. ex medicamentis autem, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, ea longiori tēporis interuallo soluere licet, quæ validiorem siccandi facultatem habent, eā tamen cautione, ne ob vehementem vim contrahendo lædant. duo autem medicamēta, quæ nota vobis sunt, gratiā exempli cōmemorabo. leguntur enim in omnibus libris de medicamentorū compositione, quales sunt duo Andromachi, & vnus Heræ, & aliorū permulti. componūtur medicamēta hæc ex bitumine, alterū barbarum, Cyzicenū alterum nominatur, hoc cū magis siccet, q̄ opus sit medicamentis, quæ cruentis vulneribus iniiciūtur, obest magis q̄ prosit, cū membra contrahat, & dolorem afferat: alterum verò medicamentum idoneum est, si moderata mixtura fuerit. ex ijs siquidē nonnulla plus iusto exiccāt, & dura sunt. verū de huiusmodi medicamentorū discrimine in opere de cōpositione ip̄sorū fusiùs tractauimus. quæ post hæc ab Hippocrate scribūtur, magnā ex parte plana sunt, si quæ suprà, & in cōmētarijs in librū hūc de articulis, & antē in eū, qui de fracturis est, p̄didimus, in memoriā habeātur.

27" **Q**Uæcunq; autem ex ijs medicamentis, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, paucorū dierum sunt, vel picem accipiunt, non æquē atq; illa proficiunt, quādoquidē vlcerum purgatio porrigitur in longius tēpus, diutius enim madent. horum tamen nonnulla vtiliter deligātur. scire autē apertē conuenit necesse esse hominem turpiter claudicare, quū versus partē superiorem pes trahatur, & ossa luxata ab exteriori parte promineant. ferē enim nullum ex ijs ossibus nudatur nisi paululum quid, neq; recedit, sed cicatrix inducitur tenuis, atque infirma, eāque non nisi multū temporis conquiescant. alioquin periculum est, ne remaneat vlcusculum, quod curationem nō admittat. Sed, quod ad propositum malum attinet, si hāc ratione curentur, seruantur: si articulus reponatur, maneātque, in exitium præcipitantur.

Quænam ex ijs medicamentis, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, paucorum dierum vocet, non magno negotio inuenies, si in memoriā habeas, quæ in explanatione proximē posite orationis tradidimus. patet enim eū sic appellare,



1 sic appellare, quæ ex paucorum dierum interuallo solvuntur. ex interuallo autem paucorum dierum solvere conuenit, quæcunque ex propositis infirmiora sunt. patiuntur enim in vlcere multum colligi saniei, eo quod non satis exsiccent. hæc à nonnullis ex veteribus resinâ extrinsecus excipiebatur, quorum nescio. multa enim dici possent: sed, quum Hippocrates ab omnibus his medicamentis abstineat, longius labi operæ præciū non est. in opere enim de medicamentis, quæ de his scire conuenit, omnia exequuti sumus: nunc autem, quod attinet ad proposita, satis hæc sint. Quæ sequuntur omnia præteribimus, quum manifesta sint ijs, qui eorum meminerint, quæ antè explanauimus.

10 **E**adem ratio est, si brachij ossa ad manū adiecto vlcere, siue in interiorem 28  
 " partem, siue in exteriorem excedant. certum enim scire cōuenit, hominem  
 " paucis diebus interiturum tali genere mortis, quale suprà posuimus, si reposita  
 " ossa fuerint, cōtineanturque: sed, si nemo hæc, vel reposuerit, vel reponere ten-  
 " tarit, longè sapius liberatur. cui malo mederi eadem ratione expedit, quā su-  
 " prà diximus: deprauationem verò deformē reddi, ac digitos manus infirmos,  
 " atque inutiles fieri necesse est.

Quemadmodum in crure totum id, quod inter talum & genu est, duobus  
 ossibus contentum *κνήμην* appellant, sic brachium, quod inter manum & cubi-  
 tum est *πῦχον*, quod similiter non ex vno osse, sed ex binis constat, quorum alte-  
 20 rum *ῥαδῖς*, id est radius, alterū græcè *πῦχον* propriè nominatur, id est, cubitus,  
 quod similiter euenit *ῥαδῖς* *κνήμης*, hoc est, in crure. commissura igitur, quæ ad  
 manum est, commissuræ tali responderet: quæ ad cubitū, illi, quæ ad genu. Maio-  
 rum tamen partium mala, seu fractæ, seu prolapsæ sint, semper grauiora sunt.  
 quam rem si animaduertas, exiguâ expositione ad sequentia indigebis.

**N**am digiti, vbi ossa in interiorem partem luxentur, curuari non possunt, 29  
 " vbi in exteriorem, extendi.

Cur luxari dicat in superioribus ostendimus, vbi cruris ossa adiecto vlcere  
 dixit ad pedem luxari: nūc reddere causam volo, quamobrem, cum brachium  
 accedente vlcere in interiorem partem prorumpit, digiti curuari nequeant. in  
 30 hoc casu sanè accidit, vt brachij ossa ab interiori regione ossibus, quæ in primâ  
 palmæ parte sunt, superinsidant, ab exteriori subijciantur, quum prima palmæ  
 pars tendatur à chordis, quæ ab exteriori parte ad ipsam perueniunt, sursumque  
 ad humerū tendunt. quod, quum euenit, necesse est digitos versus exteriorem  
 regionem trahi, quo fit, vt extendantur, idcirco neque flecti ex toto possunt, cum  
 exteriores musculi, & chordæ flectētibus renitatur. sapius enim diximus per-  
 fici actionē non posse, nisi oppositi musculi ijs pareant, qui agere nituntur. hinc  
 etiam fit, vt digiti minimè extendantur, cum brachij ossa in exteriorem partem  
 mouentur. interiores enim musculi, & chordæ vehemēter intenduntur, atque id-  
 40 circo cum cedere exterioribus nequeant, necesse est exteriorū actio intereat. Sed  
 & ipforū ossium positus, cum brachiū in interiorē partē elapsum primæ palmæ  
 parti insidet, phibere flexū potest: cum in exteriorē promouetur, porrectionē.

**V**icunque autem cruris os ad genu cute, siue in interiorem, siue in exte- 30  
 " riorem partem excedit, quibus reconditur, maturius intereunt, quàm alij,  
 " quamuis illis quoque vitæ periculū instet: sed, si curationem adhibeas reponere  
 " minimum tentans, hæc viā tantum spes salutis superest. hæc autē ossa eo magis  
 " periculosa sunt, quo superiora sunt & robustiora, & à robustioribus prolabu-  
 " tur. Quod si femoris os ad genu luxetur, vbi ponatur, maneatque, maiori vi, &



» citius adhuc homo absumitur, q̄ superioribus casibus: si non reponatur, res lon-  
» gè periculosior est, quàm in superioribus. hæc vna tamen salutis spes superest.

Hoc etiam, & id, quod proximè subdit, non parum comprobatur, quæ paulo  
suprà indicauimus de ossibus, & ad talum, & ad manum cute excedentibus.  
neque enim talus in commissurâ cruris, quæ ad pedem est, nudatur, neque pri-  
ma palmæ pars in commissurâ cubiti cum manu, sed in crure ossa cruris, & in  
brachio similiter ossa brachij. iure igitur excedere hæc, & luxari dixit, vt, quæ  
extra commissuram excedant. Nunc itaque crus interdum excidere inquit ad  
tali commissuram, ac modò ab exteriori parte, modò ab interiori, quanquàm  
subdit, non crus, sed femur luxari, idq; non immeritò. nam in commissurâ ge-  
nu modò crus, modò femur excidit, ad pedem verò crus dūtatur, sicut ad ma-  
num brachium. cætera, quæ in hâc oratione sunt, ijs patent, qui in memoriâ te-  
neant, quæ superius dicta sunt.

31 » **E**Adem ratio est articulorum, qui ad cubiti commissuram sunt, nempe cu-  
» biti & humeri. quicunque enim ex his cum luxantur, cute excedunt, si re-  
» stituantur, omnes mortiferi sunt: sin minùs, res non omnino desperationē ha-  
» bet, sed ijs, qui liberantur membrum remanet deprauatum. magis autem mor-  
» tiferi sunt, si recondantur, articuli superiores, sed & ijdem, si non recondantur,  
» alijs similiter sunt periculosiores. Si cui ergo superiores articuli luxati, cum vl-  
» cere cute excedant, vbi restituantur, celerrimè in exitium præcipitant: vbi non  
» restituantur, cæteris periculosiores sunt. curatio autem, quæ mihi commodissi-  
» ma videtur, iam exposita est. At quibus digitorū pedis, vel manus articuli lu-  
» xati adiecto vlcere cute exceßerunt, osse quidē non fracto, sed ab ipsâ cōmissu-  
» râ recedente, si repositi maneant, neruorum distentionis periculum impendit,  
» nisi rectè attendantur. expedit tamen, vbi prædixeris summâ curâ & diligen-  
» tiâ opus esse, eos reponere. facillimè autē & maximè promptè, magnòq; cum  
» artificio reponūtur, si adigatur paxillus, quemadmodū suprà diximus in ossi-  
» bus fractis, luxatisq; quo factò quiescere homo debet, cubarèq; & modico ci-  
» bo vti, satiùsq; est leui aliquo medicamēto, quod vomitū citet, ipsum purgare.

Meritò hic articulos dixit multitudinis numero, quemadmodum in genu: 30  
vbi verò de commissurâ, quæ ad talum, & de eâ, quæ ad manum loquitur, non  
posuit articulos multitudinis numero. propositam verò nunc partem non vno  
tantum articulo contineri in tertio commentario in librum de fracturis osten-  
dimus, eandem inquit rationem esse huius commissuræ, & eius, quæ ad genu,  
de quâ priùs tractauit. nam quemadmodum ibi modò tibiā, modò femur  
excidere dictum est, ita nunc modò cubitus, modò humerus in idem malum  
compellitur. Quæ sequuntur, omnia plana sunt.

32 » **A**Vxilium aduersus vlcera in medicamentis est, quæ cruentis vulneribus  
» protinus iniiciuntur. in illis scilicet, quæ perfusioni accommodantur, aut  
» in buphthalmi herbâ, aut in ijs, quæ fractis caluariæ ossibus succurrunt. nihil 40  
» autem induci debet valdè frigidum. ac primi quidem articuli minimè pericu-  
» losi sunt: superiores magis periculose læduntur. Eodem autem die restituendi  
» sunt, vel certè posteriori, tertio aut quarto minimè. si quidē quarto die malum  
» recrudescere maximè videmus. vbi ergo non protinus recondantur, his diebus  
» supersedendum est, contineri enim solet, quod intra decem dies conditur.  
» Quòd si reposito articulo neruorū distentio supernascat, citò expelli debet,  
» & subinde calido humore perfundi.

Quanam

- 1 Quænam ex medicamentis, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciuntur, idonea sint, quæ perfundantur, antea declarauimus. præcipit autem, vt herbæ buphthalmi (quam *πολυφθαλμου* appellat) non secus atque antè, tussilaginis, quæ eandem vim habet, solia imponantur. huius quoque herbæ meminit Dioscorides in libro de oleribus. Totius autem curationis caput ait id esse debere, quod in libro de vulneribus capitis demonstrauit, in quo ostensum à nobis est curationem requiri sicciorem, quàm quæ in vulneribus circa articulos præfertim.
- 20 C Onuenit item vniuersum corpus magis curuatum esse, quàm extentum. 3 3
- Expectandum tamen est fore, vt repositi digitorum articuli abscedant. plerunque enim ita accidit, si quæuis inflammatio superueniat. Quare, nisi vereretur medicus, ne vulgo imperitus haberetur, nihil reponere prorsus deberet. ossa igitur, quæ ad commissuras sunt, si cute excedant, vbi recondantur (si cut ostensum est) periculosa sunt.

Extentum esse non idem significat, atq; extēdi, sicut neque curuari, & curuatum esse. si quis enim membrum extentum dicat, vnū tantum exprimit eius habitum, rectum videlicet, qui neque plus, neque minùs admittit: si curuatum omnes eius habitus, qui post extensionem sunt, notat vsque ad vltimum flexum, qui quatenus maiores, minorésque sunt inter se differunt. si quis extendi, & curuari dicat, motum, qui accidit, vbi mutatur habitus membrorum, significabit. nempè, quum extendi ait, eum, qui euenit in mutatione, quæ fit à summo flexu ad summam extensionem: quum curuari, eum, qui à summâ extensione rursus ad summum flexum. Nunc ergo Hippocrates curuatum inquit corpus esse magis conuenit, quàm extentum, verbo [extentum] rectum habitum notans, quem solum vitandum censet: sed, cum ait curuatum, habitus medios inter hunc & extremū flexum significat, inter quos ille eligendus est, qui maximè accommodatur, modò qui parum, modò qui longiùs ab extremo flexu abest. quo tempore, vterq; accipiendus sit, licebit, & ex superioribus conijcere.

## De ossibus præcidendis.

- 30 Quæcunque circa digitorum articulos ex toto abscinduntur, plerunq; de- 34
- trimentū non afferunt, nisi, dū secantur, homo animi defectione lædatur.
- Nunc tractare incipit de ossibus præcidendis. aperte autem, sic omnia narrat, vt meâ explanatione opus non sit. illud duntaxat me præfari abundè est, quod serè quæcunque ab ipso traduntur, intelliges, si id spectes, quod ostensum est in articulis cute excedentibus (iuniores medici *ἐκβρουματα* dicunt) dimetiendum, scilicet esse periculi magnitudinem, pro magnitudine articulorū. quod sicut in illis euenit, sic & in ossibus, quæ præciduntur, euenire solet. adijciemus tamen eorum, quæ obscura videbuntur, expositionem.

- 40 H Is autem vlceribus, quæuis curatio idonea est. Sed & quæcunq; ossa, non 35
- ad articulos, verum ad aliquā aliam regionem præciduntur, similiter sine noxâ sunt, & alijs promptiùs adhuc curationem recipiunt: similiter quæcunq; ossa fracta in digitis cute excedunt, non ad articulos, hæc quoque innocenter reponuntur. ex toto autem ossa, ad articulos, in manu, in pede, & in crure nonnullis ad talum, atque in brachio, nonnullis ad primam palmæ partem, plerunq; que citra noxam præciduntur, nisi protinus anima deficiat, vel quarto die continens febris superueniat. caro tamen corrupta, & in vulneribus sanguinè fundentibus, & in his, quæ valentiùs adstringuntur, tum in ossium fracturis plus



» iusto compressis, in ijs item, quæcunque vinculis violenter comprehensa fue-  
 » rint, compluribus decidit, quorum plæriq; liberantur: liberantur & illi, quibus  
 » in femore pars aliqua carnis & ossis decidat, & quibus in humero, sed citiùs  
 » adhuc & faciliùs ad sanitatem perducuntur, quibus aliquid in brachio & cru-  
 » re decidat. Quibus verò fractis ossibus aliquid protinus alienatur, & nigrescit,  
 » his citò abrumpitur, & quibus casurum est, citò cadit, quùm ossa iam cesserint:  
 » at quibus osse inuiolato nigrities accidit, his celeriter caro emoritur, os verò  
 » tardè abscedit, & quà nigrities terminatur, & quà nudatum os est.

Curationem quamuis *φωλιν* dicit, quo vocabulo iam sæpiùs ostendimus  
 Hippocratem nuncupare eam, quæ exquisitæ contraria est.

36 » **C**Æterùm partes, quæ citra finem nigrifici fuerint, vbi iam prorsus emo-  
 » riantur, & dolorem non sentiant, iuxta articulos excidēdæ sunt eâ anim-  
 » aduersione, ne quid violeat. nam, vbi qui secatur, dolet, quùm nondum quà  
 » secatur, emortuum corpus fuerit, maximum periculum est, ne sub dolore ani-  
 » ma deficiat, eiusmodi autem animæ defectio plurimos repentè iam sustulit. At  
 » femoris os hoc modo nudatū vidi octogesimo die abscedere. crus tamen huic  
 » homini ad genu vigesimo excisum est, mihi verò propiùs etiā videbatur, cùm  
 » non eodem tempore, sed antè providendū existimarem. cruris verò ossa, quæ-  
 » cunque nudata fuerūt, circa medium omnino ex huiusmodi nigrifici sexage-  
 » simo die deciderunt. curatio enim à curatione distat, quantum ad id pertinet, 20  
 » vt, nudata ossa maturiùs, vel seriùs decidant: pressus item à pressu distat, qua-  
 » tenus vnus altero validior est, aut imbecillior, ad efficiendum, vt nerui, caro,  
 » venæ citiùs, aut tardiùs emoriantur. nam, quæ emoriuntur, quamuis non fue-  
 » rint adstricta, non omnia ex altis ossium partibus decidunt, sed quædam ex  
 » summis. Quocirca tempus, intra quod singula hæc soluuntur, certum defini-  
 » re non licet.

Quùm dixerit necessarium esse, vbi nigrescat & corrumpatur caro, quæ si-  
 ta est circa ossa, vt ossibus tempore idem eueniat, atque eâ de causâ imperaue-  
 rit, vt præciderētur, nunc præcipit, vt excidantur, eâ cautione, ne integræ par-  
 tes violentur, ne præ dolore animâ admodum deficiente homo ægerimè 30  
 » ficiatur. Ad articulum autem, si fieri potest, præcidi membrum voluit ad cele-  
 » ritem spectans. namque, vbi medium præcidatur, multum temporis absumi-  
 » tur, quùm ossa secantur, sed iuxta articulum affecta membri pars intacto osse  
 » absconditur.

37 » **A**ccipiendæ prorsus eiusmodi sanationes sunt, magis enim terrent, dum  
 » accipiuntur, quàm dum adhibentur, atque hæc omnia lenem medicinam  
 » requirunt, ipsa enim per seipsa soluuntur. Est autem victus expeditissimus il-  
 » le, qui febris aduersatur.

Hippocrates consilium dirigit, non solum ad ægrotantes, sed etiam ad me-  
 dicos, vt apud ægrotantes à culpâ semper vacui sint, & laudem plærunque in-  
 ueniant. quamobrem mala, quæ grauiora videntur, monstrat, discernitque ab  
 ijs, quæ verè talia sunt: in ijs enim, quæ verè grauiora sunt, non tamen talia se o-  
 stendunt, monet, vt medicus se subducatur, illis manum iniiciat, quæ grauiora vi-  
 dentur, quemadmodum & hæc, quæ nunc proponuntur. vbi enim pars ali-  
 qua ex toto emortua sit, non ampliùs grauius afficit, quæ vicina sunt. hanc si  
 præcidas, cauens ne, dum manus curatio adhibetur, animæ defectio sequatur,  
 malum aliud non afferes vllum.

Ad hæc



1. **A**D hanc iusto habitu figurare corpus oportet, iustus habitus est, vbi nihil  
 „ suspensum est, nihil deorsum spectat, sed sursum magis, præcipue do- 3 8  
 „ nec ex toto resolutum fuerit. periculum enim est, ne interim sanguis erum-  
 „ pat. Quamobrem vulnera inclinari in inferiorem partem non debent, sed su-  
 „ periora haberi.

Ostendimus iam sæpè [iustum] apud Hippocratem vocari id, quod poten-  
 tiâ æquale est. hoc autem illud est, quod unicuique conuenit. quandoquidem  
 & iustitiam huiusmodi quid esse manifestum est. Quod quidem ad musculos  
 attinet, ille iustus habitus est, sub quo tam qui membrum flectunt, quàm qui  
 20 extendunt, in neutram partem trahuntur: quod verò ad collocandum mem-  
 brum in inferiorem, vel superiorem partem spectans, iustus habitus videri po-  
 terit, qui medius erit inter eum, qui sursum, & eum, qui deorsum spectat, hoc  
 est, qui ad rectam lineam prorsus extentus est. hic autem, vbi nullum pericu-  
 lum sit, ne sanguis erumpat, & facillimè ab ægrotatè feratur, eligendus est. de  
 quo etiam paulo suprà tractauimus, vbi ossa cute excedētia persequuti sumus.  
 At nunc in offibus abscindendis, sicut dum manus adhibetur, vnum pericu-  
 lum est, ne præ dolore intolerabili anima deficiat, ità postquam adhibita est,  
 vnum aliud circumstat, ne videlicet sanguis erumpat, id quod euenire solet,  
 vbi putrescentes corporis partes resoluuntur. Constat autem habitum, sub quo  
 20 membrum dependet, eruptioni sanguinis esse opportunissimum. Quàtum er-  
 go spectat ad sanguinis eruptionis periculum penitus tutòque euitàdum, præ-  
 cisum membrum superius omnino habendum esset, sed quia status hic dolo-  
 ri est, idcirco moderatè in superiorem partem conuertitur. Manifestū item est,  
 quum in ijsdem verbis augere vellet, quod proponitur, adieciſſe vocabulum  
 [præcipue] quod ~~et~~ dixit, quasi ità scripserit, vbi nihil suspensum est, nihil de-  
 orsum spectat, sed sursum magis, potissimum, vbi putria ex toto resoluta fue-  
 rint, periculum est, ne interim sanguis erumpat.

„ **N**amque, vbi tempus processerit, & vlcera iam pura sint, non ampliùs ac- 3 9  
 „ commodatur huiusmodi status: sed ille, qui rectus est, & interdū ille, qui  
 30 versus inferiorem partem inclinatur. tempore enim nonnullis ossa abscedunt,  
 „ & illæ fasciæ necessariæ sunt, quæ primæ iniiciuntur.

Non secus, atque vbi sanguinis eruptionem cauebat, rectum membri sta-  
 tum, quamuis medius & iustus esset, eatenus in eum, qui sursum spectaret, cō-  
 uertebat, quatenus membrum sine dolore excitabatur, nunc quoque præcipit,  
 vt membrum moderatè in inferiorem partē inclinetur, vt sanies effluat. quan-  
 doquidem, vbi nullum periculum est, ne vel sanguis erumpat, vel propter con-  
 fortium aliqua pars afficiatur, vel inflāmatio superueniat, atque vlcera iam pu-  
 ra tantummodo ad cicatricem perducenda sunt, danda in primis opera est, vt  
 nec pus, nec sanies aliqua tenuis tunc subsidat, sed omnia exitum habeant. At  
 40 si qua ibi pars sinuetur, hoc enim accidit sub sanie, quæ illas partes erodit, dum  
 nos cauentes ne sanguis erumperet, membrū sublime habuimus, ad fascias ve-  
 niendum erit, quæ primæ iniiciuntur, quibus sinus coërceatur. Vinciēdi autem  
 ratio in eo casu contraria est illis omnibus, quæ suprà dictæ sunt, in quibus fas-  
 ciæ ab inferiori parte orſe in superiori terminātur, sed in propoſitis affectibus,  
 vbi eò cōsiliū tēdit, vt pus excernatur, à superiori parte incipiūt, & deorsum  
 versus intēdentes paulo supra os ipsius sinus finiūtur, vt quicquid in imo sinu  
 residet, sub hāc vinciendi ratione exprimatur, & ore aperto protinus euadat.

40<sup>o</sup> IN his autem procedente tempore expectandæ sunt deiectiones cruētæ, cum  
 » plarisque & ex nigritie, & ex sanguine ab vlceribus fuso, cruentæ deiectiones  
 » superueniant. fiunt autem pærunque, vbi nigrities & sanguinis eruptio-  
 » nes solutæ sunt.

Cruentam deiectionem Hippocrates *δυσεντερίαν* vocauit, quo nomine vsus videtur, non vt exulcerationem intestinorum, quemadmodum plariq; medici: sed vt cruentas intestinorum deiectiones significaret. sic, vt, vbi propter iocinoris imbecillitatem cruentum descendat, id quoque vitium *δυσεντερίαν* appelletur. quod à medicis vsurpari, ac dici nouimus, sæpiusque homines ità affectos medentium incitiâ perijisse vos non latet. interdum enim, quum propter deiectiones acres, principio quidem pinguedo, processu temporis quædam strigmenta, quæ ab intestinis deraduntur, vnà excernantur, plarique medici neglecto iocinore, vlceri duntaxat intestinorum medentur, atque idcirco ægrotantes præcipitant. Est ergo morbus & iocinoris imbecillitas, & vlcus intestinorum: cruenta verò alius communiter superuenit non propriè causis propositis, quum intestinorum venis præ sanguinis copiâ adaperitis, cruentum deijciatur, sic, vt similis affectus sit, atque vbi ora venarum non in ano, sed in intestinorum anfractibus, aut ad initium recti intestini longè ab ano aperiuntur. Per multos autem videmus experiri hoc malum, quibus membrum excisum fuerit, qui ve repente vehementes exercitationes omiserint, quibus antè assueuerant. quum nonnulli certarent, alij soderet, vel quid huiusmodi laboriosum vitæ genus sequerentur. nam, nisi, quemadmodum exercitâti, ità aliquid dempserint cibi, aut potionis abundantia, quâ utebantur, dum exercerentur, nonnullos celeriter inuadunt ea mala, quæ à multitudine fiunt, alijs, qui minùs aduersâ fortunâ vtuntur, alius cruenta deijcit, quam rem Hippocrates proposuit *δυσεντερίαν* vocabulum vsurpans, quo (vt retuli) cruentam deiectionem significat. quosdâ ego iam vidi, quos sanguinis per nares eruptio liberauit: alios, quos tentauit cholera. his autem omnibus æquali ferè tēporis circuitu sanguis effunditur. languentes enim repente exhausti, refrigeratque in posterum victus ratione curiosâ non vtuntur, sed rursus inordinate viuunt, rursus multitudinem colligunt priori æqualē, & æquali tempore. Horum ergo affectuum communem causam in multitudinem referemus, quæ adaperitis venis, vel in naribus, vel in ano, aut intestinis eijcitur. colligitur autem multitudo in illis, qui liberaliter, vt soliti erant, cibum sumunt, sed sanguinem, quem ex assumpto alimēto contraxerunt, minimè absumunt. ad communem horū affectuum rationem spectat, quod ab Hippocrate proponitur. quibus enim aliquod membrum abscissum fuerit, alimentum, quod antè trāsseri ad ipsum solebat, in venis coit, & sanguinis multitudinē producit. Hos itaque omnes monere oportet, vt minus cibi capiant, quàm ante, isque infirmior sit: subinde aluum ducat, & quantum possunt, exerceantur: multam frictiōnem adhibeant: à cibo non lauentur, sed antè sæpius. rectè autem consulent, si digerente aquâ vtantur, vbi eius copia fuerit. Hæc præter propositam rem adieci, quum tamen ab re non sint. Cur autem nōnullis, quibus copiosè sanguis effunditur, aliquo interposito tempore cruenta deiectio superueniat, adijcere sermoni oportet. fit ergo in his, vt ob vehementem sanguinis profusionem corpus refrigeretur, atque idcirco minùs quàm antè per cutem exhauriatur. quod verò non exinanitur in corpore subsistens sanguinis multitudinem auget, quæ (vt suprâ ostensum est) efficit,



1 efficit, vt, vel cholera superueniat, vel sanguis per nares erumpat, vel *αἱματώδης διακροσπία* sequatur (ita enim appello clarioris doctrinæ gratiâ) hoc est, cruentum deijciatur. Proficiscitur autem huiusmodi deiectio ex multitudine sanguinis, quem natura tentat magis ob virium robur, quàm ob infirmitatem expellere, quæ res contrario modo se habet, quàm in iocinoris affectibus, in quibus sanguis per intestina ob visceris imbecillitatem descendit. Quòd si per ora venarum, quæ ad anum, intestina, aut nares pertinet, natura, quod superat exinaniret, benè ageretur cum eo, cui hâc viâ multitudo detraheretur. vbi multitudo non recipitur his locis, sed ad thoracem, vel pulmonem confluit, malum iam  
 10 graue est. alterutrum enim, vel pulmonis inflammationem, & lateris dolorem, vel sanguinis sputum superuenire necesse est.

» **M**agno autem impetu concitantur, sed nec diuturnæ sunt, nec mortifere. 41  
 » nam neque homo valdè propter cibi fastidium abstinet, neque alioquin  
 » exhuriendus est.

Adiungit hæc Hippocrates, non vt historiam conscribat eorum, quæ sic affectis euenerunt, quemadmodum Thucydides, vbi pestilentiam illam recenset, sed vt cruentas has deiectiones distinguat à torminibus, quæ alijs de causis accidunt. Quare hæc, quamuis ad propositum opus propriè non pertineant. exponere tamen alienum nõ fuerit, quum medici complures morbos, sub quibus  
 20 sanguis deijcitur, discernere nõ possint. nonnulli enim existimant vbiq; cruentam deiectionem ex intestinorũ vlcere prouenire, quos magnopere animus fallit. Sanguis itaq; quum ab ore venarum, quæ in ano sunt, funditur, neque laborantes ipsos latet, sed, vbi cruenta deiectio à superiori parte ad anum feratur, quædam protinus à principio descendit, quædã præcedente aliquo tali. Quòd si repentè cruor multus deijciatur, scire conuenit, ad apertum esse os venæ naturâ id, quod pòdere molestum est, depellente, cuius generis est, quam nunc Hippocrates proponit, cruenta deiectio, quæ magno impetu concitatur, & citò quiescit, præterquam quòd homo ob cibi fastidium non admodũ abstinet, sicut quando ob iocinoris imbecillitatem aluus cruenta est. quâquam raro initio, quum iecur afficitur, huiusmodi aluus se ostendit. plærunque enim à principio tenuis sanies cruenta deijcitur atq; similis, in quâ lota caro sit: interdum tamen incipit iocinoris affectus cum subitâ sanguinis deiectione, vbi videlicet visceris imbecillitati sanguinis multitudo accesserit: post principiũ verò vtrouis modo res accesserit, & æger maximè cibũ fastidit, & sanguis modò purus & non multus, modò flauæ bili immixtus simul, cum derafâ intestinorum pinguedine deijcitur, postea quasi sex sanguinis descendit, vbi iecur iam pessimè habet. Sub huiusmodi ergo deiectionibus, præsertim vbi aliquid bilis admixtum fuerit, quædam ipsius intestini partes excernuntur, quæ, quum deradantur, *ἐξοματὰ* vocant. nam, quæ per intestina descendunt, eo quòd acria  
 40 sint, summam ipsorum partem eradunt. in quo casu quâta maximè potest, abstinentia imperanda est: sed ijs, qui superantem sanguinẽ deijciunt, conuenienti modo cibus dari debet, quum iecur valeat, & possit ipsum conficere.

Quâ ratione femur in coxæ cauum reponatur.

» **V**bi femur à coxâ elabatur, si in interiorem partem venerit, hâc viâ restit- 42  
 » tuendum est.  
 Reprehendit Hippocratem, quòd ponere tentet femur à coxâ prolapsum,



quum iterum protinus elabatur, primò quidem Cresias Gnidius eius cognatus. nam ipse quoque ex familiâ fuit Asclepiadarum, post Ctesiam verò alij nonnulli. Sed, quum hæc omnia duplici viâ iudicetur, alterâ, cum ipsis oculis comprehenditur, quod requiritur: alterâ, cum non expectato longo usu aliquid demonstramus, iudicio ex ipsius naturâ sumpto, nos quoque; utrâque viâ iudicabimus. Natura igitur rei sic habet. in hac ipsâ commissurâ ligamentum rotundum validissimum inclusum est, quo summum femoris caput altissimis atque intimis caui partibus innectitur, ita, ut quis, licet ligamentum ipsum non viderit, possit ex hac narratione intelligere id breue esse. nam, cum femur semper cōuertatur, quod Poëta retulit, cum ait, in coxâ conuertitur, nec vnquâ caui oris excidat, necesse est ligamentum breuissimum esse. Hoc ipsum igitur, dum naturaliter habet, excidere femur non patitur. Potest autem non abrumpi solum, sed & ob humoris copiam in cauo collectâ præter naturam adeò extendi, ut sinat femur suâ sede moueri, quod ubi accidat, quamuis statim positum fuerit, non poterit suo loco manere, nam, quum cauum deuexum sit, onus verò totius cruris, quod appenditur graue, leui momento rursus suo loco excedet, si quis in ingressu tentet paulo celerius moueri, vel aliquid transgredi, quod ob pedes sit, ita, ut si quis æquali solo paulum moueatur, hoc modo fortasse tueri naturalem positum assidue poterit. sed videtur id fieri minimè posse, nam si non ad aliud usum, certe quum lauatur, cogetur homo pedem attollere, ut ingredi in labrum possit. Hoc igitur pacto rei naturâ monemur, ubi ligamentum abrumpatur, femur repositum in suâ sede cōtinueri non posse. Sed & illud verè adijceretur, quod commissura genu ab exteriori parte neruosis quibusdam ligamentis continetur: femur verò hoc vno, neque vllum aliud habet tale, quo commissura ab exteriori parte illigetur, sed nec musculos etiam, qui non parum quoque conferunt ad continendos articulos, ne procidant, præsertim ubi boni habitus fuerint ac validi. Quamobrem athletis, quamuis in palæstrâ vehementiores ictus patiantur, cadant, distendantur, contorqueanturque ad articulos, nihilominus membra non luxantur, eo quod validis, & grandioribus musculis vndique circumdantur. Scripsit etiam Hippocrates inter initia huius libri, bobus potissimum coxæ articulum luxari, ubi senes sunt, & graciles. Femur igitur abrupto ligamento, quo continebatur, etiam, si in suam sedem collocetur, manere non potest, ijs præsertim, qui graciliores fuerint. Spectemus deinceps, si ligamentum humoris copiam relaxatum excidere femur sinat, idque reponatur, quid futurum esse credibile sit. mihi quidem, & in hoc casu res manifestissima videtur. namque, ubi idem humor maneat, similiter erumpet: sed, si inarescat, ad naturalem firmitatem reducetur. femur verò ob humorem excidere, & ipse Hippocrates docet, qui in sententijs illis, quæ Aphorismi inscribuntur, sic inquit, [Quoscunque coxæ dolor exercet, his si coxæ articulus excidat, & rursus recondatur, mucici superueniunt]. mucicis autem in commissurâ collectis, hoc est, glutinoso humore, madesit ligamentum ac relaxatur. nihil autem interest, seu ligamentum, seu neruus illigans vocetur. quæcunque enim ligamenta neruorum exemplo rotunda sunt, ab ijs, qui in incidendis corporibus versantur, vocari solent nerui illigantes. sed & nos quoque femur hac de causâ luxatum bis iam restituiimus, neque amplius postea procidit. diu autem oportet siccantibus medicamentis commissuram circumdare, dum neruus illigans abundè siccetur, ne amplius ita extendatur, ut femur oris caui possit excidere, sed intus in naturali situ ipsum cōtineat.

Manere

1 Manere autem interdum femur, vbi repositum fuerit, idoneus testis est Heraclides Tarentinus, homo, qui nec, vt sectâ cōprobet, mentitur, sicut soliti sunt rationalium pleriq;, nec medicinæ vsus est expers, sed optimè, vt quiuus alius in medendo exercitatus. Audiamus ergo, quæ ab ipso tradūtur in quarto libro de ratione curandi ea, quæ sunt extrinsecus, sic autem ad verbum habent. [Errant, qui censent semur repositum nō manere, quod abruptus sit neruus, qui ad coxam ipsū alligabat, cum in vniuersum rē negent. neq; enim Hippocrates, Diocles, Philotimus, Euenor, Nileus, Molpis, Nimphodorus, & alij nōnulli de restituedi ratione tractassent. Sed & nos quoq; id cōsequuti sumus, vt duos pue-  
 10 ros sanaremus, quibus sæpius, & magis q̃ iis, qui ætate iam robustâ sunt, excidere articulus solet. Rem igitur ratione iudicare non oportet: sed, quū interdum maneat, existimare non semper neruum abrumpi, sed relaxari, & iterum contrahi. quoniam expedit hoc requirere, quanquā non omnino commune est]. Adiecit hoc Tarētinus in fine orationis, vt quam profitebatur Empiricorum sectam tueretur, quorum ea sententia est, vt in iis, quæ ita manifestè apparent, vt inde proferre vtilitatē ad artem iam possimus, inutile sit causam quærere. Sed & post Heraclidem multi alij ex iunioribus restitutū à se femur perpetuò seruatum esse in suâ sede testantur.

20 **H**Æc quidem restituendi ratio bona, iusta, & secundum naturam est, per quam subito ferè ad finem peruenitur, si quis ostētationi studeat. Homo  
 » per pedes ab eo ligno grandiori, quod transuersum ab vno pariete domus ad  
 » alterum peruenit, vinculo suspendatur, firmo, molli latōque. pedes autē habeat  
 » quatuor digitos, aut minùs etiam inter se distantes: vinciatur item super genua  
 » loro lato ac molli, quod ad propositum lignum adducatur.

Qui cum ostentatione aliquid efficiunt, ab atticis *νεμεσις* dicuntur, quemadmodum nunc ab Hippocrate, qui ostentationem exprimere volens vsus est verbo *νεμεσις*. nam & antea, vbi hominem super scalam resupinauit, ad id præsidium eos venire dixit, qui vulgo videri volunt magnum aliquid moliri. id tamen scripsit, quia viderat multos sui sæculi medicos, qui eo minùs rectè  
 30 vterentur. ita etiam nunc ostēdere voluit, quā viâ crure per scalam optimè extento femur reponatur, quā vti fortassè non erit ab re, vbi non sit scamnum, de quo postea tractabit. Præcipit igitur, vt scala, super quā homo loris alligatus fuerit, suspendatur à ligno grandiori, quod transuersum ab vno pariete domus ad alterum pertinet, *μεσόδωλον* vocat, id videre licet in magnis diuersoriis, vbi iumenta habentur, & ruri similiter in ædibus rusticorum. vult ergo pedes ad tignum sursum spectare, caput verò deorsum versus non multum recedere à terrâ, ita, vt ille, qui articulum reponit, stans ad reponendum suis vti manibus possit, quomodo in sequentibus docebit.

40 **S**ed affectum crus duobus digitis magis quā alterū extendatur, caput vero recedat duos cubitos à terrâ, vel paulo plus, aut minùs: brachia deligata  
 » sint ad latera molli aliquâ re. quæ omnia paranda sunt homine resupinato, vt  
 » quāminimo tempore suspensus maneat.

Partibus, quas commemorauit, quomodo iniicienda vincula sint, apertè exposuit. Illa igitur, quibus affectum crus appenditur, robustiora esse voluit & mollia, id quæ non iniuriâ, cum tota intentio ad ipsius curationem adhibeatur, eâ ratione, quæ communiter requiritur in luxatis omnibus reponendis. Igitur femoris caput, quū cauo excidens in interiorem partem eruperit, à mīsculis,



qui ibi sunt, attractum primò in inferiorem partem attrahendum est, vnà scilicet cum femore, deinde in exteriorem impellendum: cumq; è regione sui caui collocatum fuerit, tunc vel solis musculis committendum est, vel simul etiam adurgendum. Sepiùs autem diximus, musculos naturalem vim habere, quâ ad sua principia contrahuntur. attrahunt igitur simul & femur, quod attractum suo capite in cauum coxæ coniicietur.

45. **H**omine iam suspenso peritus aliquis, & nō imbecillus traicere manū debet inter femora eius, qui curatur, collocareque brachium inter caput femoris luxati, & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est, tum traiecitam manum alterâ prehendere, & rectus assistens repente corpori suspenso appendi, itâ, vt sublimis maximè æqualiter suspendatur. In hac reponendi ratione omnia secundum naturam sunt. nam corpus ipsum suspensum suo pondere deorsum versus extenditur: is, qui appeditur in inferiorem partem extendit, & femoris caput excitari cogit, è regione sui caui, simulque osse brachij ipsum vrget, truditque, sic, vt in pristinâ sedem reuertatur. necesse autem est aptissimè vincula iniicere, eâ animaduersione, vt is, qui appenditur, validissimus sit.

Solet Hippocrates eam regionem, quæ est inter inguen vtriusque cruris nuncupare *πληχέλιον*, cuius medium *πώλαιον* vocat, quæ ab initio naturalis ad anum pertinet, quâ ceruix vesicæ sita est, inter hanc itaque regionem, quam *πληχέλιον* nominat, in medio eius in longitudinem, & caput femoris, iubet, vt, qui trahit femoris caput, manum demittat, cum quâ alterâ coniungat, sicut ipse aperte declarauit, atque itâ suspendatur. quo fiet, vt femoris caput, non solum trahatur, sed in exteriorem commissuræ partem impellatur, vt è regione caui, quod in coxâ est, collocetur.

46. **A**t (quemadmodum suprà narrauimus) homines plurimum naturâ inter se differunt, quantum ad articulos attinet facili, vel vix restituendos. Quamobrem plurimum differât, diximus quâ de humeri capite. nam femur quibusdam absque vllâ præparatione reuertitur. siquidem leui adhibita intétione, & exiguò motu manibus in suam sedem compellitur.

Antè *καγκλισμὸν* masculino genere dixit, nunc feminino *κίγκλισμῳ*, quod vocabulum *διακίνησις*, id est, exiguus motus significat. quoniam verbū *διακίνησις* mutuatur ad id significandum, quod leuiter dimouetur, cuius meminit, cum tradidit quâ ratione luxata maxilla reponeretur.

47. **C**ompluribus etiam, quum crus ad commissuram hanc flecterent, circumactus iam articulus reuersus est: sed plærunque non paret cuius præparationi. quamobrem, quæ ad singula efficacissima sunt, in vnaquaque arte scire conuenit, & ea vbique adhibere, quæ accommodata videbuntur. Suprà extendendi modos diximus, vt quilibet eo vtatur, cuius copia sit. oportet enim præstanter ab vnâ parte crus extendere, ab alterâ corpus. nam, si benè extendamus, femoris caput è regione sui caui excitabitur, quod, vbi sic excitatum fuerit, nō facile prohiberi poterit, quo minùs in suam sedem reuertatur, itâ, vt iam quouis modo impellere, ac dirigere abundè sit. Sed minùs extendunt, quàm par sit, idcirco maiori negotio reponunt.

Vbi crus ad inguen curuatur, femur vniuersum suspenditur. in quâ actione prolapsus femoris caput dimouetur, circumactumque restitui nonnunquam solet. Quid sit circumagere, quod accidit, vbi prolapsus articulus, vel qui in latum scapularum os inferitur, vel qui in coxam restituitur, ipse in superioribus declarauit,



1 declarauit, vbi docuit non posse articulum in his commissuris suo loco paululum excedere, vt ad cubitum, ad manum, ad genu, ad talos. nam, cum & femoris caput rotundum sit, & oræ caui in quo recipitur in orbem, nullo pacto fieri potest, vt caput partim in cauo sit, partim extrâ, vel oræ caui hæreat, quoniam vbi primum voluetur, vel intrò reuertetur, vel excidet. igitur quia paruo momento in vtrâuis partē caput cōpellitur, hoc quod fit circūagendo fieri asserit.

10 **N**on solūm autem pedibus iniicienda vincula sunt, sed etiam supra genu, ne hoc magis, quàm coxæ articulus vinculo intendatur. sic itaque extendere à pedibus conuenit. Verūm, vbi alterâ parte vis adhibetur, nō solūm circa pectus, & alam iniecto laqueo in cōtrariam partem attrahere debemus, sed lo-  
rum longum, duplex, validum, molle, inter anum & naturale demittere, à posteriori parte ad spinam, à priori iuxta iugulum adducere, & religare, atque ita in diuersa contendere, alijs ab vnâ parte, alijs ab alterâ ducentibus. Animaduertendum autem, ne lorum, quod inter anum & naturale demittitur, super femoris caput extendatur, sed inter femoris caput, & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est. Dum intentio adhibetur, femoris caput in exteriorem partem propellendum, pugno ipsi inhærente. vbi, qui extēdit, suspenditur, vnâ manu traiectâ, & alteri iunctâ, simul & extendere debet, & in exteriorem partē virgere, sed alius ad genu femur in interiorē partē leuiter dirigat.  
20 Vbi homo per pedes appendatur, capite deorsum spectante, omnes articuli extenduntur. At propositum est eum solūm extendere, qui ad inguen est. Iure igitur super genu vinculū iniicit, quod femur sursum extendat. nam, si permittamus attrahi crus solūm à vinculis, quæ infra genu sunt, fiet vt genu, non minùs, imò magis quàm coxæ articulus extendatur, quàm propius sit vinculis sub se extendentibus.

**S**uprà etiam diximus expeditissimum esse ijs, qui in frequenti ciuitate medentur, lignum habere quadratum, sex cubitorum, aut paulo lōgius, latum cubitos duos, cuius habitudo, si dodrantem impleat, abunde est. 49

In opere de fracturis huius machinamenti meminit, ita, vt huic quoque testimonio innitantur, qui aiunt compositum fuisse principio ab Hippocrate librum vnum, inscriptumque [De officinâ medici], deinde in duos diuisum ob magnitudinē, eiusq; priorem partem inscriptâ [De fracturis]: alterâ verò [De articulis]. quale autem strui velit machinamentum hoc, manifestum est ijs, qui id viderint, quod scamnum Hippocratis nuncupatur. sic enim ex multo iam tempore à medicis appellari consuevit. Plærique autem formulas paruas habent, ad eius exemplū fabricatas. sæpissimè verò adhibetur, articulisque restituendis per se abunde est. si quis autem velit alijs quoque vti, est *τολυσπασσι* ita appellatum, quod multis orbiculorū circuitibus, facilitatem præstet, quod iterum facientibus maximè idoneum est. refertur autem ad Archimedem auctorem. in vrbibus verò non alienum est Fabri vel Andreæ organum, vbi erecto opus est: vbi plano, scamnum hoc Hippocratis præcipuè aptatur, quod à nonnullis ex recentioribus medicis variè iam struitur, sicut machinatio spatliæ, quæ in summo capitulum habet rotundum ac leniter cauum. Deinceps igitur ad organi structuram, quæ ab ipso traditur, animum aduertite, ea, quæ Hippocrates scribit, ijs, quæ in scamno inspexitis accommodantes. hæc enim, sicut antea quoque dictum est, solâ demonstratione aperiuntur. Equidem ijs, qui apud me librum legunt, rem faciliè demōstro, organo iuxta collocato, sæpè ipso ma-

gno, sapè paruo aliquo ad magni exemplū fabricato, cuiusmodi ad hunc tantum vsum paramus, vt ostendere legentibus possimus, quum per tales formulas nequeant articuli in suam sedem vrgeri. nunc autem monstrari hæc minime possunt, sed exponere licet, si quid ex verbis Hippocratis obscurū sit. quod & in superioribus feci, & nunc etiam faciam.

50. **E**Xcauetur præterea hinc atque hinc in longitudinem, ne machinamentum iusto sublimius sit.

[Hinc atque hinc] dixit *ἐκ δεξιῶν καὶ ἐκ ἀριστερῶν*, quod accipit pro à dextrâ parte, & sinistra, id vel eo patet, quod adijcit [in lōgitudinem] quod idem significat, atq; longum. nam, si excuari voluisset suprà à capite, vel infrà à pedibus, transuersum potius dixisset, non in longitudinem. mens autem totius orationis huiusmodi est, quam non ab re est perspicuitatis causâ non longè à verbis recedentem exponere. Excauetur præterea hinc atque hinc in longitudinem ligni, scilicet que cauum eam altitudinem habeat, quæ ad impellendum accommodatur, ne machinatio iusto sublimior sit. Verbum [iusto] ipse scribit *κατὰ μέτρον*, græci enim ita dicunt, & interdum etiam *κατὰ προσήκοντα*, quod [debito] significat. ergo altitudo caui tanta esse debet, vt vectis, qui ad impellendum aptatur, illis inhærere, atque obijci possit.

51. **P**ostes item ab utrâque parte adijciatur, breues, robusti, qui axes cōtineant. Nominat axes *ὀπισθοστάτες*: postes verò, quæ sunt ligna, quibus axis sustinetur *κατὰ μέτρον*. hæc magno ligno adijci voluit, ab utrâque parte, à superiori scilicet & inferiori. Religantur autem ad axes extrema laqueorum, qui quo tempore conuenit in diuersa diducere, laboranti iniiciuntur.

52. **S**atis autem est in dimidio ligno, nihil etiam prohibet in toto, paruas quasi fossas quinque, aut sex excuare, quæ palmum inter se distent, & trium digitorum latitudinem atque altitudinem æquent.

Fossas dixit *ὀπίσθια*, quod verbum non pauci ex veteribus græcis in eadem significationem acceperunt. id mutuatur nunc Hippocrates translatione vsus, ad ea caua significanda, quæ in scamno eâ de causâ fiunt, vt illis obijci vectes possint, quæ caua præcipit, vt in alterâ ligni parte magis, hoc est in inferiori exculpantur. nihil etiam (inquit) prohibet, quin in superiori quoque parte sint, quanquam non necesse est. hoc siquidem machinamentum, quod nunc exponimus, non solum ad coxæ articulum pertinet, sed & ad vertebrae quocunque modo luxatas, & ad humeri caput reponendum. Cōplura autem sint caua hæc oportet, quandoquidem, qui curantur, ætate, magnitudine, & vniuerso corporis habitu inter se differunt. quàm magna esse debeant, & quantum inter se distare, ipse euidenter exposuit.

53. **M**edium insuper lignum altè in quadratâ figuram trium digitorum excavetur, in quod cauum, vbi opus esse videatur, defigatur lignum, quod cauo conueniat, & superius teres sit. figatur autem, quum ad rem pertinere videbitur, medium inter femoris caput & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est. quod lignum extans corpus sequi non permittit, quum à pedibus trahitur. interdū enim hoc sufficit, absque intentione, quæ, vt membrum in diuersa diducatur, à superiori quoque parte adhibetur. Interdum autem, vbi crus ab utrâque parte extendatur, lignum hoc versus hanc, vel illam partem laxum demittitur, vt femoris caput in exteriorem partem impellat. hanc enim de causâ & caua exculpta sunt, vt cuneus, vel vectis ligneus, in quod expeditius sit, demissus,



- 1 » sit demissus, aut iuxta articularum capita, aut ipsis prorsus inhærens, eodē mo-  
 » mento impellat, quo intentio adhibetur, seu in exteriorem partem, seu in inte-  
 » riorem impellere opus sit.

Excidi voluit in scamno quoddam cauum, quo recipi id lignū possit, quod erectum collocandum est, inter prolapsi femoris caput, & eam regionem, quæ est inter anum & naturale. Cur autem lignum hoc, dum extēdimus, adhibendum sit, sicut cætera omnia, quæ deinceps subdit, ipse apertè indicauit. ob eos tamen, qui hebetioris sunt ingenij, verba hæc aperire aliquantulum non grauior. Hoc igitur lignum, quod erectum collocatur inter caput femoris pro-

10 lapsi, & eam regionem, quæ media est inter anum & naturale, renixus causā obijciatur, quū ab inferiori parte crus extenditur. sæpius enim ostēdimus, vbi membrum extenditur, nisi à contrariā parte tendatur, sequente ægro intentionem resolui. tenditur autem, & per laqueos superioribus partibus iniectos, sed firmitatis causā lignum hoc adhibet, quo nonnunquā minùs firmiter hæ-

rente ad impellendum vtiur.

- » **A**C seu teres vectis esse debeat, seu latus, alius enim alij articulo conuenit, 54  
 » huiusmodi impulsus. si intentio quoque accedat, ad omnes crurum arti-  
 » culos reponendos efficacissimus est. proposito autem articulo vectis teres ac-  
 » commodatur. Quod si per hoc machinamentum vis adhibeatur, fieri non pos-  
 » se existimo, vt aliquis sit articulus, qui non reponatur. Reperiet quis, & alios re-
- 20 » ponendi huius articuli modos.

Ipse deinceps ostendet tereti vecte tunc vtendum esse, quū femur in interiore partem impellitur, quod nunc instituit, quū femoris caput in interiore partem prolapsum reponat. nam, si in exteriorem luxatū sit, latum vectem admoueri iubet. Nunc quidem præcipit, vt medium inter caput femoris prolapsi, & eam regionē, quæ est inter anum & naturale, inferamus, conueniēque sublimiùs paulo, quā femoris caput demittere: sed, quū in exteriorem regionē articulus veniet, vbi satis spacij est, latus vectis firmiùs obijciatur, quod ipse paulo infra ostendet, vbi ager de ipso separatim.

- 30 **N**Am, si magnum hoc lignum mediū duos postes habeat pedales, eius 55  
 » altitudinis, quæ idonea videatur, ab vtroque latere vnum: tum super hos  
 » duos postes transuersum lignum in speciem gradus statuatur: deinde integrū  
 » crus inter postes traiciatur, quod læsum est super gradum cōmodè collocatur,  
 » supérq; aptatur, quā articulus excessit. gradum verò iusto sublimiorem stabi-

lire oportet, & multiplicem vectē, prout cōuenire videbitur, corpori subijcere.


Postes nominari ab Hippocrate, non ea ligna tantū, quibus axis sustinetur, apertè ex hâc oratione colligitur. in mediā enim regione longitudinis totius scamni situm est lignum transuersum, quasi gradus, quod à dextrā parte ad sinistram pertinet, super quod crus, quod luxatum est, extēditur, non sim-

40 pliciter, sed cum altero ligno alligato, quod in longitudinem à superiori parte cruris ad inferiorem porrigitur, itā, vt super gradum crus cum eo ligno cogatur. Constat autem integrum hominis crus super gradum habendum esse inter φλαγς. sic enim vocauit postes, ligna intelligens, quæ gradum sustinent, quorum vtrinque vnum struit in ipso scamno. Hippocratem verò vsum translatione à portarum postibus itā nominare ligna, quæ in scamno sunt, perspicuum est.



- A Lignum sex cubitos longum, latum duos, crassitudinis nouem digitorum.  
 B Quatuor ligna pedem longa extremis partibus rotunda.  
 C Axes habentes in medio clauos, & in extantibus capitibus manubriola ductaria.  
 D Fossæ, quarum altitudo tres digitos æquat.  
 E Priapiscus superius teres, demissus in medium lignum altè in quadratam figuram excauatum.  
 F Duo postes.  
 G Transuersum lignum in speciem gradus.

## Scamnum Hippocratis.



56. Post hæc lignum, quod conuenientem latitudinem habeat, & longitudine usque ad talum perueniat, cruri subiiciendum, sic, ut ultra caput femoris, quantum potest, feratur: crurique alligandum, quot locis opus esse videbitur.

Lignum alligandum esse ad totum crus, supra etiam ostendimus, sed nunc superioris ligni extremitatem, superiorem capite femoris collocandam existimat, adiiciens orationi [quantum potest] si quidem, quod nunc fieri iubet, difficillimum est, nisi ea pars longi huius ligni, quæ inguini hæret, humilior struatur, quæ spectat,

1 quæ spectat in exteriorem partem, sublimior. nam, si æquale sit, paræmque altitudinem habeat, difficile admodum fuerit ipsius summitatem simul in inguine stabilire, & superiorem femoris capite demittere.

20 **Q**uo facto, dum crus intenditur, vel per lignum, quale pistillum est, vel per aliud ex ijs, quæ idonea ad extendendum sunt, simul oportet crus cum aligato ligno super gradum deorsum compellere, & ad coxam ab aliquo hominem contineri. hæc enim viâ femoris caput intentionis vi è regione sui caui superius collocabitur, & simul ob impulsus in suam sedem trahetur. quæ cogendi rationes validæ sunt: & si rectè admoueantur, vitium superant. sed (quemadmodum antè dictum est) articulus hic, imbecilliori vi, & plarumque quâvis præparatione in suum locum reuertitur.

Femore super gradum extento prolapsus articulus humilior redditur, quæ res ad restituendum aptissima est. nam sic ora caui humilior femoris capite continetur. Sed, quum elapsus articulus, nisi caui ora superior sit, reponi nequeat, ubi sublimior fuerit, optimum erit humiliorem collocare, atque ita extendere. Ceterum laquei, quibus crus extenditur, religandi sunt, vel ad lignum, quale pistillum est, cuius ima pars firmiter in pavimento oppositæ moræ obijciatur: vel si huiusmodi ligno vti ad intendendum nolis, lori capita ad axem, qui in scamno à pedibus est, vincienda. id enim sibi voluit, quum ait, [vel per aliud ex ijs, quæ idonea ad extendendum sunt] [ex ijs] intelliges, quæ proposita sunt diuersa à ligno, quale pistillum est, quæ subijcit in hac oratione manifesta sunt.

30 **A**t ubi in exteriorem partem femoris caput exciderit, ab utrâque parte, quomodo antè diximus, extendendum est: sed impellendum per latum vestem, simulque dum intentio adhibetur, ab exteriori parte in interiorē vrgendum, vnde ad clunem, ac paulo supra accommodato, & ne corpus cedat, aliquo integræ partis clunem repellente, vel manibus, vel alio huiusmodi veste superimposito, qui cauo illi, quod magis in rem erit, obijciatur: femoris ite luxati, quod ad genus est, ab interiori parte leuiter in exteriorem cogendum. Suspendere tamen, ubi articulus in hac partem erumpat, alienum est. quadoquidem cubitus illius, qui appenditur, articulum à suo cauo reduceret: impulsus autem per subiectum lignum videbitur alicui ad hoc genus luxati pertinere, in quo casu ab exteriori parte accommodandum est. quid plura? si commodè rectèque extendamus: rectè item impellamus, quis articulus ita luxatus non reuertetur?

Si crus valenter extendatur, non necesse erit per lignum impellere. manibus enim prehendentes femoris caput totum iuxta clunem cogere, ab exteriori parte in interiorem poterimus, donec è regione sui caui collocetur. Patet autem teretem vestem ad huiusmodi impulsus inutilem esse. quum & latus etiam non sufficiat, nisi quâ clunem attingit, talis struatur, quale strui voluit capitulum rotundum ac leniter cauum super eam spatulam, quæ ad reponendum humeri caput aptatur, αμβλν dicitur. Ipse autem ad verbum scripsit [vrgendum veste ad clunem ac paulo supra accommodato]. resimam autem hunc esse necesse est, quâ clunem complectitur, non ex toto rectum. quæ sequuntur in hac oratione omnia clara sunt.

40 **A**t si in posteriorē partem femur exciderit, extendere oportet, & in diuersa diducere, eo modo, quo diximus: imponereque super lignum, vestem multiplicem, ut molle admodum sit, & homine prono extendere. eodem autem momento, quo extenditur, per asserem cogendum, non secus atque, ubi spina gibba est, ita, ut



» affer è regione clunis, seu supra, seu infra coxâ magis collocetur. cauum in pa-  
 » riete è regione afferis non sit, sed magis deorsum spectet ad pedes. hæc repo-  
 » nendi ratio articulo in posteriorem partem luxato maximè secundum naturâ est,  
 » ac simul etiam valentissima. Satis fortasse fuerit aliquè pro afferre insidere, vel  
 » manibus vrgere, vel pedibus repetè cõsistere, attolliq; quo tẽpore intetio ad-  
 » hibetur. nulla autè alia restituendi ratio femori ità luxato secundum naturam est.

Hæc etiam, quæ de femore sic luxato tradit, ijs, qui eorum, quæ propo-  
 sunt, meminerint, in aperto omnia sunt. edicit enim, ne hos vt priores resupi-  
 nemus, sed in ventrem conuertamus. hic siquidem est habitus pronus. Valen-  
 ti ergo intentione adhibitâ à posteriori parte in priorem compellere articulum  
 oportet. nã, cum homo ità iacet, vt præcepit, posterior pars sublimior colloca-  
 tur, prior subiicitur. quocirca necesse est, vt qui restituit, femoris caput deorsum  
 compellat, quod commodissimè præstat impulsus, qui per afferem adhibetur.  
 idem efficeret, qui quâ prominet femoris caput insidēs, magnâ vi cogeret. sed,  
 nisi clunis eminentia luxato capiti hæreat, nihil hominem iuuabit. Hæc igitur  
 curatio virum summæ diligentiae ac prudentiae postulat.

60" S In priorē partē venerit, idem conuenit extendēdi modus: sed aliquis ma-  
 » nu admodum strenuâ, & maximè peritus, sublimiori vnus palmâ parte in-  
 » guen adurgeat, eandemq; manum alterâ cõprehendat, simulq; quod excessit,  
 » in inferiorem partem trudit, & versus priorem genu subigat. hic extendēdi  
 » modus, vbi femur sic luxatur, maximè naturæ conuenit: sed & ille, qui hominē  
 » suspendit, propè etiam naturæ aptatur, in quo necesse est, vt is, qui appenditur,  
 » nō ignarus sit, ne brachio articulū impellat: sed inter partes naturales & anum  
 » iuxta os, quod sacrum dicitur, appendatur.

Ad quartum genus luxati femoris aggressus est, de quo euidentissimè omnia  
 prodidit, ijs præsertim, qui in memoriâ habeant, quæ antea dicta sunt. Quare  
 nihil est quod nugas hic agamus.

61" I Nuenias etiam laudē, si sine vtre articulū hūc restituas: sed quosdā noui, qui  
 » I enim præ incitiâ, & vbi in exteriorē, & vbi in posteriorem partē erūperet, re-  
 » ponere per vtrē tentarēt, neq; intelligerēt, hanc viâ expelli magis q̃ in suâ sedem  
 » restitui. primū verò auctore cõstat vtrē adhibuisse, vbi articulus in interiorē  
 » partem elaberetur, scire tamē licet alia multa ex vsu magis esse q̃ vtrē. Datur  
 » ergo inter femora vter nō inflatus, sic, vt quantū maximè potest, sublimis inter  
 » anum & naturale collocetur: tum femora inter se vinciūtur habenâ, quæ à pa-  
 » tellâ ordiatur, & vsq; ad dimidiâ femorū partē intēdat: post hæc inflatur vter,  
 » distēditq; demissâ æneâ fistulâ in vnū ex pedibus, qui solutus sit, & ager in  
 » latus cubat, vitatio crure sursum spectate. Preparatio igitur huiusmodi est, sed  
 » plerique hanc adhibent deteriore, quàm ego dixerim. cum non alligēt bonam  
 » femoris partem (vt proposui) sed genua duntaxat. adde q̃ intentionē, quæ ma-  
 » ximè necessaria est, omittunt. nōnulli tamen luxatū iam restituerūt, vt qui rem  
 » facilem nacti fuerint, sed huiusmodi impulsus nō magnopere tolerabilis est. si  
 » quidem inflatus vter, quâ maximè tumet, eam regionē nō attingit, in quâ pro-  
 » lapsum femoris caput iacet, quâ potissimū impellendū est: sed infra illud, vt qui  
 » in medio femorū, vel interius etiâ contineatur. ad hæc femora naturaliter sunt  
 » curua, à superiori enim parte carnosâ sunt, & ppè inter se iungūtur, ab inferio-  
 » ri tenuatū. quare & femorū natura vtrē expellit ab eâ parte, quâ præcipuè ad-  
 » mouēdus esset, ità, vt si paruus vter inferatur, cū vim exiguâ habeat, nullo mo-  
 do vrgere



1 » do vrgere articulū possit. Oportet ergo, si vtendū vtre sit, femora ad magnam  
 » partē inter se deuincire, & vtrem inflare, eodē momento, quo corpus extēditur,  
 » crurāque extremā parte inter se colligare, vbi hāc ratione articulus reponitur.

Docet quā ratione quis vtatur modo restituendi per vtrem, quamuis eum  
 non probet. cuncta autem planē explicat.

1 » **I**N totā arte medicinali id in primis dare operam oportet, vt quod malē ha- 62  
 » bet, ad sanitatem perducatur. quod, vbi cōtingere possit pluribus modis, ille  
 » eligēdus est, qui omnium minimo negotio comparatur. hoc siquidem magis  
 » officium est probi viri, & plus habet artificij, nisi quis in popularem auram in-  
 10 » cumbat. sed, quod ad hunc locum attinet, quidam modi extendendi corporis  
 » per ea, quæ domi habentur, parari possunt, sic, vt ex ijs, quæ præsētia sunt, in-  
 » uenire liceat, per quæ promptē curatio adhibeatur.

Oratio hęc postrema est, in quā iubet, vt in ijs exerceamur, quę promptē ad  
 curationem accōmodātur, itā, vt quamuis nec scamni copia sit, neque alterius,  
 ex ijs, quę proposita sunt, excogitare per te aliquid simile possis. sed de his eu-  
 dentissimē in sequentibus tractauit, vt neque breuissimā expositione opus sit.  
 omnia enim perspicua sunt ijs, qui meminerint quæ proposita sunt. explicabo  
 tamen, si quid mihi obscurius esse videatur.

20 » **Q**Uod si vincula ex loris non sint mollibus, & quæ faciliē tractētur, sed tan- 63  
 » tūm vel catenæ, vel rudentes, vel funes, necesse est antē fascijs vel panni-  
 » culis ē lanā eam partem inuoluere, quā potissimum iniici vinculum debet, &  
 » vltiorem quoque, postea deuincire.

Nauium rudentes græci vocant ῥάλα, quod Poëta indicat in eo carmine,  
 καὶ τὸ δ' ὕψος ῥάλας ἐπὶ τοῦ νεὸς ἀμφικύβητος. Constat etiam Hippocratem, quūm

rudentes ῥάλα dixit, eos funes intellexisse, qui in nauibus habētur. nam eos, qui  
 in vrribus, & qui in agro communi funium vocabulo appellauit ῥοπίλα.

30 » **A**D hęc super lectū, qui ex ijs, quorū copia est, firmissimus sit, & maximus, 64  
 » rectē homo extendatur. lecti autē pedes, vel qui à capite, vel qui à pedibus  
 » sunt, vel ab exteriori, vel ab interiori parte fulciātur, itā, vt fulcra limini firmi-  
 30 » ter hæreant: sed ad alios pedes collocetur lignum quadratū transuersum, quod  
 » perueniat ab vno pede ad alterū, ac si tenue sit ad pedes lecti deligetur, si cras-  
 » sum, sine vinculo relinquatur: post hęc vinculorū capita tam eorū, quæ versus  
 » caput procedunt, quæ eorum, quæ versus pedes, vtrāq; ad pistillū, vel ad aliud ta-  
 » le lignum vinciātur. vincula autē vel recta iuxta corpus porrigantur, vel paulo  
 » etiā superiora conuenienterque à pistillis intendātur, quę erecta sint, sic vt vnū  
 » limini obijciatur, alterum ligno, quod adiectū est, sic igitur per pistilla ad se at-  
 » tracta adhibere vim oportet. satis autē esset loco liminis & ligni appositi sca-  
 » la, quæ gradus firmos haberet, lecto subiecta, vt pistillis hinc & inde ad motis,  
 » vincula extēderentur. Reponitur item hoc modo femoris articulus, siue in in-  
 40 » teriorem, siue in priorē partem eruperit. Scala defoditur, cui homo in fides in-  
 » tegro crure, leniter extēto, & quā cōmodē poterit alligato: vitiatō cruri vas fi-  
 » ctile appenditur aquæ plenū, vel calathus in quem coniecti lapides fuerint. Est  
 » & alter reponendi modus ad eos, quibus femoris caput in interiorem partem  
 » luxatur. transuersum lignum inter duas columnas deuincitur, quantum res po-  
 » stulat sublime, & ab vnā parte extra columnam cubitū porrigitur, deinde ho-  
 » mo vestimētis pectore obuoluto super eam partem transuersi ligni, quæ extat,  
 » collocatur, ac pectus per latam habenam ad columnā deuincitur, integrū crus

ab aliquo tenetur, ne subuertatur, sed affecto appenditur res aliqua, quæ graui-  
tatem habeat conuenientem, ut supra quoque dictum est. Ante omnia igitur sci-  
re licet omnium ossium commissuras plerumque sinu & capite contineri, & in  
alijs sinum cauum esse, & oblongum: in alijs parum de fide tem. Semper autem  
restituere conuenit omnes articulos, qui exciderunt, protinus, quum adhuc cali-  
di sunt, vel certè quàm celerrimè. nam, qui reponit facilius, & citius reponit, &  
eger minorè molestiam sentit, vbi priusquam locus intumuerit, articulus resti-  
tuatur. Perpetuò item, vbi reponendus articulus est, emolliri antè debet, & di-  
moueri, sic enim promptius reuerti consuevit. vbiunque autem reponitur,  
imperanda abstinentia est maxima, vbi maximus fuerit, & difficillimus ad re-  
ponendum: minima, vbi exiguus, & faciliè recondatur.

## De digitis luxatis.

65. Quid si digiti articulus excidat, seu primus, qui ad manū pertinet, seu se-  
cundus, seu tertius, eadem est & æqualis reponendi ratio, maximi quidè  
articuli semper ægrius restituntur. excidunt autem in quatuor partes, vel sur-  
sum, vel deorsum, vel vtrinque ad latera, sed maximè in superiore partè, mi-  
nimè in latera, quod accidit, vbi vehemèter moueantur. q. si à latere prorupat,  
ab eà parte, in quam veniunt, quasi capitulum rotundum conspicitur, & leniter  
cauum: si in superiore vel inferiore partem prolabatur, quum hic locus leuior  
sit, quàm qui à lateribus, simulq; procidentium articulorū excessus paruus, faci-  
lius reconduntur. Reponendi ratio sic habet. summus digitus fasciâ vel aliquâ  
tali re inuoluitur, sic, ne dum intèditur, extremâ partem prehensus elabatur. quo  
inuoluto vnus eam regionem, quæ super primâ palmæ partem est, alius inuo-  
lutam partem, ad se vterq; valenter attrahat, simulq; excedens articulus in suam  
sedem compellatur. Si à latere excedat ratio extendendi eadem est. namq; vbi  
videbitur loco excessisse, simul dum intentio adhibetur, protinus in suâ sedem  
cogendus est: sed interim alius ab alterâ parte debet digitū repellere, cauēs, ne  
in eam rursus prolabatur. Cōmodè quoque restituntur per digitorum tegmē-  
ta ex palmis intexta, quæ à lacertis *σάργαι* græcè nuncupantur: vbi in diuersa di-  
gitum extenderis, prehensens alterâ manu primâ palmæ partē, alterâ tegmē-  
tum, posito articulo, debes quàm citissimè deuincire fasciâ tenuissimâ, inunctâ  
cerato, quod nec nimis molle sit, nec nimis durū, sed moderatè, cum quod du-  
rum est, à digito recedat, quod liquidum & molle digiti calore tabescat & re-  
soluatur. Soluendus autem est digiti articulus tertio aut quarto quoque die. at-  
que in vniuersum, si inflammatio locum occupauerit, frequentius soluendus est,  
sin minùs, rariùs, quod communiter de omnibus articulis intelligi volo. cōfir-  
matur autem digiti articulus decimo quarto die. eadem verò curatio est digi-  
torum manus ac pedis. Quicūque articulus recondatur, debet homo inediâ ac  
tenui victu vsque ad septimum diem vti, ac, si inflammatio sit, frequentius re-  
solui, alioquin rariùs. semper autem quiescere vitiatum articulum conuenit, &  
quàm optimè figurari.

FINIS COMMENTARII QVARTI  
GALENI IN HIPPOCRATEM  
DE ARTICVLIS.

Galenus



## Galeni in Hippocratem de officina

MEDICI COMMENTARIUS PRIMVS, VIDO

VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.



10 **Q**Uis hoc ad medicum pertinens inscripfit [De officinâ medici], satis autem fuerat [De ijs, quæ in officinâ medici] sicut nonnulli Dioclis, Philotimi & Mantia; opera inscribunt. nam, cum singuli horum de eadem re libros consecerint, legitur quidem in plarisque inscriptio sine præpositione, atque pronomine [Officinâ medici]: in paucis autem præpositis illis [De ijs, quæ in officinâ medici]. sed eorum volumina præceptis plena sunt: Hippocrates verò, ubi in suo libro ea recensuit, quæ medicinam manu curatam perficiunt, faciscandi rationem exequitur, cui voluit medicum primò assuefieri, quæ res in ligno, quod in hominis speciem exculptum sit, vel certè in puerili corpore fieri potest. Hæc liber ipse priusquam singularum partium explicationem aggredere, præfari me coëgit: iam venio ad ea, quæ me impellit non liber, sed quicunque maiorem scripturam promptè immutat, ad quamcunque sententiam  
20 voluerit, ipsam traducens. Quidam igitur conati sunt vetustissima volumina inuenire, trecentos abhinc annos scripta, quæ partim habent in membranis, partim in tiliæ libris, sicut Pergami apud nos videre licet. constitui ego omnia existimare, quæ tradita à primis expositoribus fuerunt, ut de plurimis ac maxime fide dignis germanam scripturam comperirem, quod mihi longè melius cessit, atque putaueram. nam omnibus ferè tum exemplis, tum expositorum commentarijs, animaduerti inter se conuenire, ita, ut admiratus fuero audaciâ eorum, qui vel nuper exponunt, vel suo iure omnia Hippocratis volumina edunt, quæ admodum Dioscorides & Artemidorus, qui Capito cognominatus est, qui complura in vetustissimis scripturis innouarunt. Sed longius labi mihi videor, explicando, si scripturæ cuiuslibet fecero mentionem. melius igitur duxi antiquas  
30 solum adscribere, paucis quibusdam, quæ immutata paulum fuerunt, adiectis, de quibus præsertim conueniat inter eos, qui antè libros enodauerint. qui, cum quatuor sint, duo, Zeuxis & Heraclides omnia Hippocratis opera explicarunt: at non omnia, sed obscura tantum, Bacchius & Asclepiades. Ac de his quidem hæcenus. quo tamen clarius exordium sit, à principio repetentes breuissimè agemus, quasi nihil præfati.

Liber Hippocratis, qui [De officinâ medici] inscribitur, primò totius artis commune procemium habet, ut mox indicabo, atque eâ de causâ nonnulli ante omnes libros iure legendum esse existimarunt, quippe, qui talè docendi viam  
40 polliceantur, qualem in suis libris, quos primas institutiones appellant, recentiores aliqui tradiderunt: proximè à communi procemio subijcit, quæ medicinalem artem nunc primùm addiscentibus vtilissima sint, ex ijs, quæ in officinâ medici fieri possunt. Quam rem ita esse liquidò constabit, si ad verborum ipsorum enodationem animum adiunxeris.

AN similia, an dissimilia, principio à maximis, à facillimis, à quibuscunque, quomodocunque cognitis.

Siue quis benè valere, siue bonam valetudinem, siue aliud quid tale, medi-



nalis artis finem constituat, hunc ipsum propter se student, qui in hac arte ver-  
 santur. Neque vlli dubium est, quin contemplatio quædam sit, cui operam da-  
 re oporteat eum, qui restituere velit naturalem nostrum siue habitum, siue ad-  
 ministrationem, seu structuram, seu quod est aliud verbum, quo placeat nomi-  
 nare: at non propter se cætera omnia, quæ ad artem spectant, addiscimus, doce-  
 mus, aut deniq; audimus, sed quod ad finem singula eorū conducant. Quem-  
 admodum in proposito sermone eam partem, quæ ad indicia pertinet (recen-  
 tiores græci *σημειωτική* dicūt) tractari necesse est, quibus rectè mederi proposi-  
 tum est, antequā eam, quæ curat, aggrediantur, vt, quū simile quid nacti fue-  
 rint, morborū discrimina ad vnguem in egrotantibus teneant. Nihil autem in  
 sequentibus intererit, habitum nostrorum corporum naturali administrationi  
 contrarium, morbi vel affectus vocabulo nuncupare, sicut græci omnes cōsue-  
 uerunt, interdū *νόσημα*, interdum *πρόσος* genus hoc vniuersum appellantes. Nunc  
 igitur docet, partis, quæ ad indicia spectat, maximè generale propositū, quem-  
 admodum fit in parte, quæ medetur. nam sicut in hac curationis cuiusq; cōmu-  
 ne consilium est contrarijs per cōtraria subuenire: itā in illā posse cognoscere,  
 quatenus ea, quæ in affecto corpore conspiciuntur, benè admodū valentis sunt  
 similia. Quod Hippocrates ipse in prognosticis indicauit, cū inquit, [Maxi-  
 mē ad rem pertinet intueri, an sibi quis ipse aliquā ex parte similis sit]. Idem in  
 libro quoque de articulis proposuit, quū vitiatam corporis partem ad eam,  
 quæ integra est, conferri iussit, vbi similiter voluit non simpliciter comparari,  
 sed affecti hominis dextram partem cum sinistrā conferri, nihil alienis articu-  
 lis, hoc est aliorum hominū inspectis. Quod etiam nunc faciendum duxit, cū  
 ait [An similia, an dissimilia, principio à maximis, à facillimis] ac si itā dixisset,  
 laborantium corpora ab initio protinus inspicere debēt, quatenus similia sint sa-  
 nis, quatenus dissimilia. quam rem, quū agemus, ex ijs, quæ maximi momēti  
 sunt, & in quibus expedita admodum cognitio est, morborū notas intellige-  
 mus. quandoquidem nos ignorare non oportet, non esse alia maxima, alia fa-  
 cillima: sed ijsdem signis contingere potentiā maximis esse, & cognitu facilli-  
 mis. huiusmodi sunt, quæ in prognosticis statim à principio traduntur his ver-  
 bis, [Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora, & quæ sequuntur]. Namq;  
 hæc maximi esse momenti in prænotione, eorum, qui mediocriter in medici-  
 nali arte fuerint exercitati, nemo est, qui nesciat: esse verò cognitu facillima, o-  
 mnes sanè vel artis etiam expertes intelligunt, quū nullam corporis partem  
 prius facie protinus videat, qui ad cubantem accedit. Ergo ipse cubans, si cum  
 seipso conferatur (vt præcepit) certiore quoque notam exhibet atque hac ra-  
 tione ab ijs, quæ facillima & maxima sunt, initio sumpto, iam poterit, quod ad  
 artem attinet æstimari. Fortè autem interdum fiet, vt decipiatur quis homine,  
 qui naturā habet nares acutas, oculos concauos, collapsa tēpora. sed, si laboran-  
 tis corpus plerisque hominibus simile comperiemus, nullo pernicioso morbo,  
 aut affectu detineri hominē facillè intelligemus. vbi, quod ab Hippocrate scri-  
 bitur, notabimus, si reliquæ totius corporis notæ salutē denunciēt, confisi eam  
 esse naturalem hominis faciem, vt rem magis perspectam habeamus, de ijs, qui  
 antè ipsum nouerunt, percontabimur, qui vbi idem asserēt, nostram prænotio-  
 nem confirmabunt. non perinde tamen sciemus, ac si ipsi hominē nouissemus,  
 atq; adeò, si vñ familiariter essemus. eo enim quod benè valētem sæpenuerò  
 viderimus, in signis, quæ in ipso apparent, nunc, vbi aduersa valetudo est, dif-  
 criminis

- 1° criminis modum certiùs deprehēdimus. Vt enim audiuerimus, cōiecerimùsq; hominem acutis naribus esse, concauis oculis, familiaris duntaxat modū intelligit, quæ res medico in primis necessaria est. non enim id solum nouisse operprecium nobis est, quod corpus à naturali habitu recessit, sed quatenus nares acutiores sint, oculi magis concaui, tempora collapsa, & alia singula, quæ deinceps exequitur, è quibus, quod simili maximè contrarium est, non simpliciter graue dixit, sed grauissimum, est autem maximè contrarium, quod à naturali habitu distat longissimè. ergo, quemadmodum, quod maximè contrarium est, non simpliciter graue, sed grauissimum posuit, sic graue magis minùsue dixit, quatenus plus minùsue contrarium se ostendit. Notæ igitur, quæ in facie sunt, nullo negotio percipiuntur, & plurimum ponderis habent, tum quas à principio protinus recēfuit, tum quas de oculis subiecit. Complura autem ex ijs, quæ in prognosticorum libris tractauit, si mentem adhibeas, intelliges partim non maxima esse, partim non facillima, partim quibus utrūque abest, vis scilicet & facilitas. quæ in eorum librorū expositione latius persequuti sumus, persequemur & nunc exempli causā nonnulla. Nam, quod æger supinus cubet brachijs cruribùsq; similiter iacentibus, vt resolutis, non modò ob grauem affectū euenire potest, sed ob mollitiem quoque hominis, delitiásque vltra modum. potest, nisi mores ægri cognitos habeamus, facilè decipiemur. At fieri minimè potest,
- 2° vt quos curamus, omnium nobis mores innotescāt. quamobrem percontari hos oportet, præterquam in paucis. comperimus quid ē aliquando non magni momenti rem denunciari, vt in ijs, quæ ad cubandū pertinent: interdum maximè, vt in viro ornato, vbi trucem vultum habeat, aut vocem. Spiritus itidem cum crepitu dolorem, aut mentis alienationem significat, si in eo sit, quem id facere audiente aliquo puderet: sed si nullam præsentium rationem haberet, nihil is prorsus ostenderet. Quocirca hic etiam nouisse hominis mores conuenit, non secus atque consuetudinem in ventrem cubantium, eorūque naturam, qui per somnum dentibus strident, vel quorum palpebræ non committuntur. namque hæc, vbi cubantis mores, vel naturam medicus nouerit, aut ab altero
- 3° quæsierit, qui eos cognoscat, indicium faciunt, idq; modò bonū, modò malum. In vrinâ verò nigrâ, nigro itē sputo, tum in atrâ bile morbi initio maxima vis inest, & expedita cognitio, sicut è cōtrario in acutis morbis summam securitatem pollicetur facilè spirare, subsidere in vrinâ albū leue & æquale. Hæc de ijs, quæ ad cognitionem pertinent, posuisse voluimus, vt sint exempla eorum, quæ maximā vim habent, & cognitu facillima sunt, tum quorūcunq; quomodo-cunq; nobis innotescant, seu experimēto, seu ratione. quanquā non tām vim habent, nec æquè facilè percipiuntur, nisi ægri vsus, natura, mores, vel sciuntur, vel quærantur. Deinceps milii sermo erit de ijs, quæ attinent ad chirurgiam, vt autem res magis in aperto sit, quoddā exemplū apponemus, quod habetur in
- 4° libro de articulis inter initia protinus, vbi de prolapso humero agitur. in quo, idem quod maximum est, nullo negotio comprehenditur. nam, si quid rotundum ac durum sub alâ se ostendat, id ibi esse nullâ ratione potest, nisi humeri caput suo loco motum in alam exciderit. Sed sinus in eâ parte, quæ humeri iuncturæ superiecta est, cōmune indicium est, & humeri prolapsi, & lati scapularum ossis, quatenus summum à iugulo recedens, attollitur, atque idcirco debemus affectam partem integræ comparare, quæ vbi non suæ naturæ deprehendatur, existimare licebit humerum excidisse. In hoc igitur signo, non æquè



magna vis inest, & expedita cognitio, atque in tumore sub alâ. imbecillius ad-  
 huc est, quod ex motu colligitur, humerus enim sursum non porrigitur, & vbi  
 huius partis musculi atteruntur, tenduntur, inflammantur: & vbi aliquæ ip-  
 sorum fibræ altius abrumpuntur. Ego autem huiusmodi casum aliquâdo na-  
 ctus sum. latum scapularum os summum antè à iugulo recessit: deinde alte-  
 rius brachij humerus loco suo motus est, quod accidit in palæstrâ. intuitus  
 autem medicus sedem iuncturæ humeri superiectam ab utrâque parte æqua-  
 lem inconsideratè dixit eum ipsum locum plagam accepisse, & iure homi-  
 nem dolere, iuncturam verò illæsam esse. quocirca præcepit, vt in balneum iret  
 quàm celerrimè, & multo vsus oleo in folio moraretur, atque vbi exiret lanâ  
 tinctâ in oleo, cui paulum cæræ adiectum esset, ictam partem obtegēs, se con-  
 tineret in lectulo, quiesceretq;. His factis homo, quum totam nocte dolore vr-  
 geretur, mane eundem medicum, & quosdam alios acceperat ex ijs, quos non  
 ratio, sed sola sustinent experimenta. Qui pridie ob temeritatem deceptus, ar-  
 ticulum benè se habere protulerat, vbi ad ægrotantem accessit, videns duos  
 alios medicos se ignobiliores, vt qui paruipēderetur, iniquo animo tulit, id ta-  
 men dissimulās promptius adhuc ob indignationem dixit articulum nullo mo-  
 do læsum esse, quum vtramque partem iuncturæ humeri superiectam similem  
 inueniret, cūque inflammatio iam ictum humerum occuparet. Perfundens  
 igitur hominem multâ aquâ calidâ subinde oleum copiose immiscēs, iussit, vt  
 lanâ rursus circumdatus eadem ratione conquiesceret. At, quum per hæc nihil  
 proficeretur, ego tertio die adhibeor, cōspiciēsq; partem iuncturæ superie-  
 ctam magis cauam esse ab eo humero, qui dolore vacabat, quàm ab eo, qui do-  
 lebat, nimirum inflammatione auctâ, humerū, qui integer videbatur, diligen-  
 ter inspexi, visumq; est mihi ab eâ parte summum lati ossis scapularum in su-  
 periores partem recessisse. Hoc igitur adductus, & eo quod per idoneam cu-  
 rationem homo nihil leuaretur, sub inflammati humeri alani digitum demit-  
 tens, ibi humeri caput inueni. quo tamen res certior esset, animaduerti alterius  
 humeri alani, in quâ, vbi nullum huiusmodi tumorem repperi, pronunciaui  
 humerum quidem luxatum esse, medicos verò id latuisse. cō quod ignorarent  
 latum os scapularum in altero brachio summum à iugulo recessisse, compara-  
 réntque percussū locum ad illud perinde, ac si in statu esset naturali. Nobis  
 inquam discere licet ex homine percontantibus, num ab altero brachio, quâ  
 cum iugulo latum os scapularū iungitur, aliquâdo plagam acceperit. ille prin-  
 cipio non habet, quod dicat: dein, quum sibi in mentem veniret, se quondâ ex  
 vehiculo decidētem percussū fuisse fatetur, sed paruo negotio liberatū lanâ  
 oleo tinctâ tribus aut quatuor diebus super ictam partē impositâ. Sed quorsum  
 hæc? vt ostendam quantum dignitate inter se distent indicia, per quæ inno-  
 scunt morbi manus curationē requirētes. Non posse enim affectum brachium  
 sursum porrigi multis quoque alijs commune, quum & chordæ musculorum,  
 qui eâ parte sunt, & sæpenumerò ipsi quoq; musculi, vbi indurati, aut inflam-  
 mati sunt, tum contusi, aut altè abrupti, vel vbi aliquæ ipsorum fibræ perrum-  
 puntur, sursum ferre brachium non sustineant, neque solum sub hoc, sed sub  
 omni etiâ motu indolecant. Sinus verò eâ parte, quæ iuncturæ humeri super-  
 iecta est, & ipse communiter recedentis quoque ossis facit opinionem. At ro-  
 tundus, durūsq; in alâ præter naturam tumor abundè humerum loco suo mo-  
 tum testatur. quare is minimè decipietur, qui ei tantum confidet. quid quod &  
 ipsum



1 ipsum cognitu facillimum est, solūque oportet tumorem contingere digitis in alā coniectis, quā humeri caput euidenter se ostēdet. Sed musculorū affectus, sub quibus neque sursum porrigere humerū possunt, neque citra dolorem mouere, exercitātā rationem, summāque animaduersionem exigunt. Has igitur notas illis annumeramus, quę plurimum valent, & facillimē comprehenduntur, siue quis rationalē, siue in experimentis positā medicinā profiteatur. Empiricus enim inspiciēs quas *σιωδσομας* appellat, quę nihil aliud sunt, q̃ cōcur-  
sus eorum, quę morbis superueniunt, vbi sepius eadem notauerit, æquē omniū  
10 simul in tempore meminit: dein, quū ex hāc obseruatione multorū concur-  
sum vsū habet, tunc ex ijs, quę morbis superueniunt, quę nā in multis concur-  
sibus viderit, & quę in vno duntaxat, dignoscit: atq; hoc pacto communia in-  
telligit, & propria, quam rem sequitur rursus notitia signorum, quatenus inter  
se viribus distēt. nam, quod in multis, vel omnibus concursibus fuerit animadu-  
uersum, longē ijs cedit, quę notātur in vno tantum: quod autem in paucis mi-  
nus vincitur, ac præcipuē, quod in duobus. medicus autem, qui spectat experi-  
menta communia, perinde ac propria intuetur, & in memoriā habet. cum hæc,  
quæcunq; sint, & quocunq; modo cognoscantur, vnā cum proprijs venientia  
obserauerit. Qui ratione nititur, multo magis celeriusq; singulorum morbo-  
rum indicia comperit, & vbi cōmunia sint, & vbi propria, nec Empirici modo  
20 diu moratur, sed ne diem quidē aut horam. concipiens enim humeri caput in  
alā excidisse, id simul intelligit, primò quidem quod tumor eā parte non na-  
turalis apparebit: deinde quod sinus erit super humeri cōmissurā, cum humeri  
caput, vt quod in alā venerit, inde absit, vbi esse cōsueuerat: tum quod cerui x  
lati scapularum ossis humero superimposita sursum porrigi brachium non itā  
sinet, & quod musculi admodū dolebunt, quū vehementer extendantur, vbi  
attollere humerū conentur, quodque non absimile tormentum sentient, cum  
ad latus tentant affectum in membrū adducere. Atque itā quæcunq;, & quomo-  
docunque cognita, nec, quę magnā vim habēt solū, sed cetera etiā intelli-  
get. quoniā hāc vnā viā cuncta inueniuntur, quū alterā in obscuro sint, quę  
30 non sunt facillima, sed indicatione comprehenduntur. Humeri quidem caput  
in alā magnā vim habet, & nullo negotio cognoscitur: at musculorū affectus  
maiori egent cogitatione, sed & à tumore, qui in alā conspicitur ytroque viri-  
bus scilicet & facilitate superati, eādem contemplatione artificioso medico in-  
notescunt. Meritò igitur Hippocrates ante alia artis opera, id est, ante præno-  
tionem & curationem, eam partē, quę ad morborum indicia pertinet (iunio-  
res *σημείωσις* nuncupant) intelligi ex similibus ac dissimilibus notatione voluit:  
meritò etiam ex valentissimis, & cognitu facillimis, item tertio ex quibuscun-  
que, cum his quomodocunque cognitis, dignitate verò & cognoscendi faci-  
litate inferioribus. Hactenus itaque præfatus à quibus vitia indicentur, nempe  
40 ab ijs, quę rectē habentibus similia sunt, aut dissimilia, deinceps cuiusmodi il-  
la sint, ea nunc persequitur ijs verbis.

Quæ & videre, contingere, atque audire licet.

Quū voluerit eam medicinæ partē, quę de morborum notis est, per  
ea exerceri, quę in affecto corpore ad exemplum sanorū similia sunt, aut dissimilia:  
item quædam maxima esse & facillima, quędā cum ipsis necessariò per-  
cipi, nunc iam (quod suprā commemorauī) quā illa sint, exequitur inquit,  
[Quæ & videre, cōtingere, atque audire licet]. Videre quidem licet, quę con-

specui subiiciuntur, contingere, quæ tactu, audire, quæ auribus comprehendi possunt. Ergo, quæ inter prognosticorū initia de facie proponuntur [nares acuta, oculi concavi, collapsa tempora] sentiuntur visu: tactu, frigida aures: tactu simul & visu, cutis faciei dura, arida atque extenta: quæ eodem libro sequuntur, auditui subiecta sunt, nempe sternutamentum, tussis, crepitus, strepitusque hominis præter naturam loquentis, vel quod mens non constet, vel quod vox sit stridula, rauca, aut huiusmodi quopiam vitio affecta. In morbis autem, quæ manum postulant, oculis exposita sunt, quæ nigrescunt, rubent, tum quæ quamvis ratione suum colorem variant aut retinent. adde exempli causam in humero, quod sinus in parte eius articulo superiecta, & extremitas lati scapularum ossis elata, 10 visu percipitur, caput in alia contingitur, auribus accipitur strepitus in corpore ægrotantis, quemadmodum, ubi thorace perforato est plagam fertur spiritus cum sono.

Quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu, mente sentiuntur, Subiecit hic omnibus sensibus mentem, quam dixit *νόησις* (græci communiter *νοῦς* & *φῆσις* vocant & *λογισμός*, hoc est rationem) sed quoniam & in voce quædam ratio est, philosophi illam dixerunt *ἐνδὲς λογισμός*, hoc est, interiorem, ut ab hac ipsam seiungerent. Comprehenditur interiori quid cuique consequens sit, quidque contrarium, ad hæc diuisio, compositio, resolutio, demonstratio, & si quid est generis eiusdem. Requiritur autem non immerito, cur olfaciendi & gustandi sensus antequam seorsum mentionem non fecerit, quum dixit [quæ & videre contingere, atque audire licet] postea verò omnes quinque proponens, mentem quoque adiunxit. Multi sane dixerunt nonnulla absurda, & quæ scribi non merentur: alij verò probabilia, ac memoratu digna. hinc autem ordiuntur, Hippocratem dicunt præcepisse, ut ex eorum, quæ sub sensu cadunt, similitudine ac dissimilitudine, morborum notas intelligeremus. Proprie autem sub sensu cadere volunt ea, quæ, ut comprehendantur, non aliam potentiam requirunt, sed una sensuum comprehensio sufficit: sub sensu cadere similiter, sed non proprie, quæ pluribus sensibus simul, & tum memoriâ, tum ratione, quam vocant componentem, & colligentem, accipiuntur. Colorem verò ex eorum numero esse existimant, quæ proprie sub sensu cadunt, itidem succum, vaporem, vocem, prætereâ duritiem, mollitudinem, calorem, frigus, & uno nomine qualitatē omnem, 30 quæ tactu comprehenditur: at mali, mali punici, piri, aut cuiusvis alterius rei totam naturam sensu minimè percipi, sed (ut Plato dixit) opinione cum sensu rationis experite, omniaque esse opinabilia arbitrantur, & propterea quosdam sapientius in ipsorum cognitione decipi, cum vel colorem tantum, vel figuram, vel utrumque naturali non ab similes intuentur. mala enim, mala punica, pira, vuam, nucem iuglandem, & plura alia ex ijs, quæ edendo sunt, ubi ex cerâ componuntur, priusquam vel ad nares admoueantur, vel gustentur, tauganturque, à veris abhorrentia non videri, eum verò falli non posse, qui ipsorum usum singulis 40 sensibus æstimet, omnibus autem rem discutere sine memoriâ & enumeratione non licere, & hanc non ad sensum, aut memoriam pertinere, sed ad mentem. nominant autem enumerationem, non solum *συναριθμησις*, sed etiâ *συγκαταλόγησις*. Hippocratem ergo, quum inquit, [Quæ & videre, contingere, aut audire licet] volunt eorum, quæ sensibus subiiciuntur, meminisse, ut exemplum aliquod in medium afferret, atque ubi ab ijs, quæ sensibus simpliciter, & proprie subiecta sunt, ad totam naturam transijt iure tunc sensus omnes, & mentem quoque commemorasse, ita, ut uniuersa oratio sit huiusmodi. Aggredi medicus debet ad vitiorum



1 ad vitiorum notas, orsus à similibus ac dissimilibus inspectione, interdum solam  
 qualitatem, interdum tota conferens corpora. quæ quidem expositio ratione  
 non caret. Est & altera hunc in modum, Hippocratem, quum inquit, [Quæ &  
 videre, contingere, atque audire licet] de medico loquutum esse: quod verò ad-  
 dit [quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu, mēte sentiuntur] ad ægro-  
 tantem ipsum referri, ita, vt medicus nō modo indicia colligat ex ijs, quæ ipse  
 met, sed ex ijs, quæ æger videt, tangit, olfacit, gustat, tum ex eius mente, quate-  
 nus labat aut consistit. quod autem medico ad cognitionem expediat, nouisse  
 mente, ne homo labatur, an sui compos sit, in aperto est. Placet alijs, quod scri-  
 10 bitur [quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu] ad ægotantem, quod  
 adiungitur [mente] ad medicum pertinere. siquidem ex ijs, quæ cubans videt,  
 audit, contingit, gustat, medici mens aliquid ratio cinatur. conijcit enim de la-  
 borantis gustatu aliquid ad ipsum pertinens, non secus ac de morbo. nā, si gu-  
 stanti amara omnia videantur, quemadmodum ijs, quos morbus regius malè  
 habet, redundat in linguā bilis: si falsa, pituita falsa: si acida, acida similiter pi-  
 tuita plurima in eā est. sicq; hominem dicunt qualitatem sui sudoris interdum  
 in os destillantem percipere. Hoc pacto enodātibus aduersari videtur, quod ol-  
 factum medici præterierit, quamuis eo sæpius vtatur, cum indicia ex deiectione,  
 20 vrinā, sputo, vlceribus, spiritu egrotantis collecta olfactu à medico æstimen-  
 tur. Porro autem à ratione non abhorret, fuisse hunc à librario prætermis-  
 sum, sicut alia multa in plurimis Hippocratis, aliorumque voluminibus, partim o-  
 missa inueniuntur, partim euidenter deprauata. Nec absuevit, qui locū hunc  
 ita explanarent, non idem scilicet significari his verbis [Quæ videre, contingere,  
 & audire licet], atque illis [oculis, auditu, tactu sentiuntur]. potest enim vi-  
 dere quis contingere, aut audire nullo modo re comprehensā: sentire verò sine  
 comprehensione non potest. Refertur huiusmodi explicatio verbi [sentire] ad  
 Semium stoicum, cui propterea subscripsit Iphicianus Quinti discipulus, qui  
 stoicam philosophiā sequutus est. Quod censent igitur huiusmodi est. priora  
 verba solūmodo in rerum genere, ex quibus notæ sumuntur, accipi debent: se-  
 30 quentia in eodem ad vnguem habito atque comprehenso, quasi ita scripserit.  
 Colligendæ notæ sunt ab ijs, quæ in corpore ægotantis suæ naturæ similia &  
 dissimilia se ostendunt. Sunt autem hæc ea, quæ subiecta sunt sensibus, atq; ex  
 ijs ipsis, non quæ non benè videntur, aut audiuntur, vel quouis denique sensu  
 non benè sentiuntur, sed, quæ singulorum sensuum comprehensione & men-  
 te percipiuntur. abusum verò Hippocratem dicunt vocabulo [sentiuntur] de  
 mente verba facientem. Itā, vt in prioribus verbis sensum vnum vel alterū præ-  
 termiserit, vniuersum enim eorū genus sub exemplo demonstrauit: in sequen-  
 tibus omnium meminerit, & mentem adiecerit, magis exquisitā, firmiorē-  
 que enuntiatio nem reddens. nam commune est omnibus comprehensi obie-  
 40 cti speciem imprimere. Sed, cum, quod polliciti sumus, præstiterimus, referen-  
 tes, quæ nonnulli probabilia attulerunt, ne videretur Hippocrates eadem sæ-  
 pius repetere, proximum est, vt ad ea, quæ sequuntur, veniamus: tu verò supe-  
 riores sententias scrutatus optimam eligas. Vsurpat autem *νόμος* vocabulum  
 more priscorum, quod idem significat, atque mens, siue intelligentia. quā rem,  
 & si possem multorum testimonio confirmare, pauculos tamen adducam, qui  
 mentem *νόμος* dixerunt. Critias igitur in primo aphorismo hæc scribit, [Nec  
 quæ reliquo corpore sentit, nec, quæ mente intelligit]. & iterum, [Intelligent



homines mēte an sanus aliquis sit]. Et in primo libro, qui de colloquijs inscribitur, [Si ipse excitatus itā fuisses, vt mente valeres, non sic ab ipso tibi iniuria fieret], & in eodem sapenūmērō, & in secundo colloquiorū *γινώσκουσιν* sēpiūs mentionem fecit, sensibus ipsam in diuisione opponēs. Ad hęc Antipho in primo de veritate, [Qui hęc intelligit, nec oculis longitudinē comprehendit, nec qui longitudinē intelligit, sine mente eam intelligit]. prætēā, [Omnes enim homines, tam in secundā, quā in aduersā valetudine, atq; in alijs omnibus mēte vtuntur]. Et Plato, sicut priūs *ἐπέ*, itā in quinto de rep. [Huiusmodi igitur cogitationem, vt cognoscentis mentem, itā opinantis opinionē rectē dicere possumus]. Et Lysias in Polyuchū [Ille enim, in omnibus rebus, quas suā vſus mēte, pro nostro populo gessit, multorum bonorum in nostrā ciuitate causā fuisse videbitur, & multa hostibus attulisse incōmoda]. Æschines item Socraticus in Miltiade, & Hyperides in Dioclem, & alij rhetores, medici atque poētæ. quorum omniū meminisse superuacuum est, eodē modo id vocabulū vsurparunt.

¶ **Q**Uæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt.

Iure etiam hīc quæritur, quas prætēr sensum, & mentem natura nobis potentias dederit ad percipiendū obiecta exteriora. Adiungit enim [quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt] perinde quasi non enumerauerit omnes. Explicabo igitur, quamobrē hęc adscribi ab ipso existimem, illud præfatus, quod & sequentibus necessarium est, & memoriæ proditum fuit à multis veterum, quibus placet ex opinionibus, quas vidētur sectarum auctores inuenisse nullam esse nouā, sed, quæ priori sēculo tradita fuerūt, vnā cum aliorum mente interijisse. Si quis in opinione ad res ipsas animum aduertat, neque Pyrrhonis sectam, neque Academicam, Stoicam, Peripateticam, nec quamuis aliam, post Hippocratem sumpsisse initium iudicabit, quū ipsi Pyrrhonei ad vetustissimos auctores suam referant sectam. Quocirca verisimile est, vel adeo non verisimile, sed necessarium Hippocratis sēculo de naturalibus iudicandi potentijs disceptatū esse, & quosdam nullam talem posuisse, quemadmodum postea Pyrrhonei, quosdam sensum duntaxat, alios nihil huic tribuētēs id verum putasse, quod vulgatum est. [Mens videt, mens audit, cætera surda sunt & cæca] alios vtramque dedisse iudicandi potentiam, sensum in ijs, quæ sensibus subiiciuntur, mentem in ijs, quæ comprehenduntur intelligentiā, quosdā alias animi nostri potentias concepisse. Itaq; Hippocrates, vt eorum vitaret importunitatem, generatim duarum potentiarum meminit, sensus & mētis, quas solas in nobis (vt scitis) vbiq; docui cognoscendi, ac iudicandi vim habere: propter cauillatores autem orationi adiecit, [Quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt]. Iam verò aliqui censent aliam esse naturā intelligentiæ, aliam mentis, aliam illius rationis, quam *νοῦς* vocant, atque harū plures adhuc potentias introducūt. Nos autem in libris, qui de communi ratione sunt, tres hominibus in vniuersum inesse potentias demonstrauimus, quibus ad artes constituendas, librosque conficiendos vtuntur, sensum, mentem, memoriam: atque in memoriā quidem hærere, seruariq; quicquid sensu ac mente conciperetur, quū singularum rerum naturam non inueniat, sed eorum, quæ inuenta sunt, receptaculum quoddā sit, ad ea verò, quæ inquiruntur inuenienda, iudicandāque naturā nobis mentem dedisse ac sensum. Sed, vbi de his verba fiant, demus, si qui ita sentiant, aliam vim esse intelligentiæ, rationis aliam, rursusq; si velint, aliam mentis, aliam consilij, quū aduersus eos id nobis sufficiat,

1 ficiat, quod omnes homines euidēter cognoscunt, malum, mēspilum, vuam, &  
 alios fructus, siue vnā animi potentiā, siue alterā, siue tertiā, siue pluribus com-  
 prehendantur. Omnes autem homines aequē sibi persuasum habent sensum,  
 mentem, memoriā & voluntatē esse. quæ Asclepiades, quasi nulla sint, præter  
 alia multa conatus est funditus euellere. His igitur propositis satis planam esse  
 causam existimo, quorū ijs, quæ postremò perfectè docuerat, adiunxerit, [Quæ  
 item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt]. Inire medicus debet ar-  
 tis opera, initio ab affectuum cognitione accepto, comparans ea, quæ in ægro-  
 tante apparent, ad ea, quæ in sanis conspiciuntur, intuitus, quæ similia, quæ item  
 10 dissimilia, & hæc atque alia omnia sensu ac mente comprehendere: tum, si qua  
 sit præter has potentia, quæ communiter possit secū dum naturam de omnibus  
 iudicare, hæc etiā perinde, atq; illis de inuentis iudicare. sicut etiam cognoscere  
 omnes homines possunt, quemadmodū nos in medicinæ operibus, principio  
 habentes pro materiā, quæ sensu cōprehensibilia sunt, his verbis, [Quæ contin-  
 gere atq; audire licet]: potentiā verò hæc iudicātem duplicē, sensum scilicet &  
 mentē, quam ostēdit, cum inquit, [Quæ item auribus, odoratu, gustatu sentiū-  
 tur]. vtriq; autē euidenter memoria subseruit. si quis aliam quauis potentiam  
 introduxerit, nihil pugnabimus, modò subiectæ materiæ utilis videatur. His  
 enim verbis, [Quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt], &  
 20 mentem complectitur, & permittit, vt si quis aliam iudicandi potentiā esse ar-  
 bitretur, illam quoque nobis declaret. Hactenus igitur, quæ in hoc libro tradi-  
 ta sunt ab Hippocrate cōmuniter ad vniuersam medicinæ artem pertinet, atq;  
 idcirco ea esse præcūm totius artis proposui. Proximè autem trāsit ad me-  
 dicinæ partem, quæ manu medetur, & ex ijs, quæ huius partis sunt, ad ea, quæ  
 in officinā medici discere possunt, aut tractare, qui in arte primū exercentur.  
 Nemo autem existimet expositionem me lōgiorem præter meum morem fe-  
 cisse. siquidē, quæ totius artis communia sunt, pluribus verbis explicari debent,  
 quā quæ propriè ad singula pertinent, vt quū maximè, vbi quis in aliquo  
 opere ipsa pertractet, nunquam aliās commemoranda, id quod ego cōstitui in  
 30 horum librorum Hippocratis expositione, vbi de mētē ac sensu omnia perfe-  
 quutus, eorum, quæ proximè retuli, nullam ampliū faciam mentionem. Quin  
 hæc dixi paucioribus fortasse, quā res petebat, quā quū proponere possem  
 agitatam de numero potentialium animi, controuersiam, ac de eā pronunciare,  
 magis opere præciū duxi eum, qui harum absolutā notitiam requirit, ad librum  
 de communi ratione reijcere. Aliud etiam vertitur in dubium, vbi præcipit, vt  
 ab inspectione illius, quod simile est, & dissimile inchoemus. propterea, quod  
 non ita distinctè omnibus notum sit, quo simile & idem inter se distent. quod  
 ipsum de industriā omisi alibi explicatum. Attinent ad eandem cōtemplatio-  
 nem, & alia multa, quæ similiter præterij, & hoc vtrum, qui medicinam in vsu  
 40 positam profitentur, eorundem vel similium obseruatione vtantur. ex ijs enim  
 quidam similia censent animaduertenda: alij cautiore ea, quæ suæ sectæ vni-  
 uersæ cōsuetanea sunt tenentes, omnia eadem obseruari volunt, seu ad morbos  
 significandos, seu ad prognostica, seu ad curationem pertineant, & Dionem  
 phreneticum eundem esse, atque Theonem phreneticum, quatenus ambo fe-  
 bricitantium insaniā opprimuntur: alij neque simile vno modo vsurpari dicūt  
 atque intelligi, sed duobus, vno quidem simile significat, quod nullā cōditio-  
 ne differt, vt Castor & Pollux: altero non huiusmodi, sed id, in quo maius &



minùs conspicitur. Quin & apud vetustissimos medicos ac philosophos, quorum scripta adhuc extant, videre licet simile ita usurpatum. ut qui confusè ipso citra omnem distinctionem utantur, & modò eandem formam habentia nullâ ratione distantia similia dicant, ut dextrum oculum & sinistrum, cum uterque in eodem homine consideratur: modò, ubi vnus glaucus, cæsius alter est, aut niger, vel quatenus oculi sunt in diuersis quoq; hominibus, similes vocet. Magis tamen consuetum est apud ipsos glaucum glauco, & cæsum cæsio non secus ac nasum aducum adunco, simum simo, rectum recto similem appellare.

Quæ autem ad chirurgiam, in officinâ medici.

Huiusmodi breuitate constat eos de industriâ uti, qui volunt obscure quid enunciare. nam, ubi interdum vno nomine, aut verbo adiecto, interdum altero aut summum tertio, lucida reddi oratio poterat, cur neget quis eius auctorem operam dedisse obscuritati? Equidem verborum formam adiungam, quâ quis claram fecisset orationem, ea est. Medicinalis ars vniuersa in affectuum cognitione ad ea commune consiliû dirigit, quæ sanis similia sunt, aut dissimilia, ex illis, quæ mente ac sensu apertè comprehenduntur, inueniens atq; diiudicans, è quibus, quæ chirurgi tantummodò sunt, exequar, atque ex his ipsis, quæ in officinâ medici ostendi addiscētibz, aut præstari ægrotantibus possunt. Sic igitur diceret, qui clarè loqui vellet. Officinâ medici *ἡ ἐν τῷ ἰατρικῷ* appellat, cuius nonnulli postremam syllabam per. n. scribunt, quo modo si scribatur, significabit, in arte medicinali, non in loco, quem *ἰατρικὸς* appellamus, quasi ita dixerit. Quæ in medicinali arte eius partis sunt, quæ manu curat, talia sunt. In sequētibz autem patet eum, qui librum composuit, seu Hippocrate ipsum seu Thesalum eius filium non explicasse omnia chirurgi munera, sed neq; omnia, quæ in medici officinâ aguntur, sed ex his ipsis, quæcunque addiscere debent, qui primas institutiones aggrediuntur. Quin & inde originem traxit inscriptio libri, quam postea sequuti sunt Diocles, Philotimus, & Mantias. Satiùs autè fuit sic inscribi, *πρὸς τὴν ἰατρικὴν*, hoc est, de ijs, quæ in officinâ medici fiunt. Miror autem Asclepiadē, qui *ἡ ἐν τῷ ἰατρικῷ* scripturam seruans, putauerit si significare artem medicinalem, quam *ἡ ἐν τῷ ἰατρικῷ* significat, at non *ἡ ἐν τῷ ἰατρικῷ*, sic, ut *ἡ ἐν τῷ ἰατρικῷ* pro officinâ accipiatur, *ἡ ἐν τῷ ἰατρικῷ* ad morbos curandos pertineat. Sed huiusmodi contemplationes attinēt ad nomina, quibus parum insistere debent, qui in rerū veritatem incumbunt. Ea verò, quæ proposita sunt, proximis verbis docere incipit.

Ægrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen, ubi, quomodo, quot, quibus, quomodo, quando, corpus, instrumenta, tempus, modus, locus.

Omnia hîc percurrit à quibus, per quæ, quibus cum, & circa quæ chirurgia exercetur: deinde narrat quale esse prædictorum vnūquodq; debeat, & quomodo, aut quo tēpore adhiberi. Ex his pleraque in aperto sunt, sicut ægrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen: sed & in sequentibus ab ipso quoq; auctore exponuntur, quum referat, quomodo æger se medico exhibeat, quâ ratione medicus agere circa ipsum debeat, & assistētes subseruire. Non secus etiam quæcunque de machinamentis, & lumine nouisse nobis necessarium est, in sequentibus persequitur. Post hæc vberius de fasciandi ratione pertractat, non quo multa verba faciat, in toto enim libro studet breuitati: sed quo nihil, quod vtile sit, voluerit præterire. Ergò quæcunque propositis verbis continentur, præterquam [ægrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen] examinanda sunt, atque ante omnia [Vbi], quod primò propositum est *ὅπου* dixit, cuius dictionis



1 cationis posteriorem syllabam Iones per  $\kappa$ , nos per  $\pi$  scribimus. hâc significat  
 locum, in quo quis situs est. quocirca non absurdè dicit aliquis ad omnia, quæ  
 dicta sunt, eam referri. Siquidem ægrotanti idoneo loco opus est, vocantur au-  
 tem ægrotantia, quibus manus curatio adhibetur, ijs non minùs idoneum lo-  
 cum requirunt, medicus & instrumenta. ex luminibus verò, quod artificiosum  
 est, licet ubi volumus collocare. Quod deinceps adiungitur [quomodo] *ὅπως*  
 dixit, nos per  $\pi$  scribimus *πῶς*. notat autē non modò apud nos, sed apud Iones  
 quoque rerum, quæ traduntur, veluti qualitatem. eos enim qui artem addiscūt,  
 non solum scire locū conuenit, ubi æger iacens, aut sedens manu curandus est,  
 10 sed quomodo figurandus, quomodo item, qui agit, & qui agenti subseruiunt.  
 Machinamenta item non solum debent loco idoneo collocari, sed in ordinem  
 quoque disponi. singula enim & medico & eius ministro, sic erūt maximè ad  
 manum. Videtur autem hîc omisisse instrumēta, ut quæ intelligi ex machina-  
 mentis possint: sed quamobrē inordinatè eorum meminerit, mox cōsiderabi-  
 mus. nunc autem explanare cōuenit, quæ proximè subiiciuntur [quot, quibus,  
 quomodo]. Singula hæc ad ea referuntur, quæ superiùs dicta sunt, quæ ad chi-  
 rurgiam præparata scire debent addiscentes, quot sint, & quibus ex ipsis quo-  
 modo utendū. sic, ut particula [quomodo] quum paulo superiùs particule [ubi]  
 subiiciebatur, situm: nunc utendi rationē significet. Ibi ergo ponitur [quomo-  
 20 do] iuxta aduerbium loci [ubi]: hic autem iuxta relatiuum ad exponendum,  
 quibus instrumentis machinamentisque agendum sit. Quod adiicit [quādo]  
 occasione apertè demonstrat, per quam uti singulis conueniat. Quæ subiiciū-  
 tur his verbis [corpus, instrumenta, tempus, modus, locus]. non immeritò re-  
 quiruntur, quid sibi velint. nam, quum [ægrotans] dixit ægrotantis corporis, si-  
 militer verbo [quando] temporis, verbo [quomodo] modi, verbo [ubi] loci  
 vim notauit. cur igitur hæc repetit, & turbato ordine instrumēta inserit, cum  
 proximè à machinamētis ordine poni magis potuissent? quanquàm, & si nul-  
 lus eorum meminisset, intelligi ex machinamentis poterant. Sed his occurre-  
 re possumus affirmantes instrumenta nunc intelligi scalpellum, terebram, ha-  
 30 mum, scalprum, laminam membranæ custodem, & quæ similia sunt, quæ pos-  
 sumus etiam ex machinamentis comprehendere, quum sint eiusdem generis.  
 Huiusmodi instrumenta, quia propriè parata sunt curationis gratiâ, idcirco  
*ἀγρονα* nuncupauit. quod vocabulum in opere de ratione victus in morbis acu-  
 tis, quâ de balneo usurpauit, quum inquit, [quippe in paucis domibus, vel in-  
 strumenta (quæ *ἀγρονα* dixit,) vel ministri inueniuntur]. scaphia igitur, rotas,  
 peluim, labra, & quæcunque accommodantur ægrotantibus, sub eo nomine  
 comprehendisse credibile est. Restat adhuc absurdum in reliquis, quorum vna  
 fit mentio cum instrumentis. Fortasse autem corpus nunc dixit affectam par-  
 tem: tempus verò id, quod ipsi adiungitur. nam, ubi manus curatio admo-  
 40 tur, scire conuenit, quamdiu inceperit affectus, qui curandus est. Ipse enim ca-  
 uit, ne tertio aut quarto die membra extenderentur, aut articuli reponerentur.  
 Potest item [tempus] nunc dixisse, dum manu curatio fit. quandoquidem co-  
 nari in quibusdam debemus manu quàm celerrimè uti, quum periculum ma-  
 ximum ex frigore iam sequatur, sicut in ijs, qui suuntur, celerrimè enim in-  
 tolerabili dolore prehendantur, qui manu curantur: in alijs autem, ut suffu-  
 sionibus longiori tempore agenda res est, quum demissa a cus diu contineri eâ  
 parte debeat, quâ non fluere, sed vehementer insidere suffusionem volumus.

At modus vitiorum originem nunc significare potest, quum ipse censeat cognoscendum esse medico, quomodo os fractum est, aut suo loco motum, si-  
cut ipse etiam in libro de vulneribus capitis indicavit, quibus modis illata pla-  
ga fuerit, vbi ait, [Vulneratur autem caluaria os tot modis]. & rursus [suntque  
vniuscuiusque modi species fracturæ plures]. addit præterea [collidi etiam os  
potest, quamuis in suo statu seruetur, & colliso rima non accedat, atque hic est  
secundus modus]. tum alium adiiciens, inquit [tertius hic modus est]: & rur-  
sus [quartus hic modus]. Illud insuper à ratione videtur alienum, quod locum  
iterum adscribat, quum supra dixerit [vbi] quo aduerbio locus significatur.  
Quare nonnulli eam dictionem aliter exposuerunt, simulq; scripturam immu- 10  
tarunt, sic, vt pro [locus] iterum [vbi] legatur. hæc tamen scriptura libri expo-  
sitores non latet, quam non ignorant plurimi eorum, quos experimenta susti-  
nent. Sed, vt res magis perspicua sit, eam repetam. habet autem sic, [Ægrotans,  
agens, ministri, machinamenta, lumen, vbi, quomodo, quot, quibus, quomodo,  
quando, corpus, instrumenta, tempus, modus, locus]. volunt igitur, quando  
inquit primum [vbi] id simpliciter intelligendum, quum liceat id verbum re-  
ferre ad ægrotantis corpus & instrumenta, vocarique hic instrumenta credunt  
ea, quæ supra machinamenta dixerat: at quum secundo repetit [vbi] definisse  
laborantis corpus, & instrumenta idoneo loco collocanda. Sed, si prior scri-  
ptura, & superior expositio maneat, locus in fine totius orationis affectam cor- 20  
poris partem significabit. Consuerunt enim medici tam locos dicere, quam  
corporis partes, & à quibusdam confecta sunt integra volumina de locis affe-  
ctis. Hactenus percurfa sunt sola capita rerum, quæ tractari debent: docere ve-  
rò proximis verbis ingreditur. quapropter ad ea adiungendum animum exi-  
stimo. nam, si quid eorum non rectè intelligatur, in arte exercendâ detrimen-  
to erit: ex ijs, quæ adhuc proposita sunt, si quid non benè acceptum fuerit,  
non admodum officiet.

„ **A** Gens, siue sedeat, siue stet, commodè, tum sui habitâ ratione, tum illius,  
qui curatur, ac luminis.

Anteà exposui illa ab Hippocrate recenseri, à quibus, per quæ, quibus- 30  
cum, circa quæ chirurgia exerceatur: [A' quibus ergo] intelligere debemus  
medicum & ministros: [per quæ] instrumenta: [quibuscum] lumen & locum:  
[circa quæ] corpus totum laborâtis, & vitiatam partem, quæ & propositis ver-  
bis & sequentibus singula exequitur, qualia esse oporteat, non tamen eo or-  
dine, quo enumerauerat. quandoquidem orsus fuerat ab ægrotante, quod ab  
antiquis omnibus fieri solet, atque, vbi velis, sexcenta legas exempla apud o-  
mnes. quod autem pertinet ad hunc locum, satis erit, quod à Poëtâ secundo  
Iliados in enumeratione profertur,

Dic mihi Musa, virum, quis maximus est, vel equorum,

Atridas pariter, qui sunt in bella sequuti?

Primò enim proposuit viros, deinde equos, non tamen primò de viris 40  
respondit, sed inquit,

Prima Phæretiadæ debetur gloria equarum,

Quas auium in morem celeres Eumelus agebat

Æquales ætate, pares tergoque piloque.

Monte in Pierio, quas enutrit Apollo.

Insignes ambæ, & martis terrore carentes.

Maximus



- 1 Maximus at longè fuit Ajax ille virorum.  
 Indignatus adhuc, dum nulla subibat Achilles  
 Prælia, nam pugnans omnes virtute præibat. Alibi rursus, cùm dixisset,  
 Tristis erat gemitus toruo & iactantia vultu.  
 Subiecit prius satisfaciens illi, quod secundo loco propositum fuerat.  
 Cædentum, & durâ miseri, qui morte peribant.

In septimo autem Iliados volens quasi de industriâ indicare, non esse habendam huiusmodi ordinis rationem, quàm perpetua quinq; tradidisset, primum de secundo tractauit, tum de quinto, posthæc de quarto, deinde de tertio, qui locus ab his versibus incipit,

- 10 Beotij hic, Iones, prolixâ veste decori  
 Et Locrij & Phthij, & qui resplendebat Epeus.

Hæc de ordine orationis nunc semel dixisse sufficiat, ne quis alibi de huiusmodi re cupiat audire. Quæ igitur ad agentem attinent, id est ad chirurgum, clara sunt omnibus, qui ad ea volent animum aduertere. Ostendit enim agentem, siue sedeat, siue stet, dum manum adhibet, cōmodè figurandum esse, tum quod ad seipsum pertinet, tum quod ad ægrotatē & lumen. Quod cōsiliū quàm perpetuum statuerit in singulis, quæ dicta sunt, commodâ deinceps collocādī rationem demonstrat orfus à lumine, quod postremum positum fuerat.

- 20 **L**uminis quidem duæ species, vna communis, altera artificiosa. communis non est in nostrâ potestate: quæ arte comparatur, sita est in nobis.

Speciem dixit ἑίδω, quod vocabulum nunc semel intelligens vbiq; in memoriâ habeto. Maiores enim græcè soliti sunt appellare, & διαφωτός, & εἶδη, & φωτός partes, quæ generi subiiciuntur. Dixit igitur nunc Hippocrates luminis esse duas species, quasi differentias duas, & modos dixerit. Est autē commune lumen, quo omnes homines vtuntur, sub dio potissimū, deinde in amplissimis ædibus, quibus patientiores fores sunt, ac luminis plenæ, quales nunc habitant in multis ciuitatibus, qui medicinalē artem exercent, quas à medico ducto vocabulo medicinas appellant: artificiosum lumen maximè fit, vbi lucernas, 30 faces, lampadas, aut tale quid accēdimus, deinde, quàm totas fenestras, aut earum partem patefacimus, seu alias claudimus, alias aperimus. quod æquè in foribus accipiendum est.

- 40 **Q**Varum vtriusque duplex vsus lumine aduerso, aut auerso.  
 Duplicem proponit vsus vtriusque speciei luminis, & communis, & eius, quod arte conparatur, aduersi scilicet, aut auersi. aduersum nominans πρὸς ὠγλῶ, vbi scilicet id, quod à chirurgo curatur, aut inspicitur, ad lumen spectat: auersum verò ὑπὸ ὠγλῶ, vbi à lumine paulum declinat, quod in suffusione fit, & vno nomine in omnibus vitijs oculorū, quorum affectus neque benè cognosci, nec curari queūt, vbi homo ex aduerso luminis collocetur. atq; idcirco fugiendum est aduersum lumen: auersum autē ita fit oportet, vt is, cuius oculi à chirurgo tractantur, vel à lumine auertatur, vel ad ipsum spectet obliquus. Loquor autem nunc de ipsis oculis, nō de palpebris, siquidem hæ tractari possunt, & si homo aduerso lumine collocetur, sicuti quando aquosa vesica extrahitur, vel pili laqueo excipiuntur, aut futura palpebris iniicitur, aut denique vbi medicus diductis palpebris nō eget. Igitur, si lippiēs aliquis vehemētē exulceretur, vel id morbi experiatur, sub quo figura in oculo fit acino similis, auerti ex toto à lumine debet per omne tēpus, nisi quando medicus oculis remedia adhibet,



cum eorum pars, quæ læsa est, sine lumine subijci curantis cōspectui non possit. id quod etiam accidet, si in oculo excidere vnguē velit, suffusionem deducere, vel manu tale quid præstare. sed obliquus ad lumē spectare debet, cui manus inijcitur, ita, vt nec lumen pupillam feriat, nec medicus prohibeatur arte, hoc est aspectu earū partium, quibus medetur. Græcè autem apertè dicitur, qui auersus à lumine est, non *πρὸς ὠγλῶν*, non *ὑπὸ ὠγλῶν*, sed potius *ἀπὸ τοῦ ὠγλῶν*, aut *ἀπὸ τοῦ ὠγλῶν*. Hippocrates tamen vsurpare *ὑπὸ ὠγλῶν* maluit, quàm *ἀπὸ ὠγλῶν*.

• **A** Versi quidem luminis exiguus vsus, & euidens moderatio.

Hoc suprà demonstratū est, nulla enim pars exceptis oculis in eiusmodi lumine manus curationem desiderat. sed quoniam (sicut diximus) nullo pacto admoueri manus potest, vbi æger ex toto auersus est à lumine, præcipit, vt inter aduersum lumen, & auersum figuretur. at nō propterea equè in omnibus morbis à lumine auertendus est, sed quatenus res ipsa cogit. nam, si exulceratio est, aut pus subest, aut in oculo figura similis acino sit, aut ingens inflammatio, seu acris materiæ cursus oculum exercet, lumen vel modicum infestissimū est, sic, vt momento, materiæ cursum excitet, & dolorem moueat: leuiorem offensam sub lumine sentiūt, quibus curatur suffusio, vnguis, vel tuberculum in angulo, quod parum palpebras diduci patitur. Iam verò quā moderatione auertendus homo sit à lumine, facillè comperies, si in hæc duo incumbas, vt & chirurgus id, quod agit, in oculo apertè videat, & ægrotans non magnopere affligatur. quod si vtrumque contrariè figurari hominem hortetur, ei, quod magis vrget, insistito: si neutrum superare iudicaueris, hominē prorsus medium collocato inter lumen aduersum, atque auersum. Nos sanè tibi viam indicauimus: hâc vsus inuenies, quā moderatione æger à lumine sit auertendus. Hippocrates verò ita loquitur existimans omnibus euidentem futuram, si qui inuenire ipsam studeant. non enim rudes docuit, quemadmodum nos nunc, sed admodum in disciplinis assuefactos, sic, vt ex eorum, quæ suprà ostensa sunt, consequutione, talia per se nullo negotio assequantur.

• **Q**uod verò ad aduersum attinet, ex luminibus, quæ dantur, conferuntque, conuerti ad illustrissimum oportet, cui manus adhibetur.

Vt planè cōspicari chirurgus possit, quicquid in corpore ægrotantis molitur, in omni corporis parte, oculis exceptis, eligere locū debet maximè lucidū. Est autè maximè lucidus sub dio in sole, vbi nihil officit eius luci. sed talis locus interdum nullus est in ædibus ægrotantis: sc̃pius est quidem, collocare tamen ibi hominem nō expedit, hyeme propter frigus, æstate propter ardorem. vtriusque enim sua noxa est. adde, quod cauere perflatum oportet, cuius causâ sæpè non modò idoneo aëri hominem non cōmittimus, sed cauemus, ne prope portas & fenestras ducatur, si vehementior perflatus accedat. Vitamus autem, vt quum maximè perflatū, vbi veremur, ne quid neruosum patiatur, sicuti rursus solem in ijs, quæ putrescūt, vt potè quibus periculum subest, ne sanguis erumpat. Rectè igitur adiecit [ex luminibus, quæ dātur, conferuntq;]. nō enim simpliciter ex luminibus, quæ dantur, eligendum est maximè lucidum: sed inueniri etiam oportet an illustrissimum sit, ex ijs, quæ conferunt.

• **N**isi vbi quidpiam, aut latere oportet, aut conspici non decet.

Sententiā suā his verbis auctor minùs euidenter expressit, ita, vt partes, quæ tractātur, nō videātur in aduerso lumine collocandæ, quandoquēq; aut latere quidpiā oportet, aut cōspici nō decet, at longè aliter sensit, idcirco subijcit.

In quo

1 " **I**N quo casu id, quod manu curatur, ad lumen conuertendum: chirurgus au-  
 2 " tem ad id, quod curatur, cum eo ne lumini officiat.

Debuit enim ipse totā sentētiā aperire hoc modo. quod verò ad aduersum  
 attinet ex luminibus, quę dantur, conferuntq; , cōuerti ad illustrissimū oportet,  
 cui manus admouetur, nō tamen purū ac sine vllis tenebris lumen seruare: sed,  
 vbi latere quidpiā oportet, vel conspici nō decet, seipsum itā collocare, vt par-  
 tes, quę curātur, sibi conspicuę sint, cū ceteros omnes lateāt. Vniuersa igitur  
 orationis sentētia sic habet. Roget fortasse quis causam, quāobré medicus ve-  
 lit assistentes cælare. an quā docere magisteriū chirurgię aliquos ex præsenti-  
 10 bus nolet, tanquā indignos, qui id percipiāt. quin & ab ægotantiū necessarijs  
 est etiā cauendū, quod nō ferant id incidi, quod necessariū est corporib; , quę  
 eiusmodi manus operā requirunt. indignantur enī, & chirurgus quasi carnifici  
 succensent. Quid quod res sæpenumerō cogit, vel putrē testē abscondi ex toto,  
 vel neruum transuersum secari, ne homo neruorum distēctione prehenderetur.  
 quidā verò idiotę, nec videre suppurationē sustinent: alij ne suppuratē qui-  
 dem locum planē aperiri à medico permittūt, in quo casu medici propositum  
 est, vt his minimē aduertētibus abundē affectū locum secet, & pus vniuersum  
 effundat. id quod & ob laborantis timorē nobis interdū accidit, nōnulli siqui-  
 20 dem itā manus curationē pertimescūt, vt exanimētur metu ipso tormēti, prius-  
 q̃ incidātur. in quo casu medicus dicere probabiliter debet, quātum spectat ad  
 manum adhibendā, postero die se cōsideraturum, nūc se nolle manum inijce-  
 re, sed perfundere aquā, vel spongijs fouere, vt locū cataplasmati, aut medica-  
 mento idoneum reddat, atq; interim timidum hominem nec opinantē secare.  
 Hęc quidē medicus assistētes cælāt, vt ipsos aspectu prohibeat: alia verò ob la-  
 borantis pudorē, vbi graui animo fert videri à multis, quo vitio in ano vel ob-  
 scœnis partibus affligatur. has enim partes inuitissimū quisque alteri ostēdit:  
 scœminę verò clunes, pectus, ventrem, atque adeo magis pubem. Porro autem  
 quidam Hippocratē reprehendens, hęc ait ab ipso ridiculē apposita. nam, qui  
 has partes cælari volunt, quę manu curantur, his in procliui est omnes eijcere  
 30 foras, & medico dūtaxat, aut vni cuiuspiam, vel alteri ex ijs, qui adsunt maximā  
 familiaritate coniuncti, rem committere. Verū qui hęc profert, ignorare vi-  
 detur complures, quos equē pudet prohibere præsentes aspectu, & missos face-  
 re, atq; suos affectus cōspici. Fit etiā sæpē, vt, & si iussi fuerint discedere, curiosi  
 quidā aut nonnulli ex familiaribus atq; amicis solliciti studio cognoscēdi quę  
 ad ægrum spectāt, remaneant impudēter. per huiusmodi ergo occasionē, ineat  
 medicus gratiā apud ægros, quę nihil obest, polliceatūque ipsis seorsum nullo  
 audiēte, se manū itā adhibiturū, vt multos lateat. potest enim (vt dixi) dum vel  
 aquam perfundit, vel spongijs fouet, quasi nondū sit manū admoturus, mo-  
 mento effectum perficere, ijs, qui videre cupiunt, aliam rem agentibus. Verū  
 40 huiusmodi quęstiones præter medicinę præcepta sunt, quę nos eorum, quę  
 dicta sunt, consequtione impulsī, & contradicētium importunitate com-  
 morauimus. Sed proximum est, vt ad sequentia transeamus.

3 " **H**Ac enim viā, qui agit, videt, quod tractatur conspectui non subiicitur.  
 Hīc quoque, perfecta oratio huiusmodi est. [Hęc enim oratione, qui  
 agit, partem cernit, quę manu curatur, eāq; ipsa cerni ab alijs non potest]. ne-  
 que enim, quod parti accidit, quę curatur, vtrumque ad medicum refertur, nē-  
 pē, vt oculis exposita sit, & lateat.



» **V**erum sui habitâ ratione, dū sedet, pedes habeat è regione genuum deorsum ad rectam lineam, quodque ad interuallum spectat, non magnopere inter se coniunctos: genua verò, paulo supra inguinum regionem, diducta sic, » vt cubiti insidere illis possint, & vtrinque dari ad latera.

Postquam modū expressit, quo chirurgus respectu luminis debeat figurari, ad habitum venit, quo sui ipsius habitâ ratione cōmodè collocetur. supra enim inquiens, [A gens, siue sedeat, siue stet, commodè, tum sui habitâ ratione, tum illius, qui curatur ac luminis]: deinde primò exequutus, quod postremū positū fuerat, & necessariò simul mentione factâ moderationis, quâ collocari debeat, ratione eius, qui manu curatur, iam docet, quo pacto seipsū intuitus debeat cōmodè figurari. cōmodè autem respectu habito ad seipsum collocari nihil potest, quod simplex sit, & quasi articulis distinctum: sed, si partes consideres, variè potest aliàs alio modo figurari, sicque interdum etiam commodè collocari. Ergo, si quis seu cōsidat, seu stet, crura plurimū inter se diducat, erit eorū habitus à moderatione alienus, perinde, ac si ex toto hæc committat, efficiatq; vt se cōtingant, vel alteri alteri superimponat, atq; adeò, si in longitudinē crura totū extendat, vel si pedem non statuatur è regione genu, sed versus partē posteriorem, multum à rectâ lineâ declinantē. Merito igitur Hippocrates docēs quā moderatione, sedēs chirurgus sui habitâ ratione, vtatur in singulis partibus collocandis, præcipit, vt pedes è regione genuum contineat. Sed, cum [è regione] accipi bifariâ possit, modò in his, qui mēbrum in lōgitudinē extendunt, modò in ijs, qui ipsum rectâ deorsū cōtinent, sicut, vbi stamus, iure [deorsum ad rectâ lineâ] addidit. vt semper autē consuevit, sitū è regione *ἔξω* appellat. Iubet igitur pedes modicè inter se diduci, genuaq; paulo inguinū altitudinem excedere, eo cōsilio vbiq; vt decorè figuretur, vt paratus ad opera sit, vt sic stabilis sedeat, ne labet. quare genua & femora tota vsq; ad īguina, eatenus inter se diduci iussit, vt decorè, vt tutò sine curationis impedimento, cubitis & aliquâ brachiorū parte modò femoribus īsidat, modò vtrinq; porrectis vtatur. quā rem his verbis expressit, & *ἔξω* significauit femoribus insidere: verbo *ἔξω* dari vtriq; ad latera.

» **V**estis succincta, distincta, æquè, similiter, in cubitis atque humeris. *30*  
Succinctam dixit pro collectâ, vt neque fluat, neque medicū strāgulet: verbum [distincta] ad vestē refertur, cuius nullâ partē voluit duplicari. Quod postremis verbis adiūgitur [æquè, similiter in cubitis atque humeris] ambiguū est: aut enim [æquè] & [similiter] vtriusque brachij, & cubitū & humerum veste velandū existimat, ita, vt brachia inter se conferantur, quod græcorum plerique *συμπλεκτες* dicūt: aut cubitos cum humeris comparat, volens cubitos æquè & similiter, vt humeros in vtroq; brachio circūdari. Constat autē noluisse vestem supra cubitos terminari, cum eos nudari turpe sit, nō solum medico, qui artem adeò honestam exercet, sed & forenses causas publicè agentibus, quos pudere manifestum est athletarū more supra cubitos vestē reijcere, sed & huiusmodi *40*  
genus amictus expelli alioquin debet, vt potè sub quo non modò ad cubitum, sed ad totum brachium frigus aspiet: non tamen ostendit, quatenus vltra cubitum velari brachium debeat. an id omisit, quia manifestum erat, & inueniri à nobis omnibus facile poterat? quum in quâlibet operâ, nō magno negotio conijciatur, quatenus vltra cubitum tegendum veste brachiū sit, si in decus, & propositæ manus curationis vsum hīc quoq; incumbamus. Verum, quod paulo suprà, vbi latere quid oportet, contraria consilia esse proposui, nēpè obscuro  
aëre



1 aëre opus esse, ne quod curatur, oculis patere possit, claro lumine, ut id chirurgico conspicuum sit: illud autem sequendum esse, quod superat, ac si vtrunque idem posse videatur, medium prorsus accipiendum: idem hinc faciendum est, & ubicunque consilia contrarias res hortantur, medium siquidem inter vtrūque semper est eligendum, si alterutrum superabit, ad illud vergendum. Quod igitur ad manus curationem pertinet, ipsa per se nudari totum brachium exigit: contra, decus velari totum, quomobrem deligi semper vtriusque medium conuenit, atque in id, quod vrget, inclinari.

10 **A**T ratione habitū partis, quæ tractatur, quod pertinet ad longe vel prope, ad supra vel infra, ad hinc vel hinc, ad medium. quod quidem ad prope vel longe termini sunt cubiti, qui in priorem partem ultra genu, in posteriorem ultra latera ferri minimè debent: quod ad supra & infra, non superius quàm ut manus ad mammas perueniant, non inferius quàm ut pectore super genua incumbente, manus cum humeris ad rectum angulum figurentur, quæ quidem in medio sunt, ita se habent: sed, quod ad hinc vel hinc, porrigatur corpus, & huius illa pars, quæ agit, quatenus inclinari conuenit, modò sede non excedat.

Cum medico imperauerit, ut tum sui habitū ratione, tum illius, qui curatur, 20 ac luminis, commodè vel sederet, vel staret, & primò commodā pro vno quoque horum trium sessionem aggressus fuerit, orsus à lumine, deinde ad sessionem medico idoneam transiens, hanc ipsam exposuerit, venit ad tertium, quod restat, sedendi moderationem ostendēs, quantum spectat ad eum, qui manu curatur, neque enim sedere chirurgum maximè prope hominem conuenit, ne loci angustia manus ab agendo prohibeantur, neque ita recedere, ut vix ad illum perueniant. hic igitur terminos quosdā constituit, quos chirurgus in priorem aut posteriorem partem excedere non debet. illud autem obliuisci non oportet, quod primò sedentis mentionem facit. Chirurgum igitur iubet adeò recedere ab ægrotante, ut cubiti nec in priorem partem quàm genua, nec in posteriorem quàm latera porrigatur. hos itaque fines statuit interualli, quod ad priorem & posteriorem partem refertur, id quod in longitudinem appellatur:

30 in reliquis verò duobus, vno in latitudinem, altero in altitudinem, siue profunditatem (vtrouque enim vocabulo dici) altitudinis eum finem chirurgus posuit, ne superius quàm sit mammarum situs, manus porrigat, nec inferius quàm ut pectore super genua incumbente ad rectum angulum cum humeris figuretur, quem habitum *εγγύσιον* appellat, hic autem medius est, inter vltimum cubiti flexum, ultra quem flecti, & vltimam porrectionem, ultra quam extendi brachium non potest: latitudinem, quæ ad vtrunque latus pertinet dextrum scilicet & sinistrum, eo finit, ut eatenus inclinari vtile sit, dum sedes non moueatur, hoc est illæ partes corporis, quibus sedemus, sediliq̃ue innitimur. Scripsit quidem terminos perpetuos non eodem tempore, quia non licuit, quando 40 egit de longitudinis interuallo, latitudinem aut altitudinem docere, sicut nec ubi de alterâ, reliquas duas. vult autem (ut arbitror) medicum ipsum animo hæc, quæ commemorauit, omnia quocūque tempore persequi. quum, quicquid agatur, omnia simul vsui sint. Sed, quum medius quidam sit sessionis habitus, ubi medicus nihil intuetur, nihil agit, in eo figurari decorum magis atque honestum est, quasi pingi debeat eius imago, aut fingi. At, quum ad chirurgiam venit, mouere manus debet interdum in priorem & superiorem partem simul, tum in sinistram priorem ac superiorem: rursus ab eo habitu in posteriorem par-

tem, vel utramque manum, vel alteram tantum adducere, sic & in inferiorem interdum & rursus in superiorem, aut in dextram vel sinistram. interuallis enim inter se coniunctis, variè status mutantur. commune est omnium sessionem tueri, quam nonnulli relinquunt ex interuallorum termino excedentes. nam, si pars, quæ tractatur, adeò sublimis sit, ut medicus manus ferat super mammas, cogetur interdum sublimior à sede leuari, ut quasi confurgens, neque sedeat, neque stet, sed situs sit in medio utriusque, neque hæreat. at si plurimum in dextram vel sinistram partem inclinet, ob id sedili mouebitur, ita, ut periculum sit, ne de eo cadat. quid attinet dicere, si in priorem vel posteriorem partem conuertatur idem ipsi in utraque euenturum esse? Tantum, ubi in inferiorem partem inclinaret, præterquam quòd indecorè sedebit, lumini etiam officiet.

” **S**tantè verò oportet pariter ambobus pedibus benè insistere, sed agere altero insistente, at non eius partis, cuius manus agit: tum genu inguinis altitudinem æquate, perinde atque ubi sedet: in cæteris seruare eisdem fines.

Quum sessionem absoluerit, ad standi rationem venit, eadem prorsus iubens obseruare stantem, quæ sedenti suprà imperauit, excepto quòd id, cui pedes insistant, non debet æqualem utrumque pedem sustinere. alterum enim vult sublimiorem haberi, qui tamen non sit è regione manus agentis, in quo statu perseuerandum esse, quoad manus operà vitur, modò pars, quæ curatur, neque erectior sit, neque multum in longitudinem aut latitudinem recedat, nulli dubium est, qui eorum, quæ dicta sunt, meminerit. Pars enim, quæ adeò sublimis sit, ut medicus cogatur super suarum mammarum regionem manus admouere, illum plus iusto sursum trahendo, loco dimouebit: eundem loco excedere similiter coget, si longè rursus adeò distet, ut in priorem partem ferri necesse sit. Quoniam verò alterum pedem voluit rei cuiuspiam inhærere, hinc quoque altitudinis modum declarauit, præcipiens genu eodem modo ad inguinis altitudinem figurari, quo in sedentibus dixit. ibi enim ait genua habenda esse paulo supra inguinum regionem, quandoquidem huiusmodi sessio stabilis maximè est, & ad agendum honestissima, atque expeditissima. Sed nunc alterum genu tantum vult haberi sublimius ad inguen spectando: ibi multitudinis numero genua posuit, quum utrumque crus æquè altum contineretur.

” **A**egrotans autem cæteris corporis partibus chirurgico subseruiat, stans, sedens, aut cubans, sic, ut in eo habitu facillimè perseueret, obseruans fluxum, statum, inclinationem ad latera, inclinationem deorsum, ita, ut conuenientem habitum, speciemque affectus partis tueatur, in porrectione, in tractatione, in habitu, quo contineri postea debet.

Non immeritò expositores huius libri variè hunc locum explanarunt. nam & quatuor vocabulorum obscuritas *ὑποκείμενος* (inquà) quo ipse fluxum indicauit, *ὑποκείμενος*, quo statum, *ἐντεταμένος*, quo inclinationem ad latera, & *κατακείμενος*, quo inclinationem deorsum: & quòd paucis significare multa voluerit, in causâ fuerunt, ut de propositis dissideret. quippe qui auctoris sententiam, ut potè obscuram opinione, & cōiecturâ magis, quàm scientiâ persequuti in varias diffensiones incurrerunt. Equidem, quod in huius generis omnibus facere consueui, nunc quoq; conabor. omissis enim, quæ minimè sunt probabilia, referam, quæ mihi non sine ratione excogitata esse videbuntur, simulque, quid ipse in hac sententia, explicabo. initium verò faciâ ab obscurorum nominum enodatione. siquidem simplex composito prius est: & sæpè simplicium cōpositio facit obscuritatem,



1 tatem, quāuis ipsa plana sint, id quod videre licet in propositis verbis. Namq;  
*ὑπερβύσις* quidam in humoribus acceperunt, atque hi bipertiti sunt. nonnulli re-  
 ferunt ad eos, qui extrinsecus infunduntur: alij ad eos, qui ex corpore fluunt. Sed  
 & horum quidam loqui Hippocratem aiunt de ijs, qui educuntur, dum manus  
 curatio adhibetur: quidam postquam adhibita est. Eadem dissensio est de vo-  
 cabulo *ὑπερβύσις*. nam, cum status humorū fluxui aduersetur, iure de hoc quo-  
 que controuersia est. Alter expositorum grex nō de humoribus, sed de solidis  
 corporis partibus vocabulum *ὑπερβύσις* & *ὑπερβύσις* dictum existimat, volens  
*ὑπερβύσις* significare erectiorem situm, vel partis, quæ tractatur, vel corporis vni-  
 10 uersi: *ὑπερβύσις* verò inclinationē deorsum, perinde quasi *ὑπερβύσις* dixisset. vsur-  
 pauit enim in hanc sententiā vocabulum *ὑπερβύσις* in prognosticis, vbi inquit,  
 [Id verò grauius est, si seipsum æger continere non valens in lecto, subinde ad  
 pedes delabitur] vbi delabitur dixit *ὑπερβύσις*. cum hāc expositione faciunt vo-  
 cabula *ἐκτελεσις* & *ἐκτελεσις*, quæ superioribus proximè subiecit. namq; inclina-  
 tionē ad latera *ἐκτελεσις* appellauit, siue totius corporis sit, siue partis quæ curatur.  
*καταπίπτει* verò dicunt accipi propriè in membris, non secus atque *ὑπερβύσις* in toto  
 corpore. vbi enim corpus vniuersum in eādē sede cōtineatur crure aut brachio  
 immobili, & deorsum delabatur, eiusmodi sitū aiunt *καταπίπτει* appellari. quæ  
 ipsa per se vera dicūt, quamuis sibi non satis in vniuersā oratione constet. Ali-  
 20 ter enim omnes iterū inter se discrepant, quòd cum habitum, qui quatuor ver-  
 bis, nempe statu, fluxu, inclinatione ad latera, inclinatione ad inferiora signi-  
 ficatur, alij seruandum esse, alij cauendum ægris velle Hippocratem arbitran-  
 tur. Nihil autem interest, quod attinet ad totius orationis sententiam, tripli-  
 cem scripturam esse vocabuli *ἐκτελεσις*. quum nonnulli secundam eius syllabam  
 per τ. ε. scribant, nonnulli. σ. quoque primò adijciant *ἐκτελεσις* scribentes, alij  
 & *ἐκτελεσις* per τ. ε. ι. nos enim suprà vnā duntaxat adscripsimus. Proposita  
 igitur vocabula manifesta sunt, à verbo enim *ἐκτελεσις* ducitur *ἐκτελεσις*, à ver-  
 bo *ἐκτελεσις* *ἐκτελεσις*. quum scriptura nihil aliud velit, quàm vt hæc ab ægrotan-  
 tibus obseruentur. videntur tamen omnes, qui hunc locum explanarunt, au-  
 30 ctoris sententiam perspexisse ex parte: totam tamen ad vnguem comprehen-  
 dere minimè potuisse. si quis enim animaduertat, quod postremò additur, [in  
 porrectione, in tractatione, in habitu, quo contineri postea debet], omnes ve-  
 rum dixisse videbuntur. quum tribus temporibus aliter alia sint ægrotantibus  
 profutura, scilicet in porrigendo, in manu adhibendā, in continendo post cu-  
 rationem. non tamen poterunt omnia coniungere, quod liquidò constabit, si  
 hæc tria tempora discernantur. Primum est, quum ægri seipsos medicis tradunt,  
 vt, vitium benè cognoscatur, quod *ἐκτελεσις*, id est, in porrectione dixit: alterum  
 deinde, quum medicus circa vitiatam partem aliquid agit, quod vocauit *καταπίπτει*,  
 id est, tractationem: tertium, quod dixit *ἐκτελεσις*, id est, in habitu, quo  
 40 contineri postea debet. tunc enim ad id consilium dirigitur, vt homo affectam  
 partem eodem modo contineat figuratam. Deduxit ergo vocabulum habi-  
 tus, eo quòd se habeat in eodem. In omnibus autem tribus temporibus, quod-  
 dam commune est omnium, quoddam proprium singulorum. commune est  
 seruare vitiatam partem immobilem, quod requiri dictum est, nisi medicus  
 aliquo modo mouere ipsam tentauerit: inde ad perfectam curationem sin-  
 gulorum proprius est vsus, in porrectione, vt medicus exquisitè quid curatu-  
 rus sit, intelligat, in manu admouendā, vt, vbi ossa fracta sunt in diuersa ex-



tendat, rectè componat, atque deuinciat: vbi prolapsa, in diuersa extēdat, reponat, vitiatam partem idoneo vinculo complectatur: vbi scalpellum adhibet, vt pus vel saniem effundat, vel quod putre alicubi est, excidat, aut candenti ferramento adurat. His igitur utilis est humorū fluxus, ac status, ille, si excitetur, excerni siquidē oportet humores à naturā alienos: hic, si euitetur, cū subsistere intus noxium humorem nō expediat. sed interdum subsistere cōmodum est, sicut vbi in magnā suppuratione subitō excerni pus, aut humorem aquosum volumus. Multo autem magis in membris, quæ tractantur, dum manus adhibetur (vt diximus) obseruari statum, ac fluxum conuenit, similiter & in solidis partibus animalis obseruari, quæ dicta sunt, à laborantibus debent, vt eādē ratione fiat per tria tempora, nimirum porrectionis, tractationis, & eius habitus, quo contineri postea conuenit. Pars enim, si dum inciditur, nimis porrigatur, chirurgum coget alieno loco secare, ac nec modū aliquando, nec, quæ seruanda sunt, tueri, propterea quod æger anteueniat scalpellum atque anteuertat: si retrahatur, efficiet, vt curatio minùs absolueatur, & à medico interdum dimidia, interdum quoq; minor relinquatur. quod accidet ægrotantibus, interdū etiam deligatis, vt, vbi, dum ad ventrem manu curantur, aut se attollunt ad spinam, aut conuertuntur in latus, quod significauit, quū dixit [in latera inclinationē]: aliquando autē nihil tale moliantur, sed musculos vehementer intendunt, atq; hanc ipsam mutationem mihi videtur indicasse, quū ait, ὁδῶ, id est, [conuenientem] vbi inquit, [Itā, vt conuenientem figuram, speciemque affectæ partis tueatur]. Cuilibet autem in aperto est, quod malū afferat æger, vbi oculus perforatur, si habitum speciemq; non seruet, aut transmutetur vel intendatur, itā, vt facies sanguine suffundatur: æquē etiam exquisitam manus curationē corrumpit, si medico caluaria os excidente, paulū caput attollat, aut demittat, vel in latus inclinet, id quod etiā euenit, si se vehementer extendat, moto enim habitu mouetur quoque situs partis, quæ curatur. Efficiunt autem intentiones in alijs quidē partibus, vt sanguis erumpat, in musculis non solū hāc ratione nocent, sed & partem interdum sublimiorem præstāt, interdum humiliorem. vbi enim subiectū os est, musculus attollitur: vbi inane spacium, cōtrahitur ac deprimitur, sicut euenit in sede, quæ inter costas est, & in eā, quæ iuxta ventrē.

¶ Vngues, neque longiores, neque breuiores sint, digitorum summitatibus. In exercendo vtendum digitis quidem summis, plerunque indice cū pollice: totā autem manu pronā, ambabus verò aduersis.

Quū de ægrotatē egerit, quatenus illi cum cæteris cōmunitas est, iterum his verbis ad chirurgum reuertitur, indicans quāti esse vngues debeāt, & quales digiti, tum quā ratione illis vti oporteat. Vngues igitur ad summorum digitorum opera, quæ propriæ digitorū sunt, neque ipsos exuperare, neque exuperari optimum esse vberius in primo de vsu partium explicauimus, vbi totam manus naturam ostendimus. quod ad hunc locum attinet, satis erit verba dūtaxat exponere. duplex autem scriptura, quū sit, vtramque explanabo. Altera huiusmodi est, [Vngues neq; longiores, neq; breuiores sint digitorum summitatibus]. exigua siquidem corpuscula, quæ summis digitis capiuntur, & ad quæ summorum digitorum operā egemus, hāc ratione facilius legētur: deinde ab altero capite exorditur [In exercendo vtendum digitis quidem summis, plerunque indice cum pollice] sic, vt prioribus verbis magnitudinē vnguuium digitorum complectatur, sed his digitorum vsum: Altera verò sic habet, [Vngues,

1 gues neque longiores, neque breuiores sint]. Dehinc alterum principium est, [digitorum summitatibus in exercēdo vtendum] vocabulo summitatibus sexti casus posito, vt vniuersa sententia sit huiusmodi. Vngues neque excedant oportet digitorum longitudinem, neque exuperētur ab hāc, sed prorsus ipsam æquent, siquidem eorum summitatibus vtimur. Videbitur hoc falsum, nisi, vt congruum est, accipiatur. nonnulla quidem opera totis manibus præstamus, brachium semur crus aut aliud quid huiusmodi vtrāq; manu prehendentem, in diuersa ducimus, intendimūsq; in quibus operibus digiti agunt tanquā particulæ manuum, perinde atque prominētiore palmæ partes, & aliæ particulæ: at  
 10 vbi in oculum demittimus acum, vel superiorem, inferiorēque palpebram, aut oculi vnguem incidimus, tunc digitis vtimur, vt digitis, non vt particulis manus, similiter, vbi scalpello, vel quopiam alio tali quid agimus. in omnibus igitur digitorū actionibus summis ipsis vtimur, ac propterea dixi rectē scriptum esse digitorū summitatibus vtendum. Deinde ab altero capite incipit, [digitis quidem summis plerumque indice cum pollice] vñ oratione declarans pleraque musculorū actiones fieri, vbi index pollicis (quem *an̄ixēx* vocant) è regione occurrat, sic videlicet, vt quod comprehendendum est, summis ipsis vtrisque capiat. tunc enim duntaxat propositis digitis vtimur: quin, & si tribus digitis aliquid cōprehendatur, vt, vbi specillo illinimus, aut acum demittimus in ocu-  
 20 lum, maximam partem operæ duo illi præstant, aliquid etiam confert & medius. Sed totā manu pronā vtitur chirurgicus, eius sinu idprehendēs, quod curatur. digiti quidem affecti abundē alterā manu extēduntur, componunturq;: at non abundē brachium, semur & crus, sed exigunt huiusmodi partes ambas manus ex aduerso concurrētes, vt membrum vniuersum in orbē complectantur. Insuper manu pronā opus est, vbi cucurbitulam defigimus, & vbi paruum, quo adurimus, ferramentū comprimimus, & spongiam imponimus: sed & in multis medicinæ operibus, quæ fortasse euidentiora sunt, quā vt necessaria sint, quæ propolimus. cuilibet enim per se venire in mentem potest omnium actionum, & digitorum, & manuum, quas partim vtrāque manu, partim alte-  
 30 rā tantū, digitis partim molimur.

Optima autem digitorum structura est, vbi ipsis magnum spacium interiectum est, & è regione pollex cum indice concurrat.

Non enim fieri aliter posset, vt in agendo è regione pollex cum indice concurreret, nisi spacium esset inter eos latius, quod & in alijs digitis commodissimum est, vt, vbi vastius quidpiam oporteat vndique in orbem comprehendere, plurimum inter se distantes id præstare valeant.

Orbus, quo & lēduntur, quibus à primo natali die, vel in educatione affuevit pollex sub alijs contineri, patet.

Cū eadē sit vtriusq; scripturę sententia, duæ enim reperiūtur, ad eam, quæ  
 40 dilucidior est, primò aggrediar. Arbitrantur nonnulli, qui rationem ignorant, referendum hoc esse ad consuetudinem eorum, qui solēt pollicem sub alijs digitis tenere, quo fit, vt laboris experts paruus sit, & interuallum inter ipsum & indicem minimè augeatur, quæ res in morbum manus, quod perinde est, ac si noxam dixerit, terminatur. Placet alijs referri rem ad morbū, oriri verò hunc, vel pollice suā sede excedēte, vel loco, qui inter pollicem & indicem est, exulcerato & in curatione durā cicatrice inductā, itā vt musculus, qui inter eos est, induratus, vel quopiam vitio tabescens alimento, incremētōque prohibeatur.



interdum etiam carne inter digitos, quod valde putruerit, absumptâ, ac durâ postmodum cicatrice inductâ, interuallum angustum inter pollicem & indicem redditur, & ipsi inter se, quasi vinciuntur, ac præcipue, vbi locus (vt dixi) duram acceperit cicatricē. quin & huiusmodi vitia in pueris negligi plarumque verisimile sit: eos verò, qui firmâ ætate sunt, iussos à medicis mollire pollicem, moueréque, interuallum, quod inter ipsos est, alimēto idoneum reddere. adde, quod ijs totum corpus increuit, & si quid lædatur, ali dūtaxat desinit: at infantibus, vbi primò increſcunt, cūm morbo ipso opprimuntur, præter id vitium, quod digitos nō moueant, affectæ partes nō augētur, & propterea, quod inter digitos est, interuallum contrahitur. Quibusdam hoc inquit euenire, alijs verò ob cicatricē duram, & aliquod eius loci, quod in medio est, vitii durum. quare quasi aliquo vinculo continetur, hoc est, prohibetur pollex ab alijs diduci. sic enim accipiunt aliqui verbum [contineri] & si his illud maximè aduerſetur, quod iuxta hanc expositionē non debuit Hippocrates [sub alijs] dicere *καὶ τὸ ἀλλοτρίον*, quod causam, sed *καὶ τὸ τὸ ἀλλοτρίον*, quod loci interuallum significat, cūm mala, quæ inter ipsos incidūt, interuallum contrahant, atq; alligent. De his igitur, vt tibi videbitur, iudicabis, eligens, quod maximè probabile sit. verba enim ita obscura diuinationem magis exigunt, quàm sapiētiam: nos autem ad antiquam scripturam reuertemur, quam Asclepiades fortasse vitiatam suspicatus integram hoc modo habere coniecit. [Morbus, quo & lædūtur, quibus à primo natali die, vel in educatione aſſuevit, & quæ sequuntur]. fortasse autem hæc fuit germana Hippocratis scriptura. Putauit Heraclides Tarētius intelligēdos esse affectus, vt perfecta oratio tota sic scribatur [morbus à quo, & lædens affectus, quibus à primo natali die, vel in educatione], & quæ sequūtur.

„ **A** gens vti vtrâq; manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem.

„ Ambæ similes sunt, id spectans, vt rectè, vt decorè, vt celeriter, vt iocundè,

„ vt eleganter, vt promptè.

Præstari quoduis iubet vtriusque manus auxilio: id enim ad celeriter ac decorè agendum maximè accommodatur. posset quidem medicus tētare dextrâ, vbi dexter hominis oculus curatur, acum dimittere, vel excidere vnguem, vel aliud quid tale, & idcirco adducit [id spectās vt rectè, vt decorè, vt celeriter, vt iocundè, vt eleganter, vt promptè] quoniam hæc consequemur, si, quâ ratione proposuit, exerceamur. quale autem vnumquodque esse debeat, mox indicat. Quod verò ad hunc locum attinet, illud meminisse conuenit, quod omnium, quæ hîc habētur, caput est [quomodo] id vnum ex illis est, quæ primâ diuisione comprehenduntur. Illud etiam obliuisci non oportet, quod manus similes appellauit, quanquàm specie non distant.

„ **M**achinamenta autem, quando, & quomodo exponuntur, vbi oportet, ne operam impediant, néue longius distent, quàm vt prehendi possint, sed collocentur iuxta eam corporis partem, quæ tractatur. quod si ab altero præbeantur, is paulò antè paratus sit, exequatur autem, vbi imperaueris.

Non solum spatham habentem in summo capitulum rotundum, cauumq; & scamnum, cui ab vtrâque parte axes sunt, & alia, quæ machinationum structurâ continentur, sed & quæ comuni nomine *ἀρμатура*, id est, instrumenta vocantur, venire sub *ἀρμатура*, id est, machinamentorū appellationē planè hîc ostēdit, quū inquit [q̄ vt prehendi possint] deinde [quod si ab altero præbeatur]. namq; hæc, dū manū abhibemus, & nos ipsi prehēdimus, & ab alijs accipimus.

Iam

1. » I Am verò assistentes, id, quod curatur, eo modo præbere debent, quo traditū  
 » fuerit, reliquum verò corpus continere sic, vt immobile præstent, item habe-  
 » re silentium, & ei, qui præest, auscultare.  
 Clariora hæc verba sunt, quàm vt explanationem desiderent.

## FINIS COMMENTARII PRIMI

## GALENI IN HIPPOCRATEM

## DE OFFICINA MEDICI.

10

## Galenus in Hippocratem de officina

MEDICI COMMENT. SECVNDVS, VIDO

VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.



Inculi ratio duplex, altera illius, quod iniicitur, altera illius, quod iniectum est. quod iniicitur, vt celeriter, iocundè, promptè, eleganter. celeriter quidem, vt opus expediatur: iocundè, vt facile præstetur: promptè, vt vbique sit in promptu: eleganter, vt oculos deleat. quâ verò exercitatione hæc assequamur, dictum est.

- Quædam communia sunt vtriusque rationis vinculi: quædam propria alterius. promptè, & celeriter propriè ad vinculum pertinent, quod iniicitur: rectè, & decorè, ad id, quod iam iniectum est (ipse autem id, quod iniicitur, vocat ἐγχαράττω, quod iniectum est, ἐγχαράττω) iocundè, & eleganter vtriusque sunt communia, iocundè quidem, tam voce, quàm significatione: at eleganter, quod ad vocem spectat, commune est vtriusque, quod ad significationem non ita. nam elegantia vinculi, quum adhibetur, in manuum motu consistit: quum iam adhibitum est, in ambitu linteorum. Possimus autem dicere fascias eleganter circumdari, loquētes de vinculo, quod iniicitur. At iocunditas num magis etiam attenditur, cum adhibetur, quàm quum iam adhibitum est, siquidem hoc solo fasciarum pressu dolorè affert, at quod adhibetur, & eo nomine, quod membrum incommode continetur, interdum enim eâ de causâ comprimitur, licet fascia rectè circumdetur? Neque alienum est etiam censere communem vtriusque esse compressum eorum, quibus tanguntur, quæ vel comprimunt, vel non comprimunt, eius quidem, quod iniicitur, quatenus pars, quæ curatur, premittitur, vel non premittitur sub continentibus: at eius, quod iniectum est, quatenus suspenditur, vt quum brachium mitellâ excipitur, vel quatenus continetur, vt quum ea cruri subiiciuntur, quibus fulciatur. Non mediocriter autem confert ad vincendi iocunditatem, agendi celeritas: celeritati verò maximè promptitudo conducit. quin & hæc sunt perfectiones vinculi, quod iniicitur, potissimum propriæ, vt & sine pressu contineat, & promptū sit, atque paratum. namque error in collocando ad partem quoque alligatam spectat, sed nunc agit de membro vinciendo, vbi commodè figuratur. Statui verò suæ sunt perfectiones & vitia, non secus ac fascijs, quarum, omisso statu, in præsentia mentionem facit.



Ergo, vbi paratum vinculū adhibeatur, opus maturè perficitur. ipse enim, quid sibi veller promptitudo, expressit, cū inquit, [promptè, vt vbique sit paratū] quod euenit, vbi, qui deligat, prouidit, vt nihil ambigere, nihil scrutari debeat in agendo, hoc ne, an illo modo circumagere fasciam conueniat. promptitudo igitur, quæ idem est, atque præparatio, operam facillimè absoluit. Iocunditatem ipse docuit sitam esse in facili agendo: sed celeritatē constat cum præparatione & agendi velocitate coniungi. Iocūditas igitur illis annumeratur, quæ magnopere ei conducūt, qui manu curatur: atque ob eam celeritas, quā promptitudine, dum agimus, facili consequimur: elegantia verò aspectu gratam (sicut ipse deinceps adscripsit) præter ea, quæ necessaria erant, in chirurgico posuit, vt quæ ipsius gloriam augeat apud vulgus, cui obnoxius est ambitiosus, perinde quasi amore captus. hanc quāquam non capitur, qui humanus est, non tamen laudem aspernatur, eò incumbens, vt magis apud ægros valeat auctoritate. quandoquidem sibi magis obsequuntur, quæ res illis vtilissima est. Huius ergo auctoritatis apud vulgus gratia non modò medicus illam nō aspernatur, sed ne philosophus quidē. magis enim homines iuuat, vbi apud eos in honore & admiratione est, vt qui magis ipsius facta imitētur, & iussis eius obediāt, non secus ac numinis cuiusdam. [Quā verò exercitatione hæc assequamur, dictum est], quā exercitatione celeriter, iocūdè, facili, promptè agamus, (inquit) dictum est. id potissimum docuit, vbi ait, [Agens vt vtrāque manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem ambæ similes sunt]: tum vbi ostendit in exercendis digitis pleraque agenda esse pollice atque indice, totā verò manu pronā, & ambabus aduersis.

¶ **Q**uod iniectum est, vt rectè, vt decorè. Decorè quidem, vt simpliciter, vt distinctè, aut similibus & æqualibus, æqualiter & similiter: aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter, & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, fascia, lima, oculus, rhombus, dimidiatus. aptetur verò species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur.

Quum duplicem proposuerit vinculi rationem, vocās quod iniicitur *ἐπιμαχον*, quod iniectum iam est, *ἐπ' αὐτομαχον* proximè præfatus quā viā, quod iniicitur optimè iniiciatur, nunc id exequitur, quod iniectū est, vbi decorè ait iniectum esse, si simplex sit, si distinctum. simplex est, vbi linteum non implicitum est, non duplicatum, non rugosum, sed equè ab omni parte extenditur: distinctum, vbi iterum aut tertio circa idem conuenienter datur. ex duobus autem in quibus consistit iniecti vinculi decor, alterum, nempe simpliciter, tanquam clarum, mihi videtur sine expositione prætermittēs in enodationē verbi [distinctè] sequentia omnia adiecisse, ad quæ animum adiungas oportet, non oblitus me dixisse dudū, distinctè, idem significare, quod conuenienter. Siquidem propositum est, vt alter fasciæ circuitus primò interdum æqualis ad vnguē sit, ac nullo modo impar, interdum inæqualis. sit autem æqualis, vbi extremæ fasciæ partes in latitudinem eodem loco itā finiantur, vt neque exuperent, neque exuperentur, sed in vtroque circuitu defināt non aliter, ac si iniecta sit ima fascia duplicata: eadēque ratio sit tertij circuitus, & quarti, si hoc quoque opus sit. Ergo & in eo, qui rhōbus, & in eo, qui semirhombus dicitur, exquisita hæc observatio adhibenda est: sed vinculi fracturis accomodati, quum ad brachiū, humerum, aut semur datur, item distincta ratio est, in quo priorem fasciam iubet sursum ferri, secundam verò prius deorsum, deinde sursum ductā, quā prior definit

1 definit finiri, quod fieri nō potest, nisi, quod spectat ad latitudinem lintei, orarum altera alteram excedat. hæc igitur æqualis erit, si tota æquē in eā inclinatione perseueret, quā à circuitu in orbem recedens orfā est. Vocatur autem orbicularis, quæ affectam partem ex toto in orbem sine inclinatione completitur, in quo orę fasciæ secundo & tertio circumactæ alijs insident, sic, vt neque excedant, neque exuperentur: at in eo, qui declinat, necesse est fasciam, vel ferri ad vitiatę partis regionem superiorem, vel ad inferiorem dimitti, quodd, si vbi-que similem inclinationem habeat, distinctū vinculum præstabit. Quare, si ea, quæ dicta sunt, diligenter consideraueris, planē intelliges circuitus in orbem  
 10 vnam duntaxat esse rationē, vbi nihil plus est aut minus: at non vnam eius, qui declinat, quū alter altero declinare plus possit aut minus. Hic tamen translatione vsus illum, qui paulum inclinat, asciam, qui multum, nuncupauit simum. asciam fabri dicunt instrumentum quoddam extremā parte, quā ligna incidunt, modicē incuruum, & labrosum in speciem labri: simum græci appellant locum, vbi planities cum colle coniūgitur, quā enim committuntur, simū efficiunt, quū neutrū per se simū sit. cum planities ipsa recta sit, & æqualis: collis, accliuus, & altus. at vbi inter se cōeunt simam figurā representant, eadē figura fit, quā decliuus via, cum accliuī committitur, eodē modo in naso sima pars illa dicitur, quæ vtrinq; sublimioribus partibus terminatur, iamq; ab hāc parte to-  
 20 tus nasus nuncupatur simus. Cōstat enim plura vocabula in totis vsurpati corporibus, à nonnullis ducta, quæ partibus accidunt, quo modo simus homo dicitur. siquidem non eodē modo vocatur simus, quo plenus, ac tenuis, aut albus, aut niger, sed sicut glaucus, cæsius, vel gibbus. nasus igitur, vel via propriē simi nominantur: vinculum verò simum ab Hippocrate appellatur eadē ratione, quā ἄμφω spathæ capitulum rotundum & leniter cauum, & σπένδαριον, id est ascia, genus quoddam circuitus ipsorum linteorū. namq; vbi præcipit, vt panni in ascie figuram imponatur, diducit ab orbiculari circuitu eum, qui fabricorū fasciæ modo declinat. non enim censet pannos itā obliquē circumponēdos, vt ab orbiculari circuitu nimium absint, sed paulū declinent, sic, vt fideliter cō-  
 30 minuta ossa contineant. Patet autem in vtroque horum circuituum maiorem & minorem esse inclinationem, cum neuter simplex sit & vnius formæ, cuiusmodi est orbicularis, quem cum simplici coniunxit: sed asciam verò, & simum seorsum per se, quasi distinctos subiecit. [Distinctē] autē significat, vt sit, quasi discretum, & minimē implicitū. fit autem (vt dixi) cum quilibet fasciæ circuitus eodē habet latitudinis fines, vel inclinationem ordinatam. voco ordinatam inclinationem, quū, quæ ex latitudine vinculi conspiciuntur, æquē inter se distant, quod vtq; fiet, vbi, qui deligat, quam ab initio instituit, æqualē vbique inclinationem seruet. Artemidorus autē & Dioscorides, sic, vt alibi antiquam scripturam nouant, transponuntque, itā hīc casum mutant, nempe dictionem simplex orbicularis, simplex in orbem scribentes. benē autē rem intelligunt, sed audacter scripturam immutant, plurima tamen, quæ non satis intellexerunt, ausi sunt immutare, atque eā de causā eorū nunc mentionem facio, quāuis sexcenties hæctenus, vbi scripturā immutarunt, silētio præterierim. cum hoc rectē intellexisse, & clarius mutatione reddidisse mihi videatur, quāquam in paruis, non eo modo accipientes, quo auctor voluit, decipiuntur. sed de his satis est semel dixisse. Præfatus autem Hippocrates decorē quidem, vt simpliciter, vt distinctē, deinde subijciens aut similibus, & æqualibus, æqualiter, &



similiter: aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter & dissimiliter, quasi cōmuniter docuit, quo consilio distinctè vinculum adhibeatur. æqualia enim, & similia corporis membra fasciam vniuersam æqualiter, & similiter per omnes partes circumactam requirunt: inæqualia & dissimilia, inæqualiter & dissimiliter. Hæc autem verba in vetustis exemplaribus, & in libris expositorum præcisè leguntur, non adiectis inæqualiter & dissimiliter, sed, cū solum scriptum sit, aut inæqualibus & dissimilibus, intelligi etiam volunt inæqualiter & dissimiliter, idq; ab Hippocrate prætermisum fuisse, quod manifestum videretur, eo quod propositis consequens esset. Verū hæc ratio scribendi non breuitatē, sed errorem manifestum præ se fert. Satiū ergo fuerit, si ita scriptum inueniamus, existimare hæc veluti complura primorum exemplariū esse corrupta, idque propterea fieri, quod librarius ea præterierit, atque error hucusque manserit. Ergo super humerum similiter & æqualiter circuire fascia potest, minū autem super femur & brachium, sed paulo magis super crus: at in capite humeri, & in coxā contrarijs partibus indigemus, quemadmodum & vbi caput à latere vinciendum est. frons quidem & nasus similem & æqualem amat orbicularem fasciæ circuitum, non secus ac vertex, qui etsi in orbem circumdatam fasciam non postulet, æqualiter tamen & similiter procedentem requirit. de his autem diligentius in sequentibus tractabitur, nunc ad verba, quæ restant pergamus. Hippocrates positis tribus simplicium vinculorum formis, nempe orbiculari, fasciā, simā, deinceps triuū compositorū meminit, oculi rhombi & dimidiati, dimidiatum semirhombum etiam appellant, quibus adiungit [aptetur verò species speciei ac morbo illius, qui deuincitur]. cōmonēs, vt accommodetur, & vitiatæ partis formæ, & vitio, quo detinetur. species enim vinculi, quā oculum appellamus, ad oculum adhibetur, vbi vel periculum est, ne procidat: vel contineri quippiam volumus ipsi superimpositum. rhombus verò, vbi vel capitis futuras diductas adducere in vnum oportet, vel hians vlcus interdum contrahere, & valde resolutam cutem adducere atque agglutinare. nō absimilem effectum præstat semirhombi vsus. Verū enim uerò hæc scripta sunt ab Hippocrate tanquā exempla, ad quorum similitudinem inueniendū nobis est, vel ab his, qui compererūt discendum, quod vinculum ad quamvis corporis partem atq; valetudinem accommodetur. expedit autē doctorem non imperare simpliciter, sed viam exponere, quā ipse vinculū inuenerit. eo enim fit, vt discipulus, si quando obliuiscatur, in memoriā redeat, & quæ ab altero non didicit, possit cogitare. quocirca non ab re fortasse fuerit, si librum cōficiamus, vbi de fascijs & corporis parti & vitio accommodatis pertractemus.

„ **R** Ecce iniecti vinculi duæ species, firmitas in pressu, & linteorum multitudine consistit.

Dictum est in superioribus cōfuisse Hippocratem τὰ εἶδη, id est, species appellare διαφορὰς, id est differentias. præbuit autem maximā quæstionem dissensionis causam inter huius libri expositores, quū duas species nominatim nō posuerit, quod antè in alijs fecit. vna quidem in vinculi modo sita est, quam ipse firmitatem dicit, eam explanauit, quū inquit, [Firmitas in pressu, vel linteorum multitudine consistit]. est enim moderatio quædam in vinculi firmitate, quam si partes comprimens excedat, dolorem ægrotantibus affert: sed laxius continet, si ad eam nō perueniat. Alteram verò speciem rectè iniecti vinculi non posuit, sed ijs, quæ de robore loquutus est, subijcit.

Vinculorum

1. **V**inculorum aliud per se remedio est, aliud ijs, quæ remedio sunt, subseruit. Hæc profectò non sunt altera species rectè iniecti vinculi, vt potè, quæ còmunè vsum cuiuslibet vinculi còprehendant. quin & post hæc de omni vinculi moderatione agit, quâ ratione seruetur, deinceps de nodo, tū quod subiectum est docēs sic incipit [licet quidè benè scientè ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuâtur, labi fasciâ omnè, vt in capite, sursum, in crure, deorsum, & quæ sequuntur]. Ab ijs trāsīt ad qualitatem vinculi, cuius item, quū partes sint, nosse, vnde incipere fasciâ in singulis vitijs ac partibus debeat, & quâ nouissimè finiri, tum quâ viâ, dum circuit, circūagi, & obuolui singulis partibus,
- 10 hæc quoq; indicauit. nam, vbi inquit, [Quæ mouëtur, vt articuli, quâ curuâtur] obuoluendè fasciæ rationè exequitur, post hæc ad scribit, quomodo extremæ fasciæ fideliter in ijs còtineantur, inde pergit ad fasciarū vsus exponēdos, sic, vt rectè iniecti vinculi altera species, quæ firmitati opponitur, totius vinculi qualitate còtineatur. Fortasse autè q; difficile sit còmuni vno vocabulo còplecti singulares differētias, eius speciei, quæ è regione firmitatis est, eā nō tentauit vno verbo notare. Rem autè itā habere verba ipsa testātur, quibus ostēdit, quæ varietas in sit in singulis capitibus à mē cōmemoratis. sed, vt rem clariorè magis ac breuiorem faciamus, vocetur totū ipsum genus qualitas vinculi. [Firmitas in pressu & linteorum multitudine consistit]. quemadmodum potentiæ nomen
- 20 interdū imbecillitati contrariū dicunt, interdum ad id significādum, quod roboris & imbecillitatis commune est, vsurpant, sic & magnitudinis vocabulo vtuntur, & alijs q̄ plurimis, partes & totū còmuni nomine appellantes, itā nunc quoq; vsurpat firmitatis vocabulū. debēt enim affectū partes fascijs, neq; valēter adstringi, neq; itā leuiter, vt homo iniectū vinculū non sentiat, quin & linteorum multitudo pro numero accipiēda est, at non itā intelligēda multitudo, quasi è regione sit paucitatis, siquidè moderatio rectum vinculū præstat. rectū appellat, quod consert, iuuatq;. At dum cōparantur inter se duo vincula, vt ea, quæ ex comparatione spectantur, quod adstrictius est, validius, reliquum infirmius dicemus. neque absurdum est, si vinculum habitā ratione subiecti vitijs
- 30 moderatum sit, sed comparatum, cum altero validum dicatur, aut imbecillum. Quando autem soluere, aut arctare vinculum expediat, vel fasciarū numerum augere, aut minuere, ipse in opere de fracturis demonstrauit.

„ De quibus lex quidem est.

Lex in ciuitate ratio est, quæ iubet ea, quæ faciēda sunt, phibetq; cōtraria. his legibus similia dicit, quæ nūc proponūtur, cū cōiecturale nihil còtineāt, aut ambiguū, vt quēdā alta ad medicinā pertinētia. Idē quoq; dixit in opere de fracturis, liberā orationē moderatus. non enī scripsit simpliciter [de quibus lex quidè est] sicut nūc, sed oratio hæc veluti lex iusta fertur de curatione fracturæ.

- „ In ijs autem maximè ad vinculum pertinet, vt arctetur, quidè, sic, vt quæ in-
- 40 iecta sunt, neque recedant, neque comprimant, sed fulciātur, non tamen cogantur, sed que minùs quidem in extremis partibus, minimū in medijs.

In his inquit, quæ traduntur de eā specie, quæ ad firmitatem attinet, potissimā vinculi præcepta sunt, vt quæ vitiatæ parti injiciuntur, hoc est linteā, neq; à corpore diducantur, neq; ipsum premant, sed fulciātur, hoc est firmiter insistant, at non cogant. dicitur autem vinculū cogere, quod itā arctè affectis partibus circumdatur, vt dolorem afferat. Hæc autè præcepta de modo premendi, quā vitium est, minimè omnium conuenit præterire. quod & in extremita-



tibus quoq; profus est attendendum, sed minùs q̃ in medio. siquidẽ optimum est artem culpâ vacare: si quid tamen peccet, id in illis partibus ac vitijs euenire, vbi detrimenti minus affertur, minimè verò errare, vbi noxa ingens est.

**N**odus & filum non ferantur deorsum, sed sursum, in porrectione, in preparatione, in vinciendo, in habitu, quo postea continetur.

Cur hæc sine ordine adijciat ijs, quæ de vinciendo ratione pertractat, paulò post persequemur: nunc id primùm studèdum, vt quod propositum est, intelligamus. Dissentiunt expositores inter se, cum [deorsum & sursum] alij simpliciter ad longitudinis spacium referant, alij ad affectũ, sed neutri dictionem [ferantur] nec quod ad nodum, nec quod ad filum spectat, explanant. Constat 10 autem omnibus id appellari *ἄμμη*, id est nodum, quod fit in fasciis, cum ambo capita implicata inter se vinciuntur, vel alterum scinditur, vel tertiò, quum extrinsecus ad continendũ adijcitur id, quod græcè *κατὰ λαμμη* vocatur: *ῥαμμη* verò id est filum id vocari, quod in acum conijcitur, vel vt incisæ corporis partes inter se coniungantur, vel vt extrema pars fasciæ inferioribus assuatur, quin & nunc loquitur de filo ad hunc vsum parato. iubet quidẽ sursum hoc ferri, quod ipse dixit *τὸν νομὸν ὀρθῶς*. quid autem appellet *νομὸν* ab ipso discere oportet, qui eo verbo sæpius vtitur ad fascias, quum à principio ad finem ferũtur. Itaque in fracturis iussit, vt vtriusque fasciæ caput super fracturam iniiceretur, sed prior fascia sursum ferretur, altera verò antè deorsum, postea sursum, *νομὸν* vocas qua- 20 si iter quod fasciæ tunc faciunt, cum à principio ad extremum laborantis corporis obuoluuntur. simile est id, quod *νομὸν* significat in filo, nam, cum liceat acũ à superiori parte deorsum, & cõtrà ab inferiori sursum trāsmittere, & prætereà in neutram partem inclinatam, sed sine inclinatione, aut à dextrâ in sinistram, aut à sinistrà in dextrâ demittere, præcipit omnino, vt sursum feratur. Quòd si extrema pars fasciæ dūtaxat inferioribus assuenda sit, in eo quidẽ vinculo, vbi contrarijs partibus nõ indigemus, vt in brachio, humero, femore, crure, in quibus etiam necesse est vel à sinistrà parte in dextrâ acum immittere, vel contrà, vtrobiq; nobis enitèdum est, vt sursum tendètes extremā fasciam hâc ratione cum inferioribus partibus cõiungamus: vbi cõtrariâ parte opus est, vt in capite 30 humeri, & in coxâ, dàda opera est, vt fascia, dum sursum fertur, finiatur, ibique acu ab inferiori parte sursum traiectâ hoc modo assuatur, neq; debet superior vinculi pars deorsum attrahi, sed inferior sursum, vtrũq; enim fieri potest, dum fascia sinitur. Ergo trāsmissâ acu filum ducẽte, inferior pars fili sursum adducẽda, non tamẽ superior deorsum, cõsilio ad id directo, vt inferiores vinculi partes à superioribus trahantur, quod facere ab ipso iubemur, & quo tẽpore homo affectam partem videndam medicis porrigit, & quo manus curatio paratur, ac tertiò, quo vinculum iniicitur, quod & ipsum ad manus curationem pertinet, & quartò, quo postea membrũ continetur. vocauit primum *ὁ παρῆξ*, id est in porrectione, alterũ *ὁ ῥέσσις*, id est in preparatione, tertiũ *ὁ ὑπὸ δέσσις*, id est in vin- 40 ciendo, quartũ *ὁ τὴν ἑμπετα ἔσσις*, id est in habitu, quo cõtineri postea debet. quam alij *ὁ πῆξις*, id est in compressione scribāt, sed priorem scripturam magis probò. nam in superioribus dixit id temporis *ὁ ἔσσις*, id est in habitu. Neq; dubiũ est, quin, sicut eandem figuram partium, quæ vinciũtur, ijs omnibus temporibus feruari iubet, sic & filum & nodum, quum feruntur, semper sursum attrahi velit, in primis quidem extremitate fasciæ sursum firmiter attractâ, & contentâ, atque ob ipsam fasciâ totâ. Illud verò animaduersione dignum ab exposito-  
ribus

toribus Hippocratis intactum relinquitur, quod nodum & filum ad superiora affectæ partis ferri voluit, dum ægrotantes seiplos medicis tradūt, nō secus atq; in alijs temporibus. pro suo enim arbitrato, quidam ad medicum pedibus eunt, quidam gestantur, modò affectâ parte suspensâ, aut deuinctâ, modò vtroq; factò. Nodus igitur & filum in eorū potestate est, nō medicorum à quibus inspicendi sunt, aut curandi. censet fortasse tunc quoque interdum laborantes medicis vti. nam in itinere & ruri nonnunquā tenuioris fortunæ homines, plagas accipiunt, vulneraturq; vel ossa ipsis suo loco mouētur, in quo casu ad curationem pluriū medicorū conuentu opus est, tum diligenti inspectione, machina-

mentis quibusdam, aut instrumentis, aut linteis, aut etiā laqueis, quæ ruri vel in itinere nulla sunt. quare si eo tempore medicus adsit, læsam partem suspendet, & deligabit linteis illis quorū copia erit. constatq; siue nodo, siue futurâ opus erit, medico hæc aptè efficienda esse. Quo facto in ciuitate rursus eger confuetos medicos adhibebit, primū vt diligenter vitiū cognoscāt: deinde, vt prolapsum articulum restituant, vel fractum os componant, aut plagam suant, aut collisis rectè opem ferant: post hæc medici idoneum vinculum admovent: postremò, quod deuinxerūt, prouident, vt eodem modo figuratum contineatur.

Principia & nodus iniicienda sunt, non quā vlcus, sed hinc, vel hinc.

Quid nunc vocet *ἀμμοῦ*, id est nodum iniicere, ostensum est, in prioribus enim verbis è regione *ἐδ' ἡμῶν*, id est, fili ponebatur, nūc alterius tātum meminit, q̃ possit & filum desinere in nodum. nam in quauis futurâ in hunc finitur, cum acu non solâ, sed sequente filo traijciantur, quæ suuntur, & nodo inter se adstringantur. Sæpè quidē euenit, vt inter se proxima sint fili capita, & nodus, sicut, vbi cutem fuimus: interdum distāt, quod sæpè in vinculis accidit, vbi fili partes longè adducūt, vt cōmunem nodū accipiāt. Verisimile ergo est nunc ipsum edicere, ne fili principia, quā vlcus est, iniiciantur. quo præcepto illud quoque intelligitur, q̃ neque nodus super vlcus collocetur, vrgeretur enim nō solūm nodo, sed fasciâ à nodo fortiter pressâ, eo q̃ vehementius esset coarctandus, vt fasciam cōtineret. Eodē modo si citra filum fasciæ extremitates inter se complicate nodū accipiant, vel aliquid extrinsecus vlceri superdetur, nō debet nodus super vlcus imponi, impositus enim ipsum cōprimeret, præsertim si fasciâ antè obuoluta tenuis esset, & absque lanâ circūdata. Nunc sanè mihi videtur Hippocrates de filis agere, siue habenulis, quæ inter se cōplicate in nodum finiuntur: sed censent alij velle ipsum principia fasciarum super vlcus non imponi. ex quibus nonnulli variarūt scripturâ, verè quidem, sed propositè orationi parum conuenienter, cum non de fascijs, sed de filo tractare nunc propositum sit, quam quidem scripturam veram & artificiosam esse non inficior. sic autem habet [fasciarū principia iniicienda sunt, non quā vlcus, sed hinc vel hinc] hoc est, ab vtrâque parte eius, vel dextrâ vel sinistrâ. sic autem fiet, vt id verum sit,

quod ab ipso traditur in opere de fracturis, & huic loco minimè repugnet. Imperat enim ibi, vt fasciarum capita affectæ parti superimponentur, siue fracturâ, siue vlcere laborent, non tamen suprâ, aut infrâ. in eo enim libro de dimensione in longitudinem loquitur: nunc, quum non ad hanc sed ad latitudinem respiciat, principia iniici dixit, non quā vlcus, sed hinc vel hinc, hoc est, ab vtrâque parte eius. cui non aduersatur, quod neque suprâ neque infrâ iniici debent, quod tamen latet expositores huius libri. Merito igitur dubitant, quum Hippocrates inquit [principia & nodus iniicienda sunt, nō quā vlcus, sed hinc



vel hinc]. Placuit etiam quibusdam principia fasciarū intelligi τὰ ἀρχα, quāvis ἡ ἀρχὴ τὸ πρῶτον nomen latius pateat, τὸ ἀρχα, id est, q̄ principij, quod & Plato nos docuit, asserens τὰ ἀρχα principium esse & finem. Ergo, si liceat latiori vocabulo pro eo, quod angustius est, rem appellare, licebit nobis tam principium, quā finem nominare ἀρχα, non tamē finem nuncupare principium. Iam verò principia, ad nullum aliud referri possunt, quā ad fascias fila & habenulas. cūmq; nullo modo fieri possit, vt hīc de fascijs loquatur, necesse est principium in filis accipi, & habenulis, & si placet etiam in panniculis. quandoquidem hi quoque comprehendere vinculum possunt, non secus atque habenulæ, quarum extrema inter se complicata vinculi vicem exhibent.

10 **N**odus non eā parte sit, cui innititur, non eā, quā agimus, non quā inanis esset, ne inanis collocetur.

Quū proximē in præcedentibus iusserit, vt qui futuram adhibet, principia super vlcus nō ponat, sed aliā parte, quā nodus etiam collocandus est, nunc docet, quibus locis ponere nodū oporteat. Docemur autem res interdū per ea, quæ ipsis non accidunt, sic enim appellatur, quæ, cū accidere possint, non tamen accidunt. Vis autē orationis huiusmodi est. Nodū non cōuenit ponere quā parte vlcus est, sed quā ferri possit versus superiorē regionē, cum eo, vt caueatur pars, cui innititur, quā agimus, & tertio, quā inanis est. Vocat autem quā agimus eam partē, quā vtimur, cū extendimus, curuamus, vel ad latera portigimus. pars verò cui innititur, in ambulando quidē est planta pedis, in cubādo totū dorsum, atq; eius pars potissimū, quæ in eo extat, præterea capitis partes posteriores, in sedendo, ima pars natium. si quis autē deligatis brachijs aliquid agere debeat, considera quidnā illud sit, & circa quæ externa, in eā actione poteris partem, cui innititur, inuenire. agunt quidē articuli, quamobrem vbiq; vitandi sunt, atq; illi præcipuē, quibus agere vincētis ægrotantibus cōuenit. Constat autem rectē ipsum edicere, ne nodus, qui continere totū vinculū debet, super eam partem ponatur, quæ in motu figurā mutat. necesse enim erit nodum, vbi super articulos collocetur, modō iusto laxiorē fieri, modō coarctari. Quod in fine orationis dixit ἀνεῖν, id est, inanis omnes accipiunt pro superuacuo, perinde ac si dixisset nullū ad vsum. græci enim ἀνεῖν, dicunt eos, qui a primo natali die surdi sunt, & voce citra verborū conformationē obstrepunt. quæadmodum igitur hi ad vitæ actiones prorsus inutiles sunt, sic aiunt ab Hippocrate appellari ἀνεῖν, quod nihil ad vinculum conducit. Potuit id verbi ab ipso scribi per κ. κανεῖν, corrūpi verò ab initio protinus atq; ita seruari. sed, quod ad sententiā pertinet, idē hæc scriptura significat, siquidē κανεῖν est, quod a nobis dicitur κανεῖν, & μὲναιον, hoc est inutile. sed quia multos videmus, vel ob incitiam, vel q̄ velint diligētes videri, nodos adhibere fascijs inutiles, idcirco Hippocrates nūc præcipit, ne ponantur eis τὸ ἀνεῖν, hoc est inanes, quod videlicet inutiles significat, & superuacuos. Putauit quidam ex ijs, qui hunc librū explanarunt, Hippocratem 40 intellexisse inane, locum inanem, vt puta alam; poplitē, inguen, ex aduerso capitis humeri, genu, coxæ, ea diducēs. inhærere enim dixit oportere nodū corpori, at nō perinde collocari, quasi suspensus sit, quod eueniret in alā atque inguine. Si quis autē & hoc probabile indicabit, ipsum poterit accipere. Nam in obscuris, vel eo quod mediocriter probabile est, conuenit acquiescere.

**N**odus & filum, molle, & non magnum.

Hic rursus, sicut principio duo vocabula proponit, cū & res inter se diducæ

1 diductæ sint, quibus illa indita esse videntur. *ῥαμμα*, id est, filum vocatur, quod vnâ cum acu traiecitur, cuius materia linum est, siue lana, siue quid aliud eius generis: *ῥμμα*, id est nodus, qui ex habenulis, vel scissis fasciæ extremitatibus implicitis efficitur. Patet autē vtrunque molle conuenire, si futurum est, vt non comprimat. quod verò non magnum esse expediat, indicio est celeritas, quam ipse in agendo laudat, eam prohibet lōgitudo, vel fili, vel separatim etiam habenularum scissæ extremitatis, aut eorum, quæ continēdi vinculi causâ superinijciuntur. Pendebunt igitur hæc à nodo frustra, præterquam quod tædium afferent, quum nonnunquam vulnera contingant, dum complicantur. exquiritiū autem scripsit [non magnum] quum potuisset scribere [paruum], verum sicut magnum vitari oportet propter ea, quæ retuli, incōmoda, sic & paruum, quum in agendo prehendentes digitos effugiat, atque ob id remorans tempus producat, tum in vinculo propter breuitatē sæpius ab eo, cum quo deuinctum est, elabatur, atq; idcirco nos cogat in eodem iterum versari. Adde quod cū opinionem aliquando faciat rei deligatæ, nodus exiguus postea soluitur, vbi contineri debet. Merito igitur cauendum est, tam quod omnino paruum est, quàm quod magnum: & hīc perinde atque in alijs, quod modicum est eligēdum. id alterius extremi negatione nōnunquam appellāt, quemadmodū nunc Hippocrates [nō magnū] qui si non paruum dixisset. idem utiq; significasset.

20 **L**icet quidē benē scientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuātur, labi fasciam omnem, vt in capite sursum, in crure deorsum.

Si pro[scientem] scriberetur [scire] perfecta foret oratio, at nunc pendere videtur, & cum aliā coniungi, eoque fit, vt nonnulli copulent, quæ sequuntur, sic vt tota sit huiusmodi. [Licet quidem benē scientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuātur labi fasciam omnem, vt in capite sursum in crure deorsum. deligare dextram partem ad sinistram, sinistram ad dextram, præterquam in capite] sed nullo modo continuari videtur, quum non propterea deligare eo modo conueniat, quia nodus consueuerit ad partes labi decliues, & quæ in extremitate tenuantur. aliā enim de causâ iussit (vt in sequētibus ostēdemus) dextram partem ad sinistram, sinistram ad dextrā deuinciri. quoniam cum his [licet quidem benē scientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuantur labi fasciam omnem] connectuntur ea, quæ sic tradit [quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc sunt: ad suspendendum verò fasciam omnē, quā corpus quiescit, & magis cauum est, superimponenda, & quæ sequuntur] quæ paulò post exponemus hoc ipsum clariū demōstrantes: nunc quæ interiecta sine ordine sunt, per se consideremus.

**D**eligare dextram partem ad sinistram, sinistram ad dextram, præterquam in capite. hoc enim è regione.

Præceptum hoc potissimū ad fracturas spectat. perpetuò enim in contrariam partem inclinādū est. vbi vlcus ab alterâ fuerit, vt si dextra pars læsa sit, in sinistram, si hæc, in contrariam, sicut vbi totum os transuersum fractum est, viniculum in neutram partem inclinādum, quum panni in orbem superimponentur. Huiusmodi igitur est, quod proponitur. Quum deligamus, si dextra pars affecta est, in sinistrā inclinare debemus, & contrā si sinistra, in dextram. quod fit, vbi caput fasciæ super affectam partem ponimus, non exquisitè quidem super fracturā, aut vlcus, sed vtrobiq; hinc vel hinc: reliquā verò fasciā, quod affectum est, in contrariam partem attrahimus, & simul etiam adstringi-



mus. At quum hanc ad contrariam partem adduximus, ibi non ampliùs æquè r  
adstringimus, & multo minùs etiam inclinamus, donec in orbem circumacta,  
ad suum principium reuertatur. ibi enim id manu prius tenebamus, cui rursus  
fasciæ partem, quæ ipsum contingat, superpositâ valèter continemus sic, vt ite-  
rum incipiat circuire super partem prius inuolutâ similiter adstricta, & in con-  
trariam partem inclinata, tum eodem modo circumdata, vbi rursus ad princi-  
pium redierit, æquè fasciam alterâ manu continemus, alterâ coarctamus, atque  
in contrariâ vitiatę sedis attrahimus. Nō solūm autem hoc modo membra de-  
uincimus, sed & latera. nam, si affecta sit pars dextra, orsi ab ipsâ fasciâ eo mo-  
do, quo dictum est, ducimus ad sinistram: si vitium sit in sinistrâ, ab hac, fasciâ 10  
incipientes, quasi iter facimus versus dextram. sed caput non licet itâ in orbem  
comprehendere, quodd non patiantur id ceruices, quâ cum ipso committuntur.  
Quamobrem siue dextram, siue sinistram partem occupet vitium, quod vin-  
culum postulat, fasciam è regione, hoc est, rectam ducimus per summum qui-  
dem caput porrectam, inde ad extremam maxillâ demissam, post hæc iterum  
ad affectum locū similiter datam, siue iterum, siue tertio ipsam circuire ab ūdè  
putamus, & dum finiatur, circumactâ. finiatur autē in vertice prorsus, is enim  
locus maximè idoneus est, qui fideliter contineat.

“ **S** Ed in contrarijs fascia in vtramque partem attrahatur, quodd si ab vno ca-  
pite incipiat, similiter quâ firmiter cõtineatur, vt in medio capite, & siquid 20  
aliud est huiusmodi.

Duplex esse potest huius loci sententia, vt vel ad omnes corporis partes, vel  
ad caput tantum referatur. quia, quum dixerit [præterquam in capite dextram  
partem ad sinistram, hoc autem è regione deligadum esse] cæteras eius partes,  
quæ inter se contrariæ sunt, quarum quidem hæc posterior est, & in occipitio,  
illa verò prior, & in fronte deuinciri iubet, fasciâ in vtrâque partem ductâ. du-  
citur autem in vtramque partem, vbi mediâ affectę sedi iniectâ, vtrūque caput  
æqualiter ad cõtariam attrahitur. Ergo fasciarum, quæ sic volutæ sunt, extre-  
mitates valentiùs continentur, si in fronte, quàm si in occipitio collocet. Ve-  
rūm, si de omnibus corporis partibus loqui Hippocratem statuamus, cõtarias 30  
dicemus partes, quarum vtriusque structura est similis, nempe dextram & si-  
nistram, priorem & posteriorem, quæ vbi pariter vitiatæ sint, sicut in transuer-  
sâ fracturâ euenit, fascia in vtramque partem attrahenda est, quemadmodum  
faciendum diximus in pannis, qui in figuram ascie superdantur. Quodd si (in-  
quit) ab vno capite incipiat, perinde ac si in vtramque partem duceretur, cir-  
cumagenda est, sicq; quâ firmiter contineatur, adducenda, vt ibi finiatur. pro  
exemplo autem loci, vbi firmiter contineatur, attulit medium caput, cõtentus  
nunc eo solo, quum paulò pōst, perfectè vniuersam orationem sit explanatu-  
rus, docens quâ parte desinere fasciam conueniat, vt iuncturam totam fideli-  
ter tueatur. Particula autem [similiter] in vtroque accipi potest, & in toto fa- 40  
scie circuitu, & in fine.

“ **Q** Væ mouentur, vt articuli, quâ curuantur, minimis, & maximè colle-  
ctis, veluti poples: quâ extenduntur, simplicibus, & latis, veluti patella  
circumdari debent.

Minima lintea danda esse docet circa poplitem, cæterâque eius generis, &  
maximè collecta, hoc est, cōtracta in angustum: partem verò popliti cōtrariam  
scilicet patellam, contrariâ viâ. est autem contraria via, vbi lata sunt, & quantū  
minimè

1 minimè potest, cōtracta. quod omnibus articulis cōuenit, quā curuantur, quē-  
admodum popliti: quā extenduntur, quemadmodum patellæ, quam nonnulli  
vocat *ὑπὸ γονάδα*, sicut alij *ἐπὶ γονάδα*. super hanc igitur dixit latam fasciā exten-  
dendam esse, sic, vt ipsam vniuersam cōplectatur. nam, quæ non sic obuoluatur,  
sursum vel deorsum faciliè feretur. ad vtramq; enim partem labetur, propterea  
quod patella gibba est. At poplitem contractā fasciā, inuoluēdum cēnset. nam  
neq; admittere, neque seruare eam potest, quā in latitudinem explicatur.

20 **Q**Uæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc sunt: ad  
suspendendum verò fasciam omnem, quā corpus quiescit, & quā magis  
cauum est, superimponenda, vt supra vel infra genu.

Laudare eiusmodi breuitatē decet, quæ vno vocabulo apertè id notare po-  
test, quod oratio. Quemadmodum & nunc, vbi [ad continendum] *ἡ ἀλλήλη*  
dixit, quo verbo significatur oratio, quā proferre sic possemus, vinculorū, quæ  
ad articulos adhibentur, extremitas firmiter tenēda est extra articulum aliquo  
insuper vinculo addito: [ad suspendendum] verò *ἡ ἀλλήλη*, quo monemur,  
vt magnopere prouideamus, ne fascia ad partes decliuiores delabatur, nēue sur-  
sum tēdat ad gibbas, quas ipse suprā dixit *ἀπὸ*, id est, in extremitate tenuatas,  
quū inquit, [licet quidem benè scientem ad partes decliuēs, & quæ in extre-  
mitate tenuantur labi]. planè autē constat ex verbis ipsius, rectè id à nobis di-  
30 ctum esse, quod quæ nunc proponuntur, continuata illis sunt, quibus ait, [licet  
quidem benè scientē ad partes decliuēs, & quæ in extremitate tenuantur labi].  
quin & breuissimè sedes commemorauit idoneas, quibus fascia finiatur, duo-  
bus vocabulis eas comprehendēs, quū inquit, [quiescit, & cauum est]. Quie-  
scunt quæcunque extra articulum sunt, in vtroque ossium, quæ inter se cōmit-  
tuntur, vt, quod ad genu pertinet, quæ in femore sunt, aut crure, hæc siquidem  
magis caua sunt. Caua autem, *λαπαρά* dixit, partes significans, quarum con-  
trarius habitus est, atque extantiū, hoc est, quæ depressæ sunt ac desidūt. omne  
enim, quod cauum est, desidit. Propriè autem vox *λαπαρά*, inane significat, si-  
cut *λαπαίρει*, exinanire. nam illud *ἰλίου ὑπαλαπαίρει* ὅς τ' αἰεταίου πολλέθροισι, exinanire  
30 urbem Troiæ frequentem significat. *λαπαρά* item dicunt illas corporis partes,  
quæ inter costas nothas positiæ sunt, & ossa, quæ ad ilia pertinent. Iam verò o-  
mne quod desidit, *λαπαρά* appellant, translato vocabulo ab eo, quod commu-  
niter accidit. siquidem omne, quod vacuum est, necessariò desidit.

40 **C**onsentit autem cum capite humeri, fascia ad alteram alam demissa: cum  
inguine, ad alterum ilium: cum crure, super partem huius posteriorē, quæ  
carnosa prominēt. Quibus autem sursum labitur, ab inferiori parte suspēden-  
da est: quibus deorsum à superiori.

Vbi vinculum non eorum commoditate, quæ laboranti particulæ superim-  
ponuntur, sed propter se adhibetur, eo consilio primū potissimūq; injici-  
40 tur, vt affectam partem, & quo modo composita est, seruet, & ab inflāmatione  
tueatur, quod plenè ostensum est in opere de fracturis. sed quia præstare hæc  
vinculum nequit, nisi contineatur, ne ad superiora vel inferiora corporis pro-  
cedat, idcirco necesse est fascias dare ad partes integras: & vbi verisimile est  
vinculum totum sursum ferendum esse, à contrariā parte suspensum deorsum  
attrahere. In quibusdam igitur partibus à contrarijs suspendimus vtilius, sicut  
in capite humeri, & in inguine. exquisitiùs verò ait in capite humeri, nō ad al-  
terum humeri caput, sed ad alam: in inguine ad alterum ilium ducendam esse



fasciam. cum neque humeri caput, neq; nates fideliter seruare iuncturâ queant, 1  
sicut ala, atque ilia. Vocatur autem (vt mox retuli) *κατεδλς*, quod inter thoracem  
est, & os, quod ad ilia pertinet, ita dictum propterea, quod inane sit, hoc est, desi-  
dat. Iam verò cõstat consentire, quod *ἐμλαγαῖμ* dixit, positum fuisse pro cõgruere  
& conuenire. nam, qui benè factis cõsentiunt, non modò nihil cõtrâ faciunt, aut  
dicunt, sed perficiendi socij sunt, sic ex locis, quæ proposita sunt, alia, quum ad  
hæc quoque fascia pertineat, alia adiuuant. similiter & in crure, cuius partem,  
quæ carnosâ prominet, facili iunctura effugit, ad superiorem partem fascia vti-  
liter datur, vbi videlicet carnosam ipsius prominentiam vinculo comprehen-  
di necesse est. Locus similiter, qui iuxta talos est, fortiter vinculum continet, 10  
quum inter duas eminentias positus sit, nempe suræ, tibiæque extremitates,  
quas nonnulli perperam vocant *ἄσπρα ἄλγες*. idem quoque præstat superior locus  
per eam cruris partem, quæ posterior carnosâ prominet.

„ Vbi nihil tale est, quemadmodum in capite, quâ maximè æquale est, conti-  
neri fascia debet, & duci quàm minimè obliqua, vt postremò obnoluta,  
quâ valentissimè hæreat, vagos circuitus contineat.

Quâ ratione partes vinciri debeant, iuxta quas nulla talis sedes est, qualè in  
crure dixit, quibusue non est contraria pars altera, quemadmodum humeri ca-  
piti, & inguini, ostendit nominatim capitis mentionem faciens, iubetque quâ  
maximè æqualitas est, totam iuncturam contineri, nempe extremitatē in neu- 20  
tram partem inclinantē, rectam finiri, vel in fronte, vel in medio capite, vbi ea  
pars est, quæ *ῥέγμα* vocatur. nam, vbi ad mentum fascia ducitur, cõmodè fini-  
tur in medio capite attracta sic, vt nullo modo inclinet: vbi verò in orbe circũ-  
datur, in fronte similiter citra omnē inclinationem. nam, quæ sic circuit ad po-  
steriorem partem feretur, quâ occipitium est, quod inter collum est, & gibbâ à  
tergo caluariæ partē. Dixit autē postremò fasciam quàm minimè obliquè cir-  
cumagendâ esse, idcirco, quia priores ambitus, vt diuersis locis affectâ sedē in-  
uoluât, sæpius necesse est obliquos duci: sed postremus minimè obliquus prio-  
res continet, qui morbi causâ obliquè sunt adhibiti. hos itaq; constat hoc mo-  
do cõtētos immobiles permanere. Quemadmodum igitur in capite, & supra 30  
vel infra genu postremus circuitus seruari penitus sine inclinatione debet, sic  
in vinculis, quæ dantur ad inguen, vel humeri caput, vbi ad contrarias partes  
porrigere fasciam cogimur, extremi circuitus citra omnem inclinationē in or-  
bem esse debent, in ilibus quidē ab utrâq; parte, vbi deligare inguen volumus:  
ab utrâq; alâ, vbi caput humeri. quod similiter seruadū est in cubiti cõmissurâ.

„ Verum, vbi nec contineri, nec suspendi cõmodè potest, cõtineri filis de-  
bet, vel subiectis, vel ad futuram adhibitis.

Quod proponitur, huiusmodi est. in quibus vitijs, aut partibus difficulter  
extrema lintea continentur, aut suspenduntur, in his oportet filis, vel in orbem 40  
datis, vel futurâ adhibita ad extremū vinculum, efficere vt contineatur. Vtrum  
verò fieri possit, vt aliqua pars, quâ difficulter extremum linteam contineatur,  
& suspendatur, filum facili ferat, nihil cum expositoribus dicere possum: ne-  
scio autem an aliquæ sint partes, quæ huiusmodi iuncturam non sustineât, sed  
quosdam noui, qui, vbi paulum vitiata pars mota esset, intolerabili dolore pre-  
meretur, sicut is multo antè, cui, quum ex alto caderet, regio iuxta spinam icta  
est, ita, vt ne si paulum quidem moueretur, ferre magnitudinē doloris posset.  
necesse ergo fuit tunicâ illi primùm detrahère, non exuèdo, sed futuras omnes  
scindendo,

1 scindendo, deinde tradere hominem plurimis, qui totum corpus continerent, & suspenderent sic, ut in neutram partem inclinaret, tum extendere super lato scamno panniculū, lanæ hapsō superiniecto. quod imperauimus, ut, quum primum homo ab ijs, qui illum cōtinebant, à cubili attolleretur, celeriter super id imponeretur, subijcereturq; in latitudinē spinę hominis sublatis. nos verò alterum lanę hapsū, calido oleo madentē, vbi dēpta tunica fuit, spinę absq; morā subijcientes, super subiectum panniculum, cui alter hapsus lanæ superimpositus erat, hominē collocauimus. post hæc madētis hapsi extremitatum ab utrāque parte vnā ad priorē corporis partē adduximus, deinde super ipsas attraximus extrema sicci hapsi, tum lintei, quę futurā cōiūximus. Quod si non futurā, sed filis contineri quis iuncturā voluerit, primū illa sub pāniculo extēdat, oportet. hoc siquidē fieri nō debet vinculo iam iniecto, quod similiter in coxā cōuenit, tum in femore, in humero, & interdū in ceruicibus à posteriori parte.

\* Fasciæ mundæ, leues, molles, tenues.

Materiam nunc docet fasciarū, eas adhiberi iubens, mundas, leues, molles, tenues. mundas quidem, ne ob sordes sensum mordentium excitent, néue humorum, qui superinfunduntur, vim penetrare vsque cutem prohibeant: leues, ut vitiatius locus oneretur: tenues, ut leuiores sint, & molliores, faciliq; per eas transeat, quod infunditur: molles, ne premant. Cōstat autem hæc omnia ad id valere, ne inflammatio affectas partes inuadat.

\* Circumagendæ autem, vel ambabus manibus, vel utrāque in vicem.

Quod suprā dixerat cōmuniter de omnibus operibus chirurgiæ, præstari ea volens utrāq; manu, vel ambabus simul, id nūc de solā circūagendi ratione scripsit. huiusmodi enim manū exercitatio celeritati, quæ in dolore potissimum requiritur, magis est accōmodata. Ergo ambabus manibus simul circumagitur fascia, quæ in utrāq; partem attrahitur: cæterę, alterā tantum. sed & in his utrāq; in vicem fasciam prehēdit, nam, vbi in utrāq; partem attrahitur, ambæ eodem tēpore similiter agunt: in reliquis in vicem, altera maximā iuncturā partem efficit circumdans, cui ministerio vtiliter altera subseruit.

30 I Doneis verò vtendum, partium latitudine, crassitudinēque inspectā.

Imperat, ut idoneam fasciam inueniamus, partiū, quas deuincimus, latitudinem, crassitudinēq; intuiti. Sed, quum rectē fascia adhibeatur per ea, quę dicta sunt, in quibus docuit, vnde incipere debeat, quā ratione affectæ sedī circūdari, quasq; partes cū ipsā cōprehendere, tum quā finiri, & quomodo adhibere ibi nodum & filum expediat, scire conuenit nihil indicari ex his. siquidē nihil ex ijs, quæ proposita sunt ex partiū, quæ vinciuntur, latitudine, aut crassitudine colligitur, sed ex ipso morbo, & ex figurā partis, quā morbus occupat. nūc igitur par est ipsum tradere, quisnam sit profectus fasciarū, vbi partium, quę vinciuntur, latitudinē & crassitudinem attēdimus. hinc enim ipsorū linteorū longitudo ac latitudo intelligitur. Paruulo puero exempli causā cōsentaneum est fascias injiciēdas esse, quæ, quod ad lōgitudinem spectat, breues sint, quod ad latitudinē, angustæ, ut magnæ staturæ iuueni longas, & latas, proq; eorū proportionē ceteris corporibus, quę inter magna sunt, & parua. si quod enim corpus vinciat, quod penitus mediā inter utrāque latitudinē & crassitudinē habeat, fascias adhibemus, quod ad lōgitudinē & latitudinē attinet, medias inter eas, quibus ad magnū corpus, & quibus ad exiguū vsi sumus: sed si ad alterū extremū magis accedat, augētes vel minuētes pro eo illarū modū variabimus.



"Circuituum capita, dura, æqualia, distincta sint.

Vtraque fascia circuitum habet, & quæ laborantis corpori nondum circumdata est, & quæ locum affectum comprehendit. Capita verò fasciarum, quæcunque illa sint, utriusque communia sunt, seu capita nunc intelligantur principia fasciarum, seu fines, siue utraque, & præter hæc etiam extremitates in latitudinem, hæc omnia attinent ad utrumque fasciæ circuitum, ubi scilicet per se glomerata est, & ubi laborantis corpori obvoluta. quare hoc explicare nullo pacto difficile est, quavis de eo huius libri expositores inter se dissideant, vera enim oratio est, seu referatur ad glomeratam, seu ad eam, quæ corpori superdata est. Quin & omnes extremitates intelligimus, non, ut quidam æstimarunt, eas, quæ in longitudinem, 10 vel, ut alij, eas, quæ in latitudinem: illi ad solas fascias, quæ extra corpus sunt referentes: hi arctatum fasciæ circuitum indicari ab Hippocrate censentes. constat autem fasciam per se, priusquam corpori iniiciatur, arctatam esse. sic enim facilius prehædetur, quum & tenuior sit, & circuitus habeat tenuiores, eo quod in globum intenta coarctetur, quum adstringi aliter nequeat. sola verò capita adstringenda esse aperte falsum est, quum non hæc tantum, sed tota fascia debeat coarctari. Ergo velut in re ambigua id, quod sentio, iam explicabo. Capita intelligenda sunt omnes tam in longitudinem, quam latitudinem fasciæ extremitates: existimandumque est minus proprie dicta fuisse, dura, atque eadem de causa orationem esse obscuram. præfatus enim supra [fasciæ mundæ, leues, 20 molles] qui nunc rursus eas duras inquit? Equidem arbitror usum fuisse *σκληραί*, id est duræ, vocabulo rei, quæ significatur, accommodato. nam sæpius in extremitatibus linteorum, quæ quaternæ sunt, binæ in longitudinem, totidem in latitudinem, vel solum stamen conspicitur, cui subtegmen usque finem non connectitur, vel solum subtegmen sine stamine. est etiam interdum, ubi alterum eorum laxius extremam partem refidit, vel aliam partem refidit, aliam extat. In his igitur linteis circuituum capita molliora sunt, quam in quibus stamen & subtegmen perpetua usque ad finem procedunt. His, quæ hoc modo molles sunt, duræ aduerfantur (ut dixit) convenienter glomeratæ. satius autem fuisset dicere non molles, ut supra dixit de nodo [non magnum]. quæcunque enim media sunt in- 30 ter immodica (ut retuli) proferri negatione alterius exuperantiæ solent. capita igitur dura iure sic accipi potuerunt, tum quod nihil aliud, vel mediocriter probabile afferri possit, tum quod Hippocrates de huiusmodi errore circa linteum nullo alio loco pertractet. Æqualia significat ea, quæ tota sine ulla varietate similia sunt, id quod fit, ubi nulla pars lintei durior est aut latior, nulla ite mollior, aut angustior, cum ubi nihil deest, nihil corrosus est, (*συνήφαι* græci dicunt) sicuti videmus in telis, quarum textura inæqualis est. Distincta verò simplex est, altera duplex, atque implicata.

"Asura sanè deteriora sunt, quum citò cadunt: hæc autem sic, ut neque pre- 40 mant, neque decidunt.

Hæc loquendi ratio perturbata omnino est, quomodocunque accipiat verbum *ἀποσπέντα*, quo [cadunt] expressit, siue iuxta atticorum consuetudinem dictum existimemus, qui genitiuum participij pluralem pro tertiâ personâ pluralis imperatiui ponunt, cuiusmodi illud est *ἵπποι δ' ἐς ὀλίχους ἀρρίντας*: siue genitiui casus, cuius rectus sit *ἀποσπέντε*, oratio perturbata est. nam, si prius significatum admittamus, talis erit, [Casura deteriora citò cadant, vel si mauis cadat]

1 cadat] cū dictio, casura, neutri generis sit. hoc autem in numero multitudi-  
 nis acceptum græcè verbo iungitur tam singulari, quàm plurali: iuxta alterum  
 significatum, eiusmodi reddetur oratio [casura deteriora sunt, ipsis citò ca-  
 dentibus] sed satius fuit sic scripsisse [Casura sanè deteriora sunt, quū citò ca-  
 dunt]. Colligitur autem euidenter ex hac oratione, & alijs quibusdam, librum  
 hunc rudem adhuc editū fuisse, propterea quòd partim auctor ipse vnam vel  
 alteram literam prætermittendo, addendo, aut variando errauit, quema dmo-  
 dum plures scribunt: partim peccauit primus librarius, qui quædam ab auctore  
 obscuris literis scripta minùs perspicuus, non benè coniecit. adde, quòd litera  
 10 perierit, vel confusa fuerit abrupta charta, vel alio casu interueniente. fortasse  
 etiam alij errauerunt, literas præposterè componentes, & nonnulli veterè scri-  
 pturam immutantes. ex quibus omnibus fit, vt magnus errorum numerus, in  
 multis exemplaribus accumuletur. Hæc profectò vel semel habita, memoriâ te-  
 nenda sunt: in singulis enim erroribus eadē repetere lōgum est. Dantes autem  
 integra verba sic habere [Casura sanè deteriora sunt, quū citò cadunt] inqui-  
 remus, de quibus hæc dicantur, num de quibusdam corporis partibus casuris:  
 an de fascijs: an de ijs, quæ affectæ parti ad sanitatem comparādā imponun-  
 tur, qualia sunt cataplasmata, medicamina, linamenta, laquei. nāque extra hæc  
 tria genera nihil videtur ab ægrotantium corporibus posse cadere. quin & ab  
 20 ijs, qui librum hunc explanauerunt, sigillatim vnumquodque dictum est, non  
 tamen omnia tria, quanquā, si cui singula probabilia visâ fuerint, poterūt &  
 omnia videri. Equidem non alienum existimo accipere orationem hanc in li-  
 namentis, quæ, vel per se sæpiùs imponuntur vt ad sanguinis eruptionem, vel,  
 vt medicamenta excipiant, vel, vt eadem superdata contineant. expedit enim  
 prorsus ea decidere, at nō citò, sicut neque laqueos: sed, vbi suppuracione factâ  
 perfectè caro producta fuerit, & circa venas sanguinem fundentes increuerit.  
 At neque crustas etiā candēti ferramento, vel adurentibus medicamētis indu-  
 ctas conuenit citò cadere. Sed complura medicamenta, quæ partim liquida pu-  
 trescentibus partibus insunduntur, partim inspergūtur arida, partim ad lien-  
 30 sos dantur, & ad aquam inter cutem summopere prosunt, quū non celeriter  
 decidunt: medicamenta item, quæ, q̃ benè inhærescant, ἐχένολλα dicuntur, ad  
 alias partes, atque affectus imposita valdè proficiunt, si diutius cōtineantur ad  
 fracturas etiam, & ad humeri caput frequenter excidens, tum ad pedum, coxa-  
 rum, renum, omnium articulorum tormentum, capitūque dolorem acutū ex-  
 perti sumus admodū conferre, nisi citò decident. ē quibus quæcunq; dicun-  
 tur ἐχένολλα, cū itā glutinentur, vt vix resolui possint, & corpori inhærescant,  
 vinculum non requirunt: alia verò decidunt, nisi fascijs cōtineantur, de quibus  
 nunc loquitur. inquit igitur [hæc autem sic, vt neque premant, neque decidāt]  
 quasi itā scripserit, quæcunq; medicamenta non expedit citò cadere, itā vinci-  
 40 enda sunt, vt affectâ parte sub vinculo nō coactâ valenter teneantur, quod idē  
 significat ac non decident. In his igitur, quæ extrinsecus superdātur, satis ver-  
 ba hæc excussa sunt: consideremus tursus, num de partibus corporis, illud verè  
 dicatur [Casura sanè deteriora sunt, quū citò cadunt] nonnulli siquidem ora-  
 tionem hanc falsam existimant, quos fallunt partes putrescentes, quæ celeri-  
 ter excidantur necesse est. quod ipsum per se verum est, nihil tamen illi repu-  
 gnat, multū enim interest inter ea, quæ casura sunt, & quæ excidi debent. sæpè  
 enim ossis testa, vel squamula tempore decidit, quas præstat à naturâ cōpulsas



tempore paulatim abscedere, quàm sub irritantibus præsidij, aut sub instru-  
 mentis resoluentibus cadere. quæcunque enim subitâ vi extrahuntur, sinus fi-  
 stulis similes relinquunt: vbiunque casura subcrecente calloso quopiam, vel  
 carnofo remittuntur, locus quamprimùm plenus conspicitur, & celeriter ad ci-  
 catricem perducitur, si medicina modicè siccans, atq; adstringens adhibeatur.  
 Atqui nonnulla etiam nervosa, & à membranis non abhorrentia, sæpius exci-  
 dunt, paulatim tutò longo tempore suppurantia, quæ si cogantur vehementi-  
 bus medicamentis, id est acrioribus, vel si instrumento quopiam, seu digitis  
 nostris euellatur, reliquas partes afficiunt, inflammationem, febrem, delirium,  
 neruorum distentionem concitantia. Iam verò ad reliquum, nempe ad tertium  
 genus eorum, quæ cadere diximus, pergamus, hæc autem sunt (vt nonnulli cōci-  
 piunt) fasciæ, quas aiunt, vbi laxæ sunt, futurumq; omnino est, vt cadât, vtilius  
 longiori tempore cadere, sed hoc falsum est, siquidem, quæ malè affectis parti-  
 bus circumdatae sunt, satius est cadere quàm celerrimè, ne dum tempore: atque  
 aded expectare non debes, dum illæ cadant, sed citò ipse iuncturâ soluens rur-  
 sus moderatiùs deligare, quare nonnulli ex ijs, qui sic exponunt, fatètur expe-  
 ditius esse, laxas fascias citò cadere. Sed, quod ab Hippocrate effertur, præcisè  
 dicitur, nisi quiddâ aliud intelligatur, vt vniuersa oratio sit huiusmodi [casura,  
 quàm diutius manent, deteriora sunt ijs, quæ celeriter cadunt]. sed, si hoc detur  
 [cadere] minimè probabiliter refertur ad alias fascias. Equis tamdiu expectat  
 in ijs, quæ sponte sunt casura, cum possit celeriter soluere, & rectè deligare? alij  
 verò in contrariam partem inclinantes, veram quidem dixerunt orationē, sed  
 explanando verba contorserunt. nam, quí non contorta est hæc expositio? Ca-  
 sura deteriora sunt, quàm non casura, præstat tamē ea citò decidere, vt vna sen-  
 tia contineatur priori parte orationis hæcenus [casura deteriora sunt] & rursus  
 ab alio principio orsi legamus [ταχέως ἀποσπνται, hoc est citò cadant]. At con-  
 torta est (vt diximus) hæc expositio iuxta figuram loquutionis *συνάφῃ* appel-  
 latam. Adde quod si illud [casura sanè deteriora] in vniuersum accipiat, fal-  
 sum est, compluribus enim cadere bono est. melius est igitur (vt narrauimus)  
 orationem ad ea referre, quæ superimponuntur, & ad partes casuras: fascias  
 verò, & postremam expositionem reijcere.

.. **A**D quæ autem fasciæ spectant, vel quæ super alias dantur, vel quæ primæ  
 iniiciuntur, vel utræque.

Supplendum est, [hæc sunt] dein protinus legēdum [fasciæ, quæ primæ in-  
 ijiuntur, efficiunt, vt quæ abscesserunt, propellantur] & quæ sequuntur. [Spe-  
 ctant] dixit *ἔχεται* eo significans, quasi desiderant, & sibi vendicant, & spe-  
 ctant, quæ rursus omnia idem sibi volunt, nempe, quæ vinculi vires sint, quæ-  
 ue opera. Voco autem nunc opera, non operas, sed effecta, quomodo domus  
 opus est ædificatoris, fabri lectus, textoris vestimentum. In vinculis itaq; præ-  
 fertim quæ ad fracturas adhibentur, binæ fasciæ obuoluuntur, antequam pan-  
 ni iniiciantur, secundum hos reliquæ. Priores duas Hippocrates proprio no-  
 mine dixit *ἐπὶ τοῖς ὀστέοις*: iuncturam verò, quæ ex his fit, nuncupauit *ὀστέου*. Au-  
 diamus deinceps ipsum dicentem, quæ præstare possint tam illæ fasciæ, quæ  
 primò iniiciuntur, quàm fasciæ communiter. debuit autem primùm explicare  
 cuius gratiâ vincula à medicis iniiciātur, quomodo primùm partitus est, asse-  
 rens alia sanare, alia sanandi socia esse: tum quâ viâ iniectum vnumquodq; eo-  
 rum sanet. ad curationis enim consilium respiciētes idoneam iuncturam inue-  
 niemus.

1 niemus. indicabit autem consiliū valetudo, quæ curabitur. Hippocrates tamen non ita scripsit, sed hæcenus præfatus, qualem adhibere iuncturam debeamus, transit ad opera, & vires ipsius.

2 F Ascix, quæ primæ iniiciuntur, efficiunt, vt quæ abscesserunt, propellantur: hiantia coniungatur: contracta separatur: peruersa dirigatur: aut cõtraria.

Abcessisse nunc dicit, quæcunque corpore integro cū alijs partibus iungebantur, hæc, cū aduersa valetudo est, vnitatem & contactum nō ampliū retinent. Vnitas quidem abest omnibus fracturis, vlceribus, fissis, contusis: contactus verò abscessibus, sinibus, inflationibus, tumoribus. Hiantia dicit, quæ plurimum inter se recedunt, quod fit duobus modis, vel vbi ipsa tota, vel vbi oraduntaxat inter se distant. Ergo consilium curationis est, quæ abscesserunt propellere: hiantia coniungere: peruersa dirigere, quod communiter ad omnia superiora pertinet. græci hoc *ἐπὶ τοῖς ὀστέσιν*, & *διὰ τῶν ὀστέων* dicunt significantes, quæcunque aliquo modo excedant, in statum restituere moderatum. consilia igitur in vinculis adhibendis, hæc sunt: quanquam eorum vis non modò hæc præstat, sed interdum etiam contraria, cū rectè iniiciuntur, hæc: quū malè, contraria. Meritò igitur in extremâ oratione adiecit [aut contraria]. constituit enim ostendere, quid fascix, quæ primò iniiciuntur, efficiât, & non tantū de rectè adhibitis tractare. In principio sanè huius orationis [Ad quæ autē fascix spectant, vel quæ super alias dantur, vel quæ primæ iniiciuntur] loquitur de omni vinculo, non de optimo tantū: si quis tamen de optimo tantū velit ipsum agere, quod in extremâ oratione additur, hæc sententiam habebit. Sicut in habitu præter naturam alia diducta, hiantia alia, nonnulla peruersa conspiciuntur, sic videre licet alia vitia his cõtraria. corpore enim benè valente, quū moderata cuncta sint, omne vitium inde oritur, quòd moderatio corrumpitur. Ergo, sicut quæcunque naturali habitu sunt, vbi cum quibusdam continuantur, vel quædā contingunt, amissâ vnitatem, & contactu ægrotare, & habere præter naturam dicimus, ita etiam, quæ neque continuabantur, neque se contingebant, vnitas, & contactus morbo implicabit. quare, quū hæc contraria sint, vbi curentur, contraria consilia exigent. Illa verò videbuntur rationi repugnare, quæ contraria sunt peruersis, directaq; nuncupantur. oportebit enim, & hæc (quantum ex propositâ oratione colligitur) peruertere, qui effectus non ampliū est vinculi idonei, sed alieni. verū, si quis meminerit eorum, quæ ab Hippocrate de femore, & de humero traduntur, comperiet his rectum habitum præter naturam esse, quū secundū naturam in exteriorem & priorem partem gibba sint. Sed quendam hoc latuit, qui femur humerūque transuersum fractum, primò quidem rectum composuit, tum callo glutinādum in eo habitu deligauit: sed, quū naturalem ossium habitum animaduertet, eūque seruādum esse intelligeret, sentiens fractum os nondum callo solidatum, aquâ calidâ per-

40 fudit oleo copiosè adiecto, dein vehemēter extendens, primò quidem perfregit, vt initio fractum fuit, tum naturali figurâ seruata composuit, post hæc ita figuratum naturæ commisit callo glutinādum. Quare verū est non solum imprudentes medicos ob alienum vinculum contrariam vtilitatem superioribus afferre, sed optimos etiam de industriâ. quoniam, quæ præter naturam duplicata sunt, ad contrarias partes conuertunt: in ijs, quæ coalescunt, cõiunctionem soluunt. videmus enim quibusdam exulceratos digitos cohærere, ita labra, & palpebras. Spectare igitur hæc oportet in huiusmodi vitiorum curatione, quo-



rum singulorum propriam iuncturam subiicit, primò proximis verbis agens, i  
quâ viâ parari fasciæ debeant.

„ I Am verò fasciæ parentur leues, tenues, molles, munda, lata, sine futuris, sine  
„ eminentijs, ita valentes, ne extentæ rumpantur, & paulo ampliùs, non sicca,  
„ sed eo humore madentes, qui singulis sit idoneus.

Scripsit iam antè de fascijs, sed mutila quædâ, ex quo colligitur librum hûc,  
neque ab Hippocrate fuisse adeò politè limatum, vt edi posset, neq; à filijs. ne-  
mo enim post obitum Hippocratis eadem, vel breuissimâ etiam oratione at-  
tigisset, sed vel hæc, vel quæ antè proposita sunt, rescuisset. dixit enim superiùs  
[fasciæ munda, leues, molles, tenues] nunc adiungit opus etiâ esse, vt lata sint, 10  
sine futuris, sine eminentijs, tum valentes, non solùm sic, vt non rumpantur,  
quàm vehemētius extenduntur, sed eo etiâ ampliùs, hoc est validæ sint, & fir-  
mæ, quo fidelius teneat. Præcipit autem, vt sine futuris sint inæqualiter promi-  
nentibus, & sine eminentijs, quæ sunt in ijs, quæ texuntur, interdû de industriâ,  
interdum inuito textore, oblongis quibusdâ extâtibus, modò ex ipso subte-  
gmine, modò etiam ex purpurâ. sed & fœminæ in ijs, quas vocât *παρυφας*, datâ  
operâ omnino hoc faciunt, quæ omnia cauere iubet. At quod inquit [fasciæ pa-  
rentur lata] ijs annumerari potest, quæ minus accuratè proferuntur. nam, si an-  
gustis comparentur, poterit quis redarguere, conferens eas cum ijs, quæ iusto  
latiores sunt: sed si ad moderatas, quod à moderato in vtramvis partem rece- 20  
dit, siue amplius sit, siue minus, id omne vitiosum est. Quorsum adhibeantur,  
tenues, leues, molles, munda, superiùs dictum est. quod addit [non sicca, sed eo  
humore madida, qui singulis sit idoneus] ad fascias quoq; refertur. quo autem  
motus argumêto id præcipiat, euidentissimum est. in nullo enim vinculo sic-  
cas admouêdas censet, sed ex eo humore madefactas, qui *παρυφας*, hoc est ido-  
neus sit singulis vitiis, quæ curantur. Siquidem cerato liquido simplici, & quod  
picem habeat, & vino nigro austero madefieri has docuit in opere de fractu-  
ris, & de articulis. Quòd si iniiciantur sicca, præterquam quòd eâ ope carent,  
quam afferunt madefacta, comprimêdo ipsas partes, quibus superdantur, ea-  
rum calorem augent, atq; eâ de causâ proximorû locorum humores euocat ad 30  
sedem affectâ, quod cû tumores excitet, cuius constat maximo esse detrimêto.

„ Q Væ abscefferunt quidem, eatenus, vt quæ sublimia sunt, sed e contingant:  
„ at non premant. incipiendum verò à parte sanâ, & quâ vlcus est finien-  
„ dum, vt quod subest, effundatur, neque aliud vltra coëat.

Siue fracti ossis partes præter naturam inter se recesserint, siue quæ coniuncta  
sunt, inter se dehiscant, siue magnum vulnus sit, coniungêda sunt, dum se tan-  
gant, non tamen vrgeant. quâdoquidem partes, quæ sic deligarentur, inflama-  
tio & dolor inuaderet. De his autem nunc potissimùm loquitur, quæ ventricu-  
li nuncupâtur, id quæ exempli causâ, hoc enim ipse explanauit in sequentibus.  
Illud verò [eatenus, vt quæ sublimia sunt, sed e contingant, at nō premât] com- 40  
muniter refertur ad alia omnia, quorum naturalis contactus, vel coniunctio so-  
luta est: sed, quæ proximè subiicit, cû inquit [incipiendû verò à parte sanâ, &  
quâ vlcus est, finiedum] patet de tumoribus dictum esse. ab ijs enim saniem ef-  
fundi oportet, & glutinationis tempore nullum succum cōcurrere ad partem.  
quod sanè continget, vbi imum sinum adstringamus, dum comprimatur: tum  
paulatim vinculum laxemus, vsque ad os sinus, quod seruari apertum debet, &  
deuexum. sinus itaque, vbi puros rediderimus, glutinare volentes, eâ ratione  
deligabimus.

1 deligabimus. At vbi latum os scapularum summum à iugulo recesserit, sublimior ipsius pars valèter comprimi, & cogi debet, nullum enim afferet incommodum eiusmodi pressus, quemadmodum, vbi iugulo comminuto altera pars eius sublimior sit, minus tamen comprimemus hanc quàm latum scapularū os summum, alias insuper fracturas minimū, veriti ipsam inflammationē. Nos itaque de omnibus, quæ abscesserunt, locuti sumus, Hippocrates autē exempli causā de solis sinibus, in quibus deligandis, moderationem apertè docuit, cum ait [quæ sublimia sunt] hoc est, quæ abscesserunt [sedem contingant, at nō premant] sedē videlicet id nuncupās, quod abscedenti corpori subiectum est. per-

10 petuō autem debet inhærescere, infiderēque quod admouetur. siquidē priusquam partes se contingant, nullo modo possunt inter se glutinari, glutinantur enim, cum se contingunt, & non vrgent. In aperto sanè est neminem simpliciter imperaturum, vt sinus, qui glutinatione indigēt, itā vinciantur, cum primò vindicādi sint ab inflammatione, dein purgandi, aut siccandi: præterea si quid carnis tabuerit, reficiendum: at nec fissa, nec contusa, quæ ad vlcera simul & sinus spectant, per propositum vinculum conuenit purgare, quum primò incidunt, sed simul atque inflammatione vacant, & sicca sunt. In vtrisque autē dixit cōtinui solutione carnosas partes affligari, cum eo quod aliquid sanguinis inter eas subsistit, quod commune est abscessus & sinus. pars enim, quæ sic affi-

20 citur, quousque aperta non est, abscedere dicitur, idque vitium nominatur abscessus. Verūm, si quā aperiatur, vt humor, qui receptus est, exitum habeat, vitium iam nō ampliùs abscessus, sed sinus vocatur. Omnia igitur hæc mala perpetuō iuncturam postulant, cæterum nō perpetuō similem. quoniam superueniente inflāmatione iunctura ne per se quidem expetitur, sicut neque vbi suppuratio fit: quum sinus iam est factus, & caro increuit, moderatā admodū opus est, itā, vt quæ abscedunt, sedem non contingāt, per eos enim demittenda sunt purgantia, & aperiencia medicamēta: vbi glutinādī tempus est, quod Hippocrates nunc agit, necessaria est vincendi ratio, quam tradidit. Sed neminē decipi velim existimantē velle Hippocratem sinus omnes itā deligari. ostensum

30 enim est non omnes, sed quibus nullum aliud accessit malū, nempe, quum nec inflāmatio est, nec putrescit caro, nec sordes aut succus subsistit. quoniam ipsi vnius generis soli per se suam curationem admittunt. Hęc autem abundè fuerunt à nobis diffinita in libris de ratione curandi.

„ **A** Tqui obligentur recta rectè, obliqua obliquè, eo modo figurata, & quominimè lædantur, & quo fasciæ non premant, nō laxētur, quem habitum „ non mutabunt, quum suspendendi, aut collocandi causā mouenda erunt: sed „ similiter hæc omnia se habebunt muscoli, venæ, nerui, ossa, benè contenta, & „ benè suspensa.

Recta & obliqua nunc dicit non partes corporis, sed abscedētia, de quibus

40 agit exemplo dūtaxat sinus adducto, qui ad lōgitudinem eius, in quo fit, relictus, prorsum vel rectus est, vel obliquus. Rectum igitur nūc intellige decliuem, obliquum verò eū, qui talis non est. Vocauit autem rectū sinum, cuius os in inferioribus partibus situm est, imum in superioribus: obliquum verò, vbi spectat ad latera. Verūtamen fiunt etiam sinus, quorū situs his cōtrarius est, quippe quorum imum ab inferiori parte sit, os à superiori, quos, vt detur exitus saniei, imos aperire rursus oportet. quod si os ab inferiori parte penitus non fuerit, sed à latere, necesse est commodum partis habitum & vinciedī modum, vt



inde sanies excernatur inuenire. tanta enim in talibus est habitus vis, vt saepe-  
 numero nos, eo variato, os, quod à superiori parte videbatur, in inferiori collo-  
 cauerimus. Femur itaq; in quo sinus versabatur, os habens prope inguē, innum  
 prope genu, sanauimus, quū ita figuraremus, vt inguen genu superius esset,  
 quod facile cessit, ac sine dolore popliti subiecto puluino molli: eādem quoque  
 viā sinus in posteriori parte cruris, quæ carnosā prominēt, quorum os popliti  
 finitimum erat, ad sanitatem perduximus, extremū pedem sublimiorē poplite  
 collocantes: brachium præterea sinu detentum mitellā suspendentes, sæpē cu-  
 rauimus, manum cubito altiorē constituentes: cubiti articulo similiter offenso,  
 sic, vt sinus iuxta ipsum insidens à superiori parte humerum, ab inferiori bra-  
 chium occupet, maximè accommodatur, qui nūc dictus est habitus, in quo ar-  
 ticulus utroque osse humilior collocatur, cubiti scilicet & humeri, in quo casu,  
 duabus vtimur fascijs, quarum vtraque à vitio orsa ad os, quod in articulo est,  
 finitur. Ergo, vbi sinus rectus omnino sit, iūcturam adhibebis, quæ in neutram  
 partem inclinet, perinde, ac si fractum membrum deuincias, quod rectum de-  
 beat contineri: sed, si ad latus conuertatur, vinculum æquē eodem spectet, & is  
 habitus seruetur, quo sanies exitum habeat. deligare autem debemus affectam  
 partem in eo statu, quo continenda est, scientes ea, quæ mutantur magnopere  
 lædi, ita, vt necesse sit, nonnulla ex his, quæ attollebantur, sub sidere, quædam,  
 quæ deprimebantur, assurgere, quo necessariò fiet, vt quæ attolluntur, vrgean-  
 tur à fascijs, quæ subsidunt, cū fasciæ relaxētur, non contineantur. Dixit au-  
 tem Hippocrates in fascijs, quæ premunt ἀπὸ φρυγῆ, in ijs, quæ laxantur, ἀπὸ σα-  
 σπ, imperauitque, vt propriam sinui iūcturam iniiciamus, cum habitum deli-  
 gentes, sub quo neque fasciæ premant, neque laxentur. nam, vbi laxentur, co-  
 guntur affectæ partes mutari. Quod si vinciēdi tempore simpliciter obliquum  
 finum duntaxat spectemus, obliquam iūcturam admovebimus in eo habitu,  
 in quo durare vitiatæ partes non possunt, vbi contineantur, aut suspendantur.  
 vbi autem alligatæ partes moueantur, nonnullæ adstringentur, nonnullæ laxa-  
 buntur. quæ in figurādo mutantur, ipse nominatim exposuit, cū inquit [mu-  
 sculi, venæ, nerui, ossa] his enim continetur corporis moles. Intelligēdæ autem  
 venæ sunt iuxta maiorum consuetudinem, non solū, quæ nunc venæ nūcu-  
 pantur, sed etiamnum arteriæ. Mens igitur totius orationis hæc est, cuius sin-  
 gula verba non admodum obscura sunt, fortasse tamē non ab re fuerit ea pau-  
 cis declarare. ἀνὰ λιν, hoc est suspendēdi vocabulum accipit in brachio, quod,  
 vbi deligatū est, collocatur in mitellā, quæ à cubito ad manum excipiēs, ipsum  
 sustineat: ἡσυχας, hoc est continēdi in crure. Patet autem id, quod suspenditur  
 comprehendī sub genere eorum, quæ continētur. In fine orationis [bene con-  
 tenta] ὡς δεῖτα dixit, [bene suspēsa] ὡς δεῖτα, illud ad crura, hoc ad brachia refertur.

” T Vm eo modo figurata suspendantur, & iaceant, quo minimè lædant, &  
 ” secundum naturam sint.

Non aliud est, quod minimè lædit, q̃ quod secundū naturam est: sed vni &  
 eidem contingit secundum naturā esse, & minimè ledere. quid hoc sit in ope-  
 re de fracturis satis ab ipso expositum est. quod & hīc etiā suo loco exponetur.

” Q Væ verò non abcefferunt, contrariā ratione.  
 Quidam adiectā negandi particulā [non] scripserunt [Quæ verò non  
 abcefferunt] asseruntque, vbi abcefferit aliquid, vtēdum esse vinciēdi ratione  
 superius positā, vbi non abcefferit, contrariā. Ratio superius posita, incipiebat  
 à parte

1 à parte sanâ, & super vlcus definebat, coarctâdi vim remittens. contraria igitur incipiet ab vlcere ac fracturâ, & superius procedet laxius adstringens. Sed qui verba hæc declarât citra negationē scripta, cōmonere ipsum aiunt, vt, vbi operam damus, vt quæ præter naturâ cōtracta sunt, aut cōmissa, abscedât, superio-rem vincendi rationē immutemus. Perspicuū autē est, vbi ea, quæ admodum inter se iuncta sunt, quocūq; modo nō conueniēter inter se cōcurrerint, deducere volumus, cōtrariâ vinciēdi ratione opus esse. quin & in multis magnis vulneribus, in quibus, imâ parte nō sanescēte, cutis agglutinatur, vel ex duplicatis oris altera super alterâ excedit, item ad similitudinē orarū cutis, in illis fractu-  
 10 ris, vbi fracti ossis extremitates altè sunt diductæ, quæ concurrerunt, abscedere debere, id quoq; in aperto est. quod ipsum illis quidem ossibus accidit, quæ intrinsecus multum caua sunt. Hęc quidē per se vtilia esse certò scimus, quæ quis nunc reprehēdere posset, vt malè adducta, eo q̃ propositis verbis nullo modo accōmodentur, ita enim habent[quæ verò abscesserunt cōtrariâ ratione] at nō idem significatur his verbis[quæ verò abscesserūt] atq; illis, [quæ verò vt abscedant, operam damus] debuerunt hi sicut priores negationem preponere verbo [abscesserūt] sicq; orationē suæ sententiæ consonā reddidissent, scripturâq; ita mutatâ potuissent suo iure exponere, nam, si ita habeat, vt nunc habet, eorū explanatio aliena est. Ne putes igitur hîc de ijs tractari, quæ operâ damus, vt ab-  
 20 scedant, hæc siquidē in sequētibus ostendet: sed de ijs, quæ abscedūt, & nondū perfectè abscesserunt, vel quâuis perfectè abscesserint, nōdum tamen versa sunt in sinum. amant enim hæc primò curationē, quæ dolorem leniat, concoquat, & pus moueat: sed postq̃ ad suppurationem venerunt aperiēda sunt, vt exitū habeant, tum si quæ remaneāt inflammationis reliquæ, quâ parte continetur pus, quod effunditur, solnēdū sunt ex toto: deinde (vt posui) siccare cōuenit, & carnem producere: quibus factis, vbi vnus ipse relinquitur sinus nulli vitio iūctus, ac neq; inflāmatio est, nec sordes, nec superat humor, aut deest caro, ad glutinātionem veniendū. Ergo nihil mirū est, si iubet contraria fieri in his, quæ abscedūt. nouit enim quilibet, qui medicinalē artem professus in operibus eius ver-  
 30 satus sit, abscessibus, qui maturari possunt, inimicum esse, si quid eius humoris in pus versum effundatur, magis enim ad rem pertinet, expeditiūsq; est intus subsistētē reliquum iuuare. in quo casu affecta pars, quod ad morbū attinet, vinculū nō requirit, cū hoc abhibeatur, nō quo per se curet, sed quo iuuēt curantia. Distat ergo abscedentiū curatio à totis sinibus, in abscessibus enim expedit priusq̃ ad maturitatē peruenerint, nihil effundi: cōtrâ in sinibus, excretis omnibus nihil intus relinqui. Præterea abscessibus nullo ore prorsus est opus: sinus os requirunt, idq; apertū. Itē quæ abscedūt, sub calido cataplasmate, & mæfaciendi vim habēte coqui debēt: sinus per vehemēter siccātia puros reddere, siccōsq; oportet. Ad hæc sinus proposito vinculo curātur: abscessus nō alio  
 40 nomine vinculū postulant, q̃ sanātū præsidiōrū cōmoditate. Sed Asclepiades illud. [quæ verò abscesserūt cōtrariâ ratione] referēs ad vinculū, eius mētē vniuersam esse autumat. Quod si partē sic figuratā deligaueris, vt fasciæ neq; premāt, neq; laxētur, hoc totū secūdū naturā est: in ijs verò fascijs, quæ abscesserūt cōtraria effcito, hoc est cōtrario modo figurans deuincito. Scribit autē ad verbū sic [Si quo modo parte figuratā vinculū abscedat cōtrario figuratā alligato, vt si, vbi extēto cubito humerū deuinxeris, fascia nō maneat, sed recedat, cōtrâ, atq; vbi extētus erat figurato, hoc est cubitum inflectēs ipsum denuo vincito.]



quoniam verò secundum naturalem habitum crura extenta sunt, si, quem ijs curuatis deinxisti, extēdere ipsa iusseris, cum musculi locū mutent, diducetur fascia ab illis locis, à quibus musculi recesserunt, q̄ contrario modo figurentur, atq; vbi curuata erāt. siquidem crura extēta vincieda sunt, eoq; modo figurata cōtinenda]. Haecenus Asclepiades, p̄ximū iam est, vt ad alia verba trāseamus.

» **V**bi verò hiantia coniungenda sint, in ceteris eodem modo, tantū ab v-  
» terioribus aliquid adducēdum erit, & paulatim cōprimendū. primò qui-  
» dem minimum, deinde magis, maxima compressio contactu terminetur.

Reducamus in memoriā, id, quod summātim Hippocrates à fascijs, quę pri-  
mā inijciuntur, fieri dixit his verbis, quorum principiū est [Fasciā, quę primā  
inijciuntur, efficiunt, vt abscedentia propellātur] tum ea, quę haecenus ab ipso  
prodita sunt. supplebimus enim hāc viā id, quod p̄positę orationi videtur de-  
esse, sic, vt eo adiecto talis fiat [Vbi verò hiantia coniungere oportet, in ceteris  
eadē agemus, tantū ab vterioribus aliquid adducemus] & quę sequūtur. Hiā-  
tia verò nunc ab ipso dici existimandū est, quę, p̄terquā q̄ vltra debitū inter  
se recedūt, vtrāq; etiā oram habēt in exteriorē partem cōuersam, quod in vul-  
neribus fieri cōstat, vehementi interdū inflāmatione accedente, vbi cum carne  
altē admodum vulneratā trāsuersus musculus incidatur, deinde nō glutinetur,  
iungaturq; sed magna inflāmatio sequatur, sub quā extenta cutis vtrinque  
proximā oram attrahat, ab vtrāque parte vulnus hīabit. Eiusmodi figuram reprę-  
sentant labra inflāmata palpebrę, & cutis, quę glandem tegit: in capite etiam  
cū aperta cutis est, vt locus terebrę sit, adiectā inflāmatione hiantii speciem  
videmus, idq; sæpius accidit, potissimū, vbi cute coactā spaciū, quod in medio  
est, linamētis implemus. id quod interdum facimus, vbi, aut musculorū vulnus  
transuersum altē infederit, aut sanguis eruperit, lintea carpta (quę *μοσχῶν* vocāt,  
id est linamenta) inserētes, atque vbi timemus, ne cutis sanescat, vtrinque con-  
tracti musculi partibus nō glutinatis. Postulāt sanē cūcta hęc vitia & alia prę-  
sidia, quę inflāmationem submoueāt, verū ipse nunc non quālibet cuiusque  
morbi curationē exequitur, sed eam, quę propriē vocatur chirurgia. Hiātium  
igitur vinculū idem est, quod abscedētiū, quod ad reliqua spectat, orsum enim  
à parte sanā paulatim ad cutem venit apertē vlceratā, sed eo distat, q̄ in his ab  
vterioribus incipit, q̄ in abscedentibus, quodque cōpressionem intēdit vsque  
ad hiatū. In sinibus igitur vinculū ab imo incipiebat: at in hiantibus non rectē  
inde orditur, vbi quasi radix est, sed lōgius à parte sanā. p̄terea cutē paulatim  
adducit ad vlcus, quā cōpressionem non remittit, sed paulatim intētum primo  
ambitu cutē premit, deinde magis. Vocabulū [primo] nōnulli accipiunt in vno  
vinculo, nonnulli in pluribus. q̄ si ad vnū referatur, notabit vinculi principiū:  
sin ad plures, primū vinculum vniuersum ostēdet. vtrūque autem verē dicitur  
aliter in alijs affectibus, nō genere, sed magnitudine inter se discrepantibus, si-  
quidem oras leuius in exteriorē partem cōuersas vno tantū vinculo reducere  
ad naturalē habitum conabimur: vbi ampliūs hient, vi non cogemus, cū pri-  
mò deligabimus, tunc enim magis ad rem pertinet insistere inflāmationi, q̄  
cōponere hiātia. Adijcitur autē postremis verbis [maxima cōpressio contactu  
terminetur] quoniam hiantia magis adduci possunt, q̄ vt se cōtingant, sed vbi sic  
adducta sunt, alterum altero vrgetur, & dolet, eoque ipsorum inflāmatio auge-  
tur. ducenda ergo sunt, quę hiant, vt se contingant, sed non vltra id. Hęc autē  
scriptura dupliciter legitur, in quibusdam exemplaribus [maxima compressio  
contactu

1 contactu terminetur] quā agnouit Asclepiades: in alijs autem [maior compressio cōtractu terminetur]. quæ [maxima] habet, sicut potior est, itā etiā vetustior.

2 IN diducendis ijs, quæ contracta sunt, si inflammatio est, cōtrariā ratione uti oportet: si ea non est, præparatione eādē, sed vinculo contrario.

Contraria ratio est contractionis, atq; hiatus, siquid ē sub hoc labra plurimū inter se in cōtrarias sedes recedunt, sic, ut alterū in dextram partē, reliquum in sinistrā cōuertatur: contrā itā inter se cōcurrunt quæ contracta sunt, ut vel vnū alteri insidat, vel inter se duplicētur quodāmodo, vel instar eorū, quæ inuoluta sunt, implicētur, id, quod interdū ob inflātionem accidit, non aliter q̃ contrarium malū, sub quo hiantis corporis partes plurimū inter se diductæ in cōtrarias sedes recedunt. neq; mirū est, si ab eodē morbo inflātionem videlicet, hi cōtrarij casus oriūtur, cum non iisdē particulis vehementer inflāmati vtrūq; accidat, ut hient & cōtrahātur. in oculis enim, vbi exteriorē palpebrarū cutem ingens inflātio malē habeat, & intētionē quadā proximum locum afficiat, palpebra ob inflātionē intenta, in exteriorē partem conuersa apertē deprehenditur: vbi non cutis, sed interior tunica, quæ vsque ad nigrū oculi pertinet, valde inflāmetur, palpebra tunc in interiorem partē trahitur. quæ res, cum ambabus accidit palpebris, morbū facit, quē *χλωσις* dicunt, sub quo aperire æger oculum nō potest. quod vitij genus labris interdū incidit, tum cuti, quæ glandem tegit, & ano, quorū causa eadem est, exteriores enim eorū partes inflātionis vi in interiora vertuntur. eadē vitia & in fœminarū naturalibus versantur. simile quoddā accidit & vulneribus, & ijs, quæ vtcunq; vlcērātur, interioribus enim partibus inflāmati peruertuntur vlcērū labra in interiorē partē: sed concidunt etiā intrō, in quo casu extenuari & emacrescere ac putrescere eadē labra necesse est. nā, quī aliter fieri posset, ut promptē introrsum cōuerterētur? Deficit etiā pars interior, vel q̃ non subministratur alimētum, quæ res ad tabē perducit, vel q̃ subiectæ carnis scalpelli operā plus iusto excisum fuerit, vel q̃ putrescens absumatur. Ergo huiusmodi affectibus succurrit idoneū vinculum, quod vbi inflātio accedat, nō solum per se non iuuat, sed onere etiam lædit.

30 Adhibetur autem cōmoditate medicamentorū inflātionem curātium. quod spectās dixit Hippocrates debere nos, quæ cōtracta sunt diducentes, vbi inflātio quidē est contraria ratione iuuare, hoc est à vinculo cauētes. quoniā, nisi magna necessitas vrgeat, ut quædā teneantur inflāmati partibus superiniecta, nullo modo deuincimus, cumq; hæc cōfidimus posse sine vinculo manere fascias ad continēdum non iniicimus. Accipimus autē lintea q̃tenuissima, & leuissima, ac circuitibus, quantū fieri potest, rarissimis, vel vno tātūm etiā cōtenti sumus, quæ res plures medicos latuit inflāmati partibus, quā tumor esset, super cataplasmata imponētes duos & graues panniculos, multā lanā, plures fascias, quæ per se omnia sunt inflātionibus aliena, cum onere potissimū offendantur.

40 Iam verò in ijs, quæ citra inflātionem contracta sunt, iubet, ut fasciarum præparatio eadē sit, quæ prius: vinculum verò contrariū, atque in hiantibus. siquidem in illis fasciā longē orsa, à parte sanā, euoluta ad ipsū hiatū procedebat, paulatimq; compressio eius intendebatur: at in contractis ab affecto loco incipientes fasciam euoluimus super cutē, quæ iuxta est. Adiungi verò hīc debet, quod ab Hippocrate prætermittitur, ut qui non cōstituerit ipsorum, quos memorat, affectuum vniuersam curationē docere, sed eam duntaxat, quæ manu adhibetur. nos verò ut sermo absoluator, quod restat adscribemus. Vbi quid



eorum, quæ cōtracta sunt (vt dictū est) diduxerimus subiectū locū, in quē labra  
inciderūt, implere linamentis debemus, vel idoneo medicamēto, donec cōtra-  
ctæ partes proximę cuti æquentur, tum propositā vinciedī rationē admouere.

” Irigere item vbi peruersa oporteat, cætera fieri eadem debēt. In ijs autem,  
quæ recesserunt, adducendis, vincire opus est per fascias, quæ primò ini-  
” ciuntur, tum glutinare, atque suspendere, in contrarijs verò contrā.

Corpus peruertitur, vbi aliquid suā sede, modò in exteriora corporis, modò  
intrò in spaciū quodpiam laxius mouetur, quemadmodum in naso, qui, si quid  
vel ossis, vel cartilaginis in exteriorē partem recedat, ab exteriori parte deprauatur: sin in foramen interius, ab interiori, ad cuius exemplum reliquæ partes  
peruertuntur. Cōstat autē & in ijs cōmune cuiusq; curationis consiliū præsti-  
dia ostensurū. est autem cōmune vbiq; consiliū contrarijs contraria curare,  
quocirca nunc etiam, quæ recesserūt, & per alia auxilia (de quibus tractare nūc  
propositum non est) & per fascias coniungēda sunt. docuit autē ipse deligandi  
modos huc pertinētes, iuncturā (vt ipse antea scripsit) ad ea quæ abscesserūt, quæ  
hiant, & quæ contracta sunt: glutinationē, vt in opere de articulis ad nasum &  
maxillam: suspendendi rationē, quemadmodū, vbi in libro de fracturis inquit  
[Quod si vtroq; osse cōminuto, vel eo, quod subiectum est tantum, deligatum  
brachiū mitellā suspēdatur, eaq; plurima circa fracturā detur, partes verò hinc  
atq; hinc suspensæ sint, homini necesse est os ad superiora peruerti: sin ossibus  
sic fractis, mitella manum duntaxat, & cubitū excipiat, reliquū verò brachium  
suspensum sit, deprauatū spectabit deorsum. debet ergo brachiū suspendi per  
mitellā latam mollēq; multū brachij cū primā palmæ parte æqualiter sustinē-  
tem]. Hæc igitur verba alienā suspēdendi rationē, deprauantemq; indicantia,  
deprauatorū quoq; curationē demonstrāt. Demus brachiū cuiuspiā in inferiora  
peruerti, suspendendū erit mitellā angustā ab inferiori parte exceptū: at si sur-  
sum intendēs deprauetur, eā vtendū erit suspendendi ratione, quæ in inferiora  
peruertit, per quā & regione iuxta primā palmæ partē, & cubito mitellā com-  
prehensus, quod inter hæc est, nullā re fulcitur. Cōsimili modo, vbi prima pal-  
mæ pars in superiora conuertatur, iuncturā adhibebimus, quæ deorsum incli-  
net, hanc complexi, quæ in viciniā cubiti sunt, alterā extremitatē à primā palmæ  
parte sine sulcturā relinquimus. itidem cubitum in superiorem partem inten-  
dentem sic suspēdemus, vt ipsum sine sulcturā relinquamus. quæ suspendendi  
ratio efficiebat, vt, cū nondū peruersus esset in inferiorē partem inclinaretur.  
Sed (vt summatim dicam) quæcunque deprauare possunt, quæ deprauata non  
sunt, eadem dirigūt, quæ in contrariā partem sunt peruersa. Ad horum autem  
similitudinem deprauantur, dirigunturq; quæ in femore, & quæ in crure, cū  
totum crus iacet. quod enim in brachio efficit suspendendi ratio, id iacendi in  
crure. sed supplere oportet [iacere] vbi Hippocrates inquit [suspendere]. Illud  
autē in fine sermonis [in contrarijs verò contrā] potest ad prædictos deligandi  
modos referri, intelligemus enim ipsum velle vitia, quæ ijs contraria sunt, con-  
trario modo vincēta curari, hoc est iis, quæ peruertunt ea, quæ præter naturam  
recta sunt, quorum in superioribus mentionem feci.

FINIS COMMENTARII SECVNDI  
GALENI IN HIPPOCRATEM  
DE OFFICINA MEDICI

Galenī

# Galenus in Hippocratem de officina

MEDICI COMMENTARIUS TERTIUS, VIDO  
VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.



N fracturis, quod ad pannorū attinet longitudinem, latitudi-  
nem, crassitudinē, numerum, lōgītudo quidē, vinculi longitu-  
dinē æquet: latitudo trium sit, vel quatuor digitorū: quod ve-  
rō attinet ad crassitudinē, triplices dētur aut quadruplices: tot  
autē numero, vt neq; plures sint, neq; pauciores, q̃ vt ambiāt.

Scripsit in opere de officinā medici, primō de naturalibus  
iudicandi potentijs, quibus vniuersi homines & ad tractationē omniū artium,  
& ad totius vitæ rationē vtuntur, necessariæ siquidē fuerunt, nō solū ad pro-  
positam medicinæ partē, quæ manu medetur, sed ad omnes in medicinā mor-  
borum notas (σημείωσις græcè vocātur) quæ sanē iudicādi potentijs discernūtur:  
proximē in proposito opere docuit, quibus constet medicinæ pars, quæ manu  
curat: tertiō, qualē adhibere vincendi rationē debeamus, tum ab affectū partis  
naturā, tum ab ipso affectu indicium sumentes. In propositis autem verbis de  
fracturis agit, quæ spectant ad cōmune vitium continui solutionē. sic enim ego  
solitus sum hoc morbi genus appellare: sed Hippocrates corpota, quæ huius-  
modi malo torquentur, abscedētia dicit, quare & malum non iniuriā abscessus  
nuncupabitur, siēq; abscessus morbi quādā species, quā græci ἀπὸ σπασίου propriē  
vocant & ἀπὸ σπασίου. Hæc diximus, vt in memoriā redigeremus, quæ in superiori  
expositione narrauimus: sed iam pergamus ad reliqua. De fracturis verba faci-  
ens, pannos ante omnia proponit, iubens, vt horū longitudo sit equalis vincu-  
lo, quod cōstat ex fascijs, quæ primō iniiciūtur, cū eo nomine illi adhibeātur,  
vt has fulciāt, atque immobiles teneāt: latitudo trium, aut quatuor digitorum,  
hominis videlicet qui deligatur: tum quod ad crassitudinem pertinet, triplices  
sint, aut quadruplices. quoniā, vbi fasciæ, quæ primō iniiciūtur, fulcturā egent  
firmiori, quadruplices, vbi non tantā opus sit, triplices obijci abundē putat. Il-  
lud autem euidentissimum est, quod, quo magis cōminuta ossa sunt, eo debent  
firmiūs contineri. Numero autem tot, inquit, esse oportet, vt affectū membrum  
complectantur. at iugulum fractum, & costā comprehendi in orbem nequeūt,  
sed magnitudo fracturæ in quibusdam pannorum numerum indicabit. iugu-  
lo ternos pannos quadruplices plerūque imponimus, duos quidem primos ad  
similitudinem literæ X. vt medium vtriusque, quā inter se committuntur, fra-  
cturæ obijciatur. tertium extendimus super reliquos duos in lōgitudinem iu-  
guli, vt ea, quæ subiecta sunt, adstringat, & fracturam ipsam adurgeat.

At quū hi complendi causā iniiciuntur, longi sint, vt ambiant: latitutu-  
dinis & crassitudinis cōiectura fiat de eo, quod deest, id autem complea-  
tur non conseruim.

Miror Hippocratem non docuisse priūs vsum pānorum, deinde viam, quā  
quis eum possit cōparare. Vsus quidem duplex est, vt contineantur fasciæ, quæ  
primō iniiciuntur, & vt impleantur partes, quæ in extremitate tenuantur, quas  
ipse nominare solet ἀπὸ τῆς ἐξουχίας & ὑπὸ τῆς ἐξουχίας, cuiusmodi brachium est iuxta primā pal-  
mæ partem, & crus iuxta pedem, quibus iubet pannos in orbem circumdari, vt



postquam iniectæ illæ fasciæ fuerint, quæ alijs superdantur, iunctura sit æquæ et crassâ. Ergo, quum panni duplici de causâ superdentur, & ad continendum, & (quod *διεξέωσεν* dixit) ad complendum, commonet, ut ita longi adhibeantur, ut corpus quod alligatum est, completi in orbē possint: lati verò, & crassi pro eo quod complendum est. nam, si longiores sint, quàm ut partis ambitum æquent, necesse erit extremitatum alteram alteri insidentem reddere membrum tumidum magis eâ parte, quàm vtrinque, sic, ut iunctura inæqualis fiat, atque idcirco laxior: sin breuiiores fuerint, quàm, ut extremi se tangant, quum inter ipsos aliquid inanis spacij relinquatur, iunctura itidem contrariâ ratione inæqualis erit. siquidem locus in ijs necessariò reddetur inanis & cauus, perinde atque vbi longiores erant, gibbus & eminens. Edicit, ne huiusmodi panni semel subito iniiciantur, sed paulatim, tenuiores quidem à superiori parte, crassiores ab inferiori. quod si vnum subito inieceris, locus talem habitum acquireret, qualem primò habuit membrum.

» **E**X fascijs, quæ primò iniiciuntur duæ sunt, prior ab affectu orsa in superiori parte desinit: altera ab affectu deorsum procedit, inde sursum finitur.

Suprà quoque ostendi fascias, quæ ante pânos affectæ parti primò iniiciuntur, *ὡς ἀπὸ τοῦ πένους* ab Hippocrate nominari. Scripsit autem in libro de fracturis quorsum vtraque imponatur. prior namque ex ipsis non modò prohibet, quod concurrit, sed & eius quod in affecto loco receptum est, sursum aliquid expellit: altera nonnihil sanguinis in vitiatâ parte superantis ad extremū membrum transmittit. Commune est vtrique compositū os sine deprauatione continere.

» **A**dstringendæ autem maximè sunt, quæ morbus est, extremis partibus minimè, alibi pro ratione.

Horum item ratio in commentarijs de fracturis exposita est. In vniuersum autem sub omni vinculo, vbi subiecta caro magis adstringitur, humor in eâ contentus ad proxima loca propellitur: vbi verò leniùs, admittitur quod procedit ab ijs, quæ vehementius comprimuntur.

» **C**omprehendatque vinculum integræ partis quàm plurimum.

Quâ ratione hoc quoque consilium dederit, manifestum est, quia cum vinculum integræ partis multum complectitur, firmiùs continetur, & humor ab affectâ parte ad ea, quæ iuxta sunt, magis expellitur, reprimiturq; valentiùs, quod à superiori parte descendit.

» **A**t quod ad fasciarum numerum, longitudinem, latitudinem spectat. numero quidem tot accipiantur, ut à vitio minimè superentur, ut ferulas comprimere non sinant, ut onere non lædant, ut inclinationis causâ non sint, nec effoecinent.

Alij ferè omnes sub eodem nomine fascias habent, quæ primæ iniiciuntur, & quæ his superdantur: sed Hippocrates priores appellat *ὡς ἀπὸ τοῦ πένους*, quæ pânis superdantur *ὡς ἀπὸ τοῦ πένους*. has igitur quot, quàm longas, quàm latas adhibere conueniat, nunc persequitur. imperat itaque, ut tot sint, quot compositū os fideliter contineant. illud enim [ut à vitio minimè superentur] id sibi vult quod, vbi non superent, in contrarium incident, nempe ut cedant, & à vitio, hoc est vitiatâ parte superentur. quod si tunc vincunt, quum compositam partem immobilem conseruant, si quid hæc moueatur, iure dicet quis eas superari. Quod autem inquit [ut ferulas comprimere non sinant] nihil ampliùs notat, quàm quod ferulæ, vbi fasciæ iusto pauciores sint, membrum prement, hoc est, cogent atque vigeunt,

1 vrgebunt, quæ noxa violatam quoque sedem afficiet: quin si tot adhibueris, vt laboratẽm oneres, sic quoque peccaueris, quũ modum excedas. quæ duo cauentes fasciarum numerũ conijciemus, eã obseruatione adhibitã, vt neq; premant, neque onerẽt. Sed ne fasciarum numerus (inquit) causa sit inclinationis, quam dixit *πρόσπεσον* verbo inde ducto, q; iunctura tota in alteram partem dextram vel sinistram *πρόσπεσον*, id est, inclinetur, id quod accidit ob exuperantem numerum fasciarum. Vsurpat autem verbum effœminare, quod *ἐκτρέφω* dixit, quidam in partibus vitiatis accipiũt, vt quas redditurus sit infirmas & molles superimpositorum linteorum numerus: alij in ipso vinculo, quod imbecillum

10 fiet, quũ ferulæ, sub iniectionum linteorum numero laxius contineantur.  
 " Quid verò ad longitudinẽ & latitudinem pertinet, impleant trium quatuor, quinque, aut sex, lōgitudinem quidem cubitorum: latitudinem vero digitorum.

Tot igitur digitorum, & cubitorũ illius scilicet, qui alligatur, superdari vinculum iubet. neque vnum statuit longitudinis & latitudinis terminum, eo q; nullum sit vinculum, quod adhiberi omnibus æquẽ lōgum debeat, sed numerum, longitudinem, & latitudinem fasciarum pro magnitudine fracturę definit, atque hoc est postremum vinculum, quod in opere de fracturis iniici voluit, quo tempore inflammatione à sede affectã sublatã veniẽdum est ad ferulas.

20 " Ambitus itaque panniculorum totidem sint, nec vrgeant.  
 A Imperat, vt panniculi toties fascias cingant, quoties earum vnaquæque circuiert. Illud autem [nec vrgeant] ad modum refertur adstringendi. eatenus enim coactari panniculi super fascias debent, vt firmiter maneant, sed nõ vrgeant. At quid magis præstat, quàm coniunctẽ hanc partem contexere cum priori, vt tota oratio sit huiusmodi [Ambitus itaque panniculorũ totidem sint, vt ne vrgeant]. quandoquidẽ premunt, vbi sæpius circumduntur. Expedit fortasse pro *ὅσωντα*, id est totidem, legere *πινύτα*, id est talia. v. terciã literã scilicet versã in *ι*. nam ambitus panniculorum qualitate potius, quàm numero vinculum exhibent moderatum.

30 " Mollia autem adhibeantur, & minimẽ crassã.  
 M Hæc omnia videlicet præcipit mollia adhiberi, & non crassã, cauens, quemadmodum suprà de linteis diximus, itã etiam nunc ne subiecta corpora comprimantur.

" Omiãque hæc pro longitudine, latitudine, crassitudine que sedis affectã. Idem quoque iam suprà dictum, vbi alia res agebatur, nõ huic dissimilis. Meminisse autem vbique conuenit ad vitiatę partis longitudinem, latitudinem, & crassitudinem referri, quidquid de longitudine linteorum, tum latitudine, crassitudine, numerove propositum fuerit.

40 " Ceterũ ferulæ, leues, æquales sint, ab extremo resimæ, ab vtrãque parte vinculo paulo breuiores, crassissimæ, quã fractura extat.

Specant tam ferulæ, quàm panni ad stabilitatem vinculi, ac firmitatẽ. panni quidẽ, vt fascias tueantur, quæ primò iniiciuntur: ferulę verò, vt omnia, quæ subiecta sunt, mtniant, sic vt in vniuersũ quatuor sint, quæ singula suũ vsum præstant. In primis enim fasciæ, quæ primò iniiciuntur, compositum os continent, & affectum inflammari non sinunt: deinde panni, qui superdantur, delabi ipsas non patiuntur: tum ferulæ firmant, quas circumponi Hippocrates iubet leues, & planas. est autem contrariũ leui asperũ, inæquale æquali, idq; quod



asperum est, omnino inæquale est: at nō sequitur, si quid inæquale sit, id prorsus asperum esse, quemadmodū nec via idcirco aspera est, quia inæqualis. potest enim cū ascensu & descensu contineatur non aspero inæqualis & esse & appellari. quin & ferulas nihil prohibet leues esse, non tamen equales, nam, vbi in latera, vel sursum, aut deorsum spectent, æquales vtique non erunt, poterūt tamen esse leues. Fracturis itaque saluberrimum est ferulas nec asperas esse, nec peruersas, vtrāque enim de causā comprimunt, præterquā quòd, quæ peruersæ sunt, vinculum quoque peruertunt, quo deprauato pars etiā, quæ comminuta est, deprauatur. Monet autē, vt ab extremo resimē imponatur. resimas intelligere possumus leniter ab inferiori parte derasas, cū, quæ ad finem vsq; æquali crassitudine sunt, vinculum ibi æquē atq; in ceteris partibus cōtineant, quod minimē opus est facto. placuit enim ipsi medium arctius adstringi, inde versus extrema laxari, extremisq; partibus omnium esse laxissimum: tum ferulas vinculo ipso breuiiores superaccommodari, ne vltra ipsum villā in parte cutē tangant, quæ sæpius intumescit, eò quòd humorē admittat sub fascijs depulsum. Crassiores item ferulas imponi voluit, quā fractura est, quandoquidem ad hūc locum potissimum pertinent.

¶ **A** Tq; vbi partes gibbæ sunt, & naturā minimum carnis habēt, vereri oportet, quæ eminent, vt iuxta digitos, aut talos, vel imponendo, vel breuitate. Cauere iubet, ne iuxta ossium eminentias ferulæ superaccommodentur, id quod duplici ratione fit, vel vbi nullo modo ab illā parte ipsius vinculi dātur, vel vbi adhibentur breuiiores, quā vt ad eminentiam pertineant, priusque desinunt, quā illam attingūt, quod expeditius est. In quibus autem vitamus ferulas, ne quid lædant, ab illis planē abstinentes, dixit [imponendo]: at [breuitate] cū longitudini aliquid demimus, quasi itā dixerit. Cauere debemus, ne ferulæ tangant, quod eminet, vel non imponentes, vel breuiiores dāntes.

¶ **P** Anniculi verò fulcire debent, at non comprimere primò. Paulo suprà proximè à fascijs panniculorum mentionem fecit, non tamen expressit panniculos illis superiniciēdos esse, sed illud nobis cōsequutio ordinis indicauit: nūc autem ait [fulcire debent] id est firmare ac stabilire, cū eo vt ne premant. idq; vbi primò vinculum iniicimus, itā, vt si homo sequētib; diebus rogetur, respōdeat se nihil sentire, quod comprimat, cū liceat nobis per panniculos ferulas coarctare. Scripserunt quidam [primò] non in fine propositorum verborum, sed in principio sequentiū, itā vt habeant [Primò inuoluere oportet ceratum, molle, leue, purum]: satiū sūit cerato molli, leui, puro, in sexto casu accipere, itā, vt oratio reddatur. Primò circa fractam partem cum ipso circumdare fasciam oportet.

¶ **E**ratum, molle, leue, purum. Non enim fascijs ipsis aridis iniectis solam vitiatæ partis cutem cerato inungēdam, censet, sed subinde singulos etiā fasciarum ambitus. nam, si cute tantū illitā siccās fascias dederis, eo præsidio affectas partes priuabis, quod per ceratum erant consequuturæ, cū lintea ceratum ipsum, quod cutem madefaciat, absorbeant, & eam ob id siccā reddāt. Patet autem quā ob causā ceratum esse molle velit, cū eo in vicem perfusionis vtatur, quæ perficere quidem hoc ipsum potest, sed tutius id ceratū præstat, præsertim vbi tunc assidere vsq; medicus non potest, nec ministrū nouit hominem laboriosum, quīue sedulo det operā ægrotanti. Iubet insuper, vt ceratū illinatur non solum molle, sed &

1 sed & purum, hoc est, cui nihil sit immixtum propolis, sordium, aut terreni vel arenosi, præter ceram. id autē protinus etiam leue erit, nisi propter eas, quæ vocantur *ἐγχευόμενα*, latius pateat leue, quàm purum. Leue autem λέει ab Hippocrate dicitur. quod verbum non solum inuenitur sic scriptum, sed λέει etiam, adiecta litera. β. ante. u. tuncque non leue, sed liquidum significat. Sic autem magis scribendum putant, quicunque significatione verbi [purum] censent leue quodque contineri. liquidum verò dicunt ē regione aridi esse, quod non est tale.

20 **Q**uod ad aquæ calorem pertinet, & copiam, calor vehemētior non sit, quàm ut infusa ferri possit à manu: copiam, vbi relaxandū, extenuandūmq; est, esse conuenit maximam, vbi caro producenda est, aut molliendum modicam.

Exigit fracturæ curatio, vt de aquâ nonnihil etiam dicamus. Vbicunq; igitur fasciæ resoluuntur, consuerunt medici omnes fracturas aquâ calidâ perfundere, vt potē eius opem euidenter experti. Verum in duobus peccare solēt, qui eā vtuntur, in modo & qualitate. in hac quidē, quod calidiorem infundant, vel frigidiorē, quàm opus sit: in modo q̄ longiori, vel breuiori tēpore faciant huiusmodi medicinam. Temperamēti igitur in qualitate iudicem constituit manum ipsius curātis, qui manum suam aquâ perfundens, quam insufusus fracturæ est, potest pro fracturâ temperationē iustam conijcere. latē autē patet, quam dico temperatio: & ad communem hominum speciem, non ad offensum duntaxat refertur. ea enim interdum, & ipsi iusta videbitur. Ergo, vbi primū fascias solueris, hāc perfusā poteris de homine quærere, nimisne calida, an gelida sibi videatur: atque itā calidiorem vel frigidiorē perfundens pro ægrotante appositē temperabis. Tēperatum ergo aquę calorē iudicari primò nostrā manu voluit, quem quidem propriē admodum perfectissimęque & omnium optimē iudicat sensus ægrotātis. Iam verò quamdiu in perfusione aquæ calidæ perseuerādum sit, ex eisdem colligitur animaduersionibus, quibus frictio, & quoduis præsidium calefaciens. hæc siquidem admota, non modò euocare possunt ad affectam partem, quod iuxta continetur, sed etiam digerere. quocirca aquæ calidę, & ob corporis modum, & ob diuturniorem & breuiorē vsum contrarij  
30 esse effectus vidētur. quoniam toto corpore inani digerit magis quàm euocat: contrā repleto, magis euocat, quàm digerit. tum paruo tēpore admota implet ampliū quàm detrahit: sed si longior mora in perfusione sit, digerendo plus potest, quàm implendo. Iure igitur dixit, vbi relaxandū tenuandūmq; est, maximam copiam requiri: modicam, vbi molliēdum, & caro producenda. Extenuantur protinus, quæ exinaniūtur: non tamen itā protinus relaxātur, quæ extenta sunt, sed alijs medijs interiectis. quęcunque enim multitudine distēduntur, cuiusmodi sunt omnia, quæ inflammatione tenētur, vbi exinanita sunt, relaxantur: quæ verò frigore spissante, vbi calefacta sunt: quæ siccitate distēduntur, vbi madefacta, relaxantur. Rectē ergo ait aquam calidam laxare, vbi plurima corpori infunditur, cū hæc præstare valeat. Mirari verò te nolim, si diximus aquam calidam posse, & superatē humorem detrahēre, & solidū corpus madefacere, alibi enim vtrumque esse verum demonstrauimus. Hæc igitur aquæ calidæ vis est, quę, vbi pauca sit, quid præstare possit, proferre simpliciter non licet. si quis enim iterum vel tertio infudisse, aut per spongiam sonisse contentus sit, operam penitus luserit: sed, si modicē perfusione vtatur, Hippocrate auctore carnē p̄ducet, molliētq; quibus eiusmodi præsidio opus fuerit. Quorsum verò adiecerim [quibus opus fuerit] cognosce. moderata aquæ calidæ per-



fusio graciliori corpore, ac repleto superanti humore calefactā partē implebit: sed, si corpus macrum sit, & minimè repletum, carnem simul producet, & molliet. creatur enim caro in illis partibus, in quibus ali, & crescere debet, quum temperatam naturam inter frigus & calorem habet, & sanguis sincerus iusto modo ad illas confluit. vtrumque efficit calidæ aquæ moderata perfusio. quandoquidem sanguinem concitat ad sedem perfusam: & ibi prius existentē carnem temperat, si frigida prius erat, calefaciendo, si calida, refrigerando, quum calorem euocat ad exteriora, & utili humore madefacit, atque idcirco etiam refrigerat. quemadmodū balnea aquæ dulcis, hæc siquidē eos calefaciūt, qui ex itinere immodico frigore emoriūtur: exustos verò non lædunt. videtur enim temperatæ aquæ solio delectari, & vindicari post balneum à siti. Id etiānum valet perfusio aquæ calidæ, quæ si moderatè adhibeatur, carne implet, & ob id particulā reddit molliorē. caro enim nuper coacta mollis est, vt potè, cum sanguis haud itā pridē concreuerit, quoniā caſei modo, qui recēs cogitur, generatur.

¶ In eo quod perfunditur, hæc moderatione vtendum, vt, dum intumescit, finiatur, priusquam residat. primò enim attollitur, postea extenuatur.

Modus eius perfusionis, quæ carnē producere, & molliere debet, est, vt desistamus, antequam perfusus locus incipiat residere. primò enim attollitur, hoc est in tumorem assurgit naturali maiorem, tum quia funditur sanguis, qui in ipso continetur, tum quia à superioribus partibus eò descendit: post hæc extenuatur: quia multum sanguinis discutitur, tam eius, qui à superiori parte concurrit, quàm eius, qui ibi subsistebat.

¶ Contineantur autē molliter, æqualiter, & alius excitata quæcunque extant in corpore, cuiusmodi calx est, & coxa, ita, vt neque curuentur, neque peruertantur.

Orationem hanc alij legunt, quasi totam coniunctè contextam: alij in duas partes seiungunt, & vtramque seorsum explanant. Prior itaque pars ita circumscripta est, vt suum habere absolutum sensum per se possit. Ergo, siue contineri partes communiter intelligamus, vt sub continendi verbo comprehendantur etiam quæ suspenduntur, veluti brachium: siue ad solum crus referamus, optimum erit molliter contineri, & æqualiter, & sublimiores. molliter quidem, ne laborans eo loci prematur, & ob prementium sensum inflammatione periclitetur, neue coactus statum mutare, fractū membrū peruertat, quod seruari immobile debuit, & ex toto cōquiescere: quæ verò in æqualiter continentur, dolēt simul, & deprauātur, cum aliā parte sine fulcro sint, aliā vrgeantur, non iniuriā itaq; censet æqualem habitum esse deligendum: ad hæc, vbi alius excitetur, defenduntur à materiæ cursu, cui, quum opportuna sint, quæ in inferiorem partē inclinantur, inflammatione prehenduntur. Constat igitur prioris partis orationis sensum vnum esse posse, rectēque ita explanatā esse. Alterius verò partis, siquidem per se legatur, mens hæc erit. Quæcunque in corpore extant, vt in calce & coxâ, rectè contineantur, vt neq; curuentur, neque peruertantur. Sed quia non adiectum est [rectè contineantur] idcirco nonnulli eam præcisam existimāt, cogunturque cum priori parte ipsam coniungere. Rursus, si coniunctè ambæ legantur, oratio non ampliùs manet communis, sed solum ad continendum extantia pertinet. Qui in omnibus hæc accipiunt, communē orationem fieri dicunt, eo quod cum extantibus partibus, & reliqua intelligantur. quin, & Hippocratem ostendunt, non in hoc libro tantum, sed & in alijs multis, ex vnius, vel

1 vel alterius rei exemplo res vniuersas cōplecti. quū id, quod proponitur, eui-  
dentiā antecellat ea, quę sunt eiusdem generis, sic, vt ex ipso intelligantur, quę  
admodum nunc ex calce, & coxā. Etenim, cū omnes eiusmodi partes, quan-  
do affectę sunt, molliter, & æqualiter iacere, & sublimiores haberi debeant, in  
extantibus qualis coxa est & calx, id maximè seruandum esse perspicuum est.  
Sępius autem diximus huiusmodi loquutiones prębere ansam alijs ad alia tra-  
ducendi, sic, vt quod cuique visum fuerit, probabile credatur. quare de opinio-  
ne, quę vera videatur, non conuenit sententiā proferre. Hoc igitur meminisse  
nos oportet, illud etiam non ignorantes in discrepantibus expositionibus, vbi  
10 in sententiā non peccetur, nō diu esse insistendum, satius enim esse, transire ad  
id, quod ad artem maximè pertinet, atque in eo immorari, quod nunc facere  
pręstat. Ergo, quū conueniat partes omnes molliter collocandas esse, tum  
æqualiter, & sublimes, potissimū quę extāt, qualis coxa est, & calx, ad ea, quę  
restant, veniamus, vbi inquit, itā, vt neque curuentur, neque peruertātur. Rur-  
sus hoc loci ijs, quę ad artem pertinent, annumerari debet extātis partis collo-  
candę peritit. hæc, si iusto altius excitetur, mēbrū curuabitur: si humilior erit,  
peruertetur ac pręsertim, cū is error accidit, vbi primò collocatur. Quę verò  
præter medicinalem artem in oratione sunt, longam requirūt explanationem.  
In commentarijs autem de fracturis, sicut perfectè tractatum est de alijs omni-  
20 bus, quę ibi præcipiūt, itā etiam de calce continendo, vbi ait [Danda potissi-  
mū opera est, vt imus calx optimè cōtineatur]. Sed consuerunt nonnulli ad-  
dere omnia vbique, aliāsq; alibi positas orationes, quibus idem præceptū cōti-  
netur, adscribere, quod neque biduo perpetuo fieri posset. quocirca scripta itā  
exponētium nemo legit breuiori spacio q̄ annuo. Iam ergo quū in libros de  
articulis, & de fracturis commētaria scripserimus, hīc tantū monuisse neces-  
se est. Si quis igitur eos libros legerit percurrrens celerimè, quod nunc propo-  
nitur, ad vltiora pergat, doctus à nobis, qui periculum fecimus, perfectos fie-  
ri artifices latā, plenāq; docendī ratione, non breui & compendiariā, quā alio-  
qui vtilē esse non inficior, cū paucis contēplationem vniuersam cōplectatur.

30 **C**analīs verò crus non dimidium, sed totum excipiat. Spectetur autē mor-  
bus, & cætera, quę oriuntur incommoda manifesta.

Agit hīc, vt quū ijs, qui commentaria de articulis, & de fracturis legerint,  
id manifestum appellans, quod quiuis vnus ē populo intelligit, nōnulla siqui-  
dem itā conspicua sunt, vt vniuersis appareant, qualia sunt, quę proximè præ-  
cedentibus verbis narrauit. omnes enim intelligunt fractum membrum mol-  
liter & æqualiter esse collocādum, incommoda tamen, quę canalis affert, non  
vidēt, nisi qui ab ipso perceperint in opere de fracturis, his verbis, quorū prin-  
cipium est [De canali, qui fracto cruri subiicitur, incertus sum quid dem consi-  
lij] causam verò, cur iure incertus sit, subiicit. Ac rursus alibi in eodem opere,  
40 vbi incipit. [Si quis ipsi femori canalem subiiciat] tum compluribus adiectis in  
extremā oratione adscribit. [Canalis igitur, vel totum excipere crus debet, vel  
nullo modo adhiberi]. Voluit autem propositis verbis canalis vsū necessariū  
non esse, si adhibeatur tamen, subiiciendum esse toti cruri inguinibus tenus,  
non ad genu duntaxat pertinentem. ex illis ergo manifestum est, quod propo-  
nitur hoc loco, neque ipsum per se ipsum patet. Quoniam quantum spectat ad  
verba [non] dixit [q̄], quę vox accipi potest, quasi disiungat, sed eā ab ipso vsur-  
pari ad negandum scimus. censet enim canalem vniuerso cruri subiiciendum



innocenter. Eodem modo etiam vſurpauit ipſam Homerus in eo carmine, 1

Tutari incolumem populum non perdere conor. vbi [non] dixit[ur] quin & Thucydides etiam ita mutuatur. Vult autem ſpectādum eſſe morbum, cuius gratiā canalis ad mouetur, & alia omnia, quæ lædere poſſunt. Morbus quidem eſt fractura grauis offium cruris, ad cuius curationē opus eſt crure penitus immobili. canalis enim probatur à quibuſdam, vt qui vtiliſſimè tunc ſubijciatur, quū æger è lectulo ſurgit. id autem accidit, vbi vel deſidere cupit, vel cubilis duriciem non ſerens, ad alterum trāſſertur iam tunc ſtratū, quod in opere de fracturis expoſuit: vbi illud etiam oſtendit, q̄ canalis, ſi non ſit longior, quā vt vltra genu pertineat, non prohibet crus, quū mouetur, inſeſtūſque eſt, & ſæpius comprimit. Imperat autem, vt morbum intuiti, cuius gratiā canali vti- 10 mur, & ea, quæ canalis aſſert incommoda, ipſum modò accipiamus, modò repudiemus. namque, vbi moleſtia, quam canalis exhibet, exuperet, vitandus erit: contrā, ſi vincat vtilitas, præſtabit crus, non vſque ad genu tantū, ſed totum canali excepiſſe.

Præter hæc porrectio, ab inferiori parte intentio, in diuerſas partes ductio, compoſitio, aliāque ſecundum naturam ſint.

In prioribus dictū eſt porrectionem, quam *πρόεξις* dixit vocari, quū languens ſeipſum præbet medico curandum. quo tempore medicus primū cognoscit affectū ipſum inſeſtantem: deinde ad curationem ipſam accingitur. 20 At quū neceſſe omnino ſit affectam partem aliquo modo contineri, iure videtur ſecundum naturam eſſe continenda, nam, ſi præter naturam iaceret, non mediocriter læderetur. Poſtquam porrecta eſt, vel intēdi ſolū debet ab inferiori parte, vbi adeò tenera eſt, vt abundè ſit, ſi à ſuperiori parte teneatur: vel in diuerſa diduci, vbi validior eſt. conſtat itaque, & hoc tempore ſatius eſſe ægro cum ſeruare habitum, qui ſecundum naturam ſit. Quo factō proximum eſt, vt componatur, ac tunc etiam conuenit eundem habitum tueri. dehinc ſequitur, vt contineatur, vel ſuſpendatur, quæ duo non commemorauit nominatim, ſed ſignificauit, dum dixit [aliāque].

DE naturā, quod ad actiones pertinet, animaduertendum eſt, quid requi- 30 rat opus, quod ſit, quod ad hæc, attendenda quies, medium, conſuetudo. In quiete quidem, atque ocio conſiderare rectū habitū oportet, puta brachij: in medio, porrectionem, atque contractionem, quemadmodum, vbi cubitus cum humero propè ad rectū angulum figuratur: conſuetudo idcirco ſpectāda eſt, quia non alius habitus ſacilius fertur, cuiuſmodi eſt in cruribus, vbi extēta habētur. quæ enim hoc modo collocantur, immobilia diu ſacillimè perſeuerāt.

Præſatus in ſuperioribus verbis [ſecundum naturam] non immeritò hīc exprimit, quānam ſit hæc natura, quæuē ſint eius notæ. ſcribit autem [De naturā, quod ad actiones pertinet, animaduertendum eſt, quid requirat opus quod ſit] quaſi ita dixerit, naturalis habitus in actionibus quidem actionis propoſito 40 indicatur, & vſu, cui deſtinatur [quod ad hæc] id eſt ad ea, quæ nunc propoſita ſunt, ſcilicet ad porrigendum, extendendum, componendum, collocandum, quū homo ad nullum opus læſā parte vti debeat. Alias animaduersiones in perueſtigatione habitus naturalis deinceps adiungit his verbis, [Attendenda quies, medium, cōſuetudo] quietem intelligit, quū homo ſeriatuſ ex toto in ocio eſt. vnde colligi rectū habitum teſtatur, ſicut in brachio docuit, ſubijci cubitum volens, eiq; radium inſidere. Eo medio ait apparere habitū inter extremam

1 tremam porrectionem, & cōtractionē, quod scribit propè accedere ad rectum  
 angulum cubiti cum humero, quem ipse ἐγώνιον dixit, quo volunt habitum ap-  
 pellari, qui est ad rectum angulum, sic, vt cubiti os cum humero rectum angu-  
 lum ostēdat. Verūm additur[prope] vetustis omnibus exemplis, quam scriptu-  
 ram agnoscunt, qui hunc librum explanarunt. bis autem peccatur in hac scri-  
 pturā, si ἐν δυνον accipiat pro habitu, qui acutum angulū habet. Quūm q̄ acu-  
 tus angulus dicatur, qui recto minor est, nam, vbi recta linea super rectā ducta  
 angulos efficit ab vtrāque parte inter se æquales, vterque æqualiū angulorū re-  
 ctus est, sed qui recto minor est, appellatur acutus, sicut qui maior, obtusus, ha-  
 10 bet rectus angulus eā magnitudinē, cui nihil addi, nihil demi potest, sed acuti,  
 & obtusi anguli numero sunt infiniti, in recto angulo, nulla penitus declina-  
 tio est, quandoquidem recta linea super rectam ducta tunc vtrinq; rectum an-  
 gulum facit, quūm in neutram partē rectæ lineæ subiectæ, inclinationes maiores,  
 minorēsq; fiunt innumerabiles, nō licet ergo, vbi quis rectum angulū ex primi  
 simpliciter velit, dicere[prope] acutum, siquidē prius intelligitur rectus, postea  
 acutus, quoniā (vt retuli) vnus est rectus, acuti verò innumerabiles, meritō igitur  
 dicet quis acutum quempiam angulum propè rectum accedere, sed, quūm  
 plurimi sint acuti anguli, intelligemus illum esse, propè rectum, qui parum ab-  
 20 est, neque concursum rectorum linearum, à quibus producitur, ita acutum ha-  
 bet, ex q̄ plurimis itidem āgulis obtusis eos intelligemus prope rectū accedere,  
 quibus rectorum linearum, à quibus fiūt, coniunctio modicē obtusa est, aliquē  
 verò angulū propè ad acutū accedere incōprehensibile est, cūm acutus angulus  
 non sit vnus, nō potest ergo ἐγώνιον dici quod ad acutū angulū figuratur: Tum  
 q̄ nemo ex græcis appellat aut ἐν δυνον per duplex δ, aut δυνον per δυ syllabam  
 acuti anguli figurā, sed, quē rectum angulū habet, ea δυνον per δυ diphthongū,  
 & ἐγώνιον per duplex δ. nuncupatur. An ἐγώνιον necesse est accipere id, quod ad  
 rectum angulū figuratur, quod accidit, vbi cubitus cum humero facit angulū  
 rectum: exquirere autem, cur Hippocrates prope, adiungit? Dicemus igitur &  
 30 nunc, quod sapiūs dicere consueuimus, obscurē orationis explanationem non  
 certō sciri, sed, si quid probabile sit, cum eo vt quod propositum est verum sit,  
 & auctoris sententiæ non repugnet, accipiēdum esse. huc itaque incumbentes  
 verbum[prope] conabimur enodare. Statuamus ἐγώνιον figuram, quūm vna sit,  
 neque minui posse, neque augeri: nobis autem nō licere brachium ita colloca-  
 re, vt ossa ad angulum rectum sine vllā inclinatione inter se committantur, sed  
 satis esse, si non ita multum ab huiusmodi figurā recedant. præsertim cūm neq;  
 Hippocrati placet is totius brachij habitus, demonstrabo enim naturalē ha-  
 bitum prope rectum angulum esse, sed paulum recedere ad obtusum, hoc est  
 spectare ad porrectionem, demonstrationē verò ab ijs accipiam, quæ ipse feri-  
 40 p̄sit, nam de quiete ait, & de consuetudine indagare nos posse naturalē habi-  
 tum, ex ambobus coniunctis conficitur consilium vnum compositum, perin-  
 de quasi quis ita dixerit. Collocandi rationes, quibus iacere singulæ partes so-  
 lent, quūm ociosæ sunt, in curationibus quoque eligi debent, nam in partibus  
 commodē figurandis, id patet primò studendum esse, vt minimè doleant. Ve-  
 rūm, si huiusmodi quiescentium habitus à laborantibus non seruetur, sed alio  
 modo iaceāt sine dolore, haud diu mansuros esse manifestum est. Igitur, si re-  
 spexeris ad homines ociosos, plærunque comperies brachia non penitus me-



dia inter porrecta ex toto, & ex toto curuata, sed ad porrectionem magis acce-  
 dentia, id quod etiam accidit in alterâ habituum oppositione. Cûcti enim ho-  
 mines, vbi defessi sunt, brachia aperiêtes, habitum eligunt medium inter pro-  
 num prorsus, & supinum, vt qui omniû maximè dolore careat, cogûtur tamen  
 paulum inclinare in pronum. Volens igitur Hippocrates hæc exprimere, cum  
 non esset, quod rem pluribus explicaret, adiecit verbum [prope]. Quod autem  
 eâ ratione, quam dixi, inter cæteras maximè collocari cubantè iuuat, præcipuè  
 intelligût, qui sunt in eiusmodi artis operibus versati, hæc enim oratione audi-  
 tâ veram esse rem comprehendunt. Itaque, vbi mens auctoris propter obscuri-  
 tatem dubia est, expositorem tueri auctoris sententiâ, & propositæ rei verita-  
 tem oportet, sic enim, qui discunt, vtilitatè consequentur. hoc igitur consilium  
 seruare in omni expositione conor. quod quidam expositores, neq; si operam  
 darent, assequi possent, vt qui medicinalium operum sint expertes, & cauilla-  
 torum vestigijs insistant, fiantque ex eorû numero, qui *λογισμοὶ ἰατρῶν* vocantur, id  
 est verbotenus medici, quorum causâ vulgo suspecti sunt qui rectè vtuntur ra-  
 tione. Hæc, & si rarò explicêtur, teneri memoriâ debent. accedamus nûc ad ea,  
 quæ proximis verbis subiiciuntur, quemadmodum habitus inter pronum &  
 supinum omniû minimè dolori est, cui assueti sunt ferè omnes plurimû tem-  
 pus ætatis, ita etiam se res habet in cruribus extendendis, extêta enim crura ia-  
 cere diu queunt immobilia. Mutandum verò necessariò nō esse membrû in al-  
 terum habitum minùs iocundum ostendimus in libro de musculis, vbi muta-  
 tionis quoque causam adiecimus, quare id non ampliùs ostendendû est, sed in  
 memoriam reuocandum, quemadmodum & illud etiam, quod citò ad eûdem  
 habitum reuertemur. sed necessarium non est causam referre, longiorem enim  
 sermonem desiderat, satius itaque est sententiâ Hippocratis ad vnguem ser-  
 uatâ aliud quid pro causâ tradere, quod iuuenibus magis expediat, quòdque à  
 nobis disputatum est in libro de motu musculorum. Igitur in commissurâ hu-  
 meri cum cubito, habitus naturalis medius est inter vtrûque extremum, nem-  
 pè eius, vltra quod porrigere, & eius, vltra quod curuare brachiû non licet. Ap-  
 paret autem, vbi ossa carne nudentur, duobus processibus terminatum cubiti  
 cauum, quo recipitur humeri ambitus cardinè representans, quem duo tuber-  
 cula medium complectuntur: tum in vltimâ porrectione posterior cubiti pro-  
 cessus cōiectus in sinum humeri posteriôrè, non secus quàm in extremo flexu  
 prior in priorè, quibuscunque verò sinus posterior naturâ magis sinuatur, præ-  
 ter extremam porrectionem cubitum adducunt ad exteriorè partem, sicut cō-  
 trà, qui eum recessum iusto minùs cauum habent, perfectè brachium non ex-  
 tendunt. Vt non sunt autem cōsimiles in omnibus structuræ articulorum, ne-  
 que certi in omnibus extendendi fines, sic neque mediû erit in omnibus idem.  
 quare vbi medium habitum inter extremam porrectionem, & vltimû flexum  
 naturalem esse affirmamus, medium non ad vnguem accipimus, sed sic, vt latè  
 pateat, quod mediû Hippocrates appellat *μεσότης*. Verùm, sicut nullo modo fieri  
 potest, vt medius ex toto habitus seruetur, vbi, nec adijcere latum vnguè, nec  
 demere queas, sic non expedit brachium lōgè ab hoc medio figurari. Id enim  
 interest inter artificiosam coniecturam, & eam, quæ artis est expert, quòd arti-  
 ficiosa exquisitam moderationem propè attingit, quæ artis est expert, plurimû  
 nonnunquam aberrat. possit itaque Hippocrates iuxta hanc sententiam mo-  
 nuisse, vt seruetur habitus prope *ἐν ᾧ*, hoc vocabulo rectum angulum appel-  
 lans,

lans, vt qui nos coniecturâ ductos, nō longè recessuros esse ab exquisitâ meditatione existimet. Sed iamâ persequar, quod pollicitus sum me relaturū iunioribus, quod ad hunc locum maximè conferat. Habet cōsuetudo præcipuam in medicinâ vim, itâ, vt à clarissimis medicis natura aduentitia nuncupetur. quam constat inter ea, quæ necessariò admodū spectantur, Hippocratem vbique numerasse in indicandi facultate tribuentem ei secūdas, illâ videlicet primas occupante, quæ à naturâ sumitur. collocandi enim ratio, quæ ab hâc indicatur, eatenus inferior est, quatenus exquisitè in omnibus eadem esse non potest, sed pro cuiusque cōsuetudine variatur. Conspexi ergo quosdam totum diem cōfidentes, qui artes exercent sedentarias, alios stantes, aut ambulâtes, cōsūque non immeritò ijs magis extenta figurâda crura esse, qui bonam temporis partem habere sic collocata consueverunt: ex contrario minùs extenta, quibus curuata diem vniuersum detinentur. experimento autem rem comprobans, comperi qualem speraui. Brachiorum verò eadem est ratio, iacere enim ad rectum angulum debent, sed propiùs ne accedere ad ipsum oporteat, an lōgiùs abesse, ex consuetudine intelligitur. Verùm homines, quòum quæ à ratione excogitata sunt, experimento diiudicant, tunc rei excogitatæ certum indicium habent, vbi experimentum à ratione non dissentit. itaque præceptū hoc ab omnibus amicis comprobatum firmiter iam constitutum est ad hæc maximè pertinere. Ar-

10 bitramur ergo Hippocratē voluisse habitum, qui ad rectum angulum ad vnguem est, pro consuetudine variari: mutationem verò exiguam esse, hoc est, prope rectum angulum accedere.

» I N mutatione verò, postquam adhibita intentio est, hæc similiter se habeant,  
 » quòd ad habitum pertinet, & situm, musculi, venæ, nerui, ossa benè admodum contineantur, & benè figurentur.

Hæc superiùs etiam dicta sunt, si quis autem ex toto ipsa detraxerit, præceptis nihil dempserit. Accidit enim in huiusmodi libris, quibus multa summam continentur, vt auctor easdem res aliter atque aliter adscribat, eâ de causâ, vt consideret, quibus verbis, eas potissimùm explicet: librarius verò postea, vbi

30 repperit scripta nonnulla in margine, nonnulla in ipso spacio, in quo contineri scriptura solet, vniuersa in ipsum spaciū cōgerat, quo ordine maximè censet conuenire. Id igitur, quod propositis verbis ostenditur, eius generis est. Complura diximus attēdi tempora in eo, qui curatur, primum, vbi ad medicum accedit aliquo prorsus modo figuratam habēs affectam partem: alterum deinde, quòum se præbet medico, qui intuitus partem, & vitium eius cognoscat, & quâ præparatione ad curationem opus sit: sequitur deinceps tempus præparationis, & postmodum intentionis, tum ossa componendi, vbi fracta fuerint, & restituenti, vbi prolapsa, dein alligandi, postremum omnium est tempus suspendendi in brachio, continendi in crure, & in locis iuxta spinam, & caput. *ἔξω*

40 igitur, id est habitum hîc vocauit *παρὰ τὸ ἔξω*, quod habeat eam rationem, quâ partes continentur figuratæ eo tempore, quod ab iniecto vinculo proximum est: huic è regione opposuit situm eorum, quæ continentur, nempe trium crurū, capitis, & totius spinæ, sic, vt habitū accipere in alijs debeamus, vt puta in iugulo, brachio, latere, capite humeri, lato scapularum osse, malis, maxillâ, & si quid aliud simile est. censet enim opus esse, vbi prædictæ partes affectæ mutantur, nonnullas rectè iacere, puta quæcunque contineri possunt, nonnullas rectè figuratas haberi, nempe, quæ contineri non possunt. Dixit autem, quæ conti-



nentur *ὅτι* *ἄλλα*, alia verò *ἄλλα*. cetera in alijs ex dictis temporibus diuersa sunt. 1  
Commune est omnium vnum & idem naturalis scilicet partiũ status, ad quem  
spectare iubet illum, qui postremo tempore vinculum diu seruandum consti-  
tuit. nam, si membrũ alio modo figuretur, dum alligabitur, postremo tempo-  
re etiam mutabitur musculorum, venarum, & neruorum positio, ac neq; *ὅτι* *ἄλλα*  
erunt, neque *ἄλλα*, hoc est neque rectè continebuntur, neq; rectè suspendetur.

¶ Intendere autem illa valētissimè oportet, quæ maxima sunt & crassissima,  
¶ I & vbi vtrumque os comminutum est, minùs vbi id, quod subiectum est, mi-  
nimè, vbi id, quod superius.

Intendere (inquit) valētissimè oportet, quæ maximis & crassissimis ossibus 10  
continentur, & corpora, quæ ipsa cingunt, hoc est musculos. hi enim sunt, qui  
potissimũ intētiōne indigent, vt quibus maximè vis inest ad sua initia recur-  
rendi. ex harum partium numero est femur, deinde humerus & crus, post hæc  
brachium, postremo, quæ iuxta manum sunt & pedem. excipe hîc quæ in spi-  
nâ sita sunt. Sed quod ait, vbi vtrumque os fractum est, magis extendere opor-  
tet, intellige cubitum & radius: quòd verò subiicit [minimè] id est leuissimè,  
ac maximè moderatè, vbi id, quod [superiùs] accipe in brachio radius, quæ o-  
mnia (vt retuli) discussa sunt in opere de fracturis.

¶ Quid si iusto valentior intentio adhibeatur, noxia erit, præterquã in pue-  
ris: partes autem paulo altius excitentur. 20

Si ossa in pueris, vel vbi franguntur, vel vbi suis sedibus excidunt, minùs q̃  
expedit, extendantur, tantũ rem procedere non sinent. nam nec componen-  
tur, quæ fracta sunt, nec quæ prolapsa sunt, restituentur: sed si valentiùs exten-  
dantur, proprium affertur detrimentum. quo quidem tempore vis adhibetur,  
dolor excitatur, postea inflammatio superuenit, febris, neruorum distentio, &  
interdum etiam resolutio. quod testatur se vidisse Erasistratus in humeri capi-  
te nimium extento. minùs tamen alijs, pueri læduntur, si vehementiùs exten-  
dantur, propter humorem corporum & molliciẽm. nam, vt lora plurimum ci-  
tra noxam distenduntur, quũ mollia sunt & madida, abruptũ verò, cũ  
arida sunt & dura: ita musculi, atque nerui, quũ madent, & molles sunt, du- 30  
centem faciliè subsequuntur, neque multum dolent, neque rumpuntur, sicci ve-  
rò, & duri, quũ nisi magnâ vi cogantur, extendi nequeant, grauiori dolore  
urgentur, non solum si iusto magis, sed etiam si modicè intēdantur. in eo enim  
casu neruorum ac musculorum fibræ conuelluntur, rumpunturq; , quorũ nihil  
manet pueros, neque enim postea inflammatione, atque idcirco febre, delirio,  
neruorum distensione, ac resolutioneprehenduntur. Ipse igitur de pueris ver-  
ba fecit, quæ transferenda nobis sunt ad eunuchos, fœminas, tum ad eos, qui  
naturâ, siue consuetudine madent, & molli carne sunt, cũ istiusmodi corpo-  
rum temperamenta ducenti faciliè pareant, neque sentire offensam vllam gra-  
uiorem soleant, si vltra debitum extendantur: at quibus vel naturâ, vel cõsue- 40  
tudinẽ corpus induruit, vix cedunt extendentibus, atque eâ de causâ minùs  
ipse censuit à medicis esse extendendos, valde siquidem læduntur, vbi im-  
modica vis adhibeatur. Quod verò ait [partes autem paulo altius excitentur] item  
duplici de causâ proponitur, & vt fideliùs contineantur, dilabuntur enim, quæ  
contraria sunt: & ne doleant.

¶ Articuli exemplum sit, qui cognominis, qui par, qui similis, qui sanus est.  
Cognominem Hippocrates dixit *ὁμώνυμος*, satiùs autem fuit dixisse  
*συνώνυμος*.

1 *ζωόντων*, alia enim sūt *ζώοντα*, quæ hîc tractâtur, homini quidē homo, & equus equo, tum canis terrestris terrestris, marinus marino, *ζωόντων* est. quæcūque autē nomina in multis singularibus speciē vnā significât *ζωόντων* in ipsis dicuntur: cōtra ea, quibus differētes species appellâtur, vocare solemus *ζώοντα* dicta, & quæ sub ipsis sunt, atque exprimūtur, *ζώοντα* habētur. qui dicitur igitur brachiū brachio cōparatū *ζώοντα*, quādo speciē eandem habet? Sed nō expedit in verborū cōtrouersia immorari, quæ sequūtur magnū in medicinā momentum habent, quibus inbemur, cū prolapsū articulū in suam sedē restituiamus, vti exēplo cognominis, paris, similis, sani. cognominis quidē, vbi humerus cū humero cōfertur, cum brachio brachiū, femur cum femore, crus cum crure: paris in eodem homine, & non in alio, quam rem in opere de articulis declarauit his verbis [spectareq; in articulis, non quidem alterius hominis]: pari autē adiecit similē, potest enim, cum quo confertur, par esse, vt sanē similis nō sit, cū sapē alter humerus vitio quopiā tabuerit, aut abcessū ægrotauerit, vel crus valgum sit, aut varū: atque idecirco sanū rursus adscripsit, ne quid nos perperam accipiamus, nō grauatus verbū, quantū est in vi, idē penitus iterare, nam, quod par est, vtiq; sanū est, si simile sit, nisi vbi vtrūque membrum eodem modo sit affectū. tunc autē in alijs hominibus spectādū erit, in quo casu cōuenit simili sanū adijcere, sed, si in eodē homine cōsideretur, abundē erit dixisse sanū, qđ simili cōprehēditur. fortasse autē Hippocrates vtrūq; scripsit, vt in alijs scriptū inuenitur, animo accipiēdi nō vtrūq;, sed alterū tantū, librarius verō vtrūq; adscripsit.

20 **F**RICTIO ad resoluendum valet, & adstringendum, præter hæc ad implendum, ac minuendum. nam, si dura sit, adstringitur corpus: si mollis, resoluatur: si multa, minuitur: si modica, impletur.

Adstringere intelligit durare: resoluere, laxare, & mollire: minuere, extenuare. sub durā enim frictione carnē pertractatā verisimile est, reddendam esse frictioni similē, dum adstringitur premiturq;: sic & sub molli carnē similē afficiendā, eo qđ cōtraria præstet, atque dura: multā insuper, cū demere plurimū possit, extenuari corpus probabile est: sed non similiter plærūque refici eā, quæ multa cōtraria est, paucā videlicet, verū modicā, qđ superiūs dixit de vsu aque calidæ. paucissima enim fricatio, nō secus, ac exigua aque perfusio nihil efficit, quod sensu percipiatur. Perfricare igitur oportet, vbi implēdum est, quoad indicia conspiciātur, quæ tradita de perfundendi moderatione fuerunt, quū ait [dum intumescit priusquā residat finiatur, primò enim attollitur: postea, extenuatur]. demonstrauimus autem in secundo de tuendā sanitate ex ijs, quæ frictio præstat, nihil ab Hippocrate prætermisissum. Illud verò, quod multos latet, ignorare non oportet, quāuis *ἀνὰ* sursum significet, *τελευτῶν* frictionem, *ἀνὰ τελευτῶν* vocari à græcis nō modò eam frictionem, quæ ab inferiori parte sursum procedit, sed quamlibet quouis modo intendat: raròque legi apud ipsos vocabulum

40 *τελευτῶν*, consuerunt enim appellare *ἀνὰ τελευτῶν*, quam nunc dicimus *τελευτῶν*.

**S**ed, quod ad vinciēdum attinet primū vinctus premi se maximè dicat, quā vitiū est, extremis verò partibus minimè: fulciri item fascias, & non vrgere se, idq; nō vi, sed numero, eo ipso die, quo deligatus est, ac nocte paulo magis, posteriori minùs, tertio autē laxari. reperiatur posttridie in extremitatibus tumor mollis, tertio die cū resoluatur, quod vinculo exceptū fuit, extenuatū. idq; seruādum est quotiescūq; alligatur, cūmq; iterū vincitur, intelligendū est conueniētē iniectū vinculum fuerit. in posterū enim expedit plura atq; arctio-



ra lintea dare, abhinc tertio die plura adhuc atque arctiora, deinde septimo die  
 à primo resoluto vinculo ossa gracilia in conspectum veniant, & facile tracten-  
 tur. At, vbi ferulis alligatis locus gracilis sine prurigne, atq; exulceratione fue-  
 rit, supersedendum est vsque ad vigesimū diem ab ictu: si quid suspectū sit, sol-  
 uere interim ferulas conuenit, & tertio quoq; die coarctare. eodē autem modo  
 figuratæ habēdæ partes sunt, dū suspēduntur, dū continētur, atq; dū alligātur.

Fulcimenta constat à græcis appellari, non solum ἐγὺλματα, sed ἐρείσματα, vel  
 ex eo, quod Poëta ait in eo carmine, ἡρεσεν ἐγὺλματι τοῦ ποδὸς. ad cuius simi-  
 litudinem fulcire dictum est ab Hippocrate ἐγὺλματι, quod quasi insidere signifi-  
 cat, & inhaerescere. Id autem fieri iubet linteorum numero magis quàm pressu. 10  
 caueri enim per se voluit linteorum pressum. sed hæc & alia multa, quæ & præ-  
 positis, & sequentibus verbis continentur, abundè explanata sunt in opere de  
 fracturis, & de articulis. quare, si quid obscurum est, nō est, quod exponamus,  
 transferamúsq; huc quæcunque ibi perfectè prodita sunt, atque ideo quasi rem  
 apertam prætermittendum existimo. ille enim qui non modò magis appositè,  
 q̃ ego, sed, qui omniū optimè potuit dicendo sensa mentis aperire turpe duxit,

Quod clarè expressum est iteratis dicere verbis.

His igitur relictis, vt potè, quæ plana sunt ijs, qui commentaria de fracturis, &  
 de articulis legerint, ad ea, quæ restant, progrediar.

Capita figuradi ex consuetudine, & naturâ vniuscuiusque mēbri colligū- 20  
 tur. species verò, ex cursu, statu, cubandi ratione ex actione & ocio.

Apertè quoque ex his verbis intelligitur librum hunc, qui summatim rem  
 complectitur, post obitum auctoris editū fuisse. nam, qui huiusmodi libros ex-  
 scribunt, si qua sint, quæ duobus modis, vel in margine etiam apposita sint ab  
 auctore, vt postea consideret vtro exprimere mentem suam præstet, soliti sunt  
 omnia describere in ipso opere. quis enim adduci posset, vt crederet eū volu-  
 isse hîc eadē iterare nullâ ratione cogēte, præsertim cū summopere studeat bre-  
 uitati? Sed cū maiores nostri hæc duxerint explanāda, nos quoq; illos seque-  
 mur. patet igitur capita collocandi dicta esse quasi proposita, ad quæ intēdētes  
 idoneū cuiusq; partis habitū inuenimus. quin & consuetudinē vnū esse ex ijs 30  
 propositis suprâ memoriæ prodidit, cū inquit. Præter hæc porrectio, intētio,  
 in diuersas partes extētio, cōpositio, aliæque secundū naturam sint. De iaturâ,  
 quod ad actiones pertinet, animaduertendum est, quid requirat opus, quod sit,  
 quod ad hæc, attendenda quies, mediū, cōsuetudo. in quiete quidē atq; ocio cō-  
 siderandus rectus habitus, puta brachij: in medio porrectio, & cōtractio, quæ  
 admodū, vbi cubitus cum humero propè ad rectum angulū figuratur: consue-  
 tudo idcirco spectanda est, quia non alius habitus facilius fertur, cuiusmodi est  
 in cruribus, vbi extēta figurantur, nam, quæ collocantur hoc modo, diu facilli-  
 mē possunt immobilia perseuerare. hæc cū paulò antea scripserit, qui deterius  
 iterū hîc repetet? pposita igitur cōsuetudine & naturâ vniuscuiusq; mēbri, de- 40  
 inceps species, hoc est differentias ipsorū colligēdas esse ex actionibus arbitra-  
 tur. Nōnulli verbo [species] adiecerūt [mēbrorum] ita, vt oratio sic habeat [spe-  
 cies membrorū] de cruribus autē gratiā exempli dixit [ex cursu, incessu, statu]  
 cui addidit cubandi ratione] quod idē est, ac verbum superiūs scriptū, videlicet  
 [quies] his rursus subiecit [ex actione & ocio] actionē accipiēs pro incessu, cur-  
 su, statu, singularibus actionibus: ocium verò pro quiete. Quare nihil amplius  
 his verbis exequitur, q̃ actionem & quietem, neq; propterea, quod in principio  
 huius

1 huius orationis naturam membrorum nominauerit, existimari velim alterum nunc collocandi modum indicasse, cum nullum aliud naturæ tradiderit indicium præter actiones, quod totum sic habet, quemadmodum in verbis paulo supra scriptis docuit. quocunque autem tempore curationis eorum affectuum, qui manus auxiliū desiderant, vnus seruandus est partis habitus, qui secundum naturam est, quem inueniri ait ex quiete atque ocio, id est, vbi quis cōquiescit, tum ex medio, quod scilicet est inter extrema, atque ex consuetudine, sub quā actio & quies manifestè comprehenditur. Hæc itaq; duo maximè cōmunia indicia, medium scilicet inter extrema, & cōsuetudo vniuscuiusque partis naturalem habitum nobis exponent. ego autem in libro de motu musculorum hæc persequutus, & partium compagine indicans, quam ex ratione corporū incidendorum inueni, naturalem partium habitum iuxta Hippocratē in libro de fracturis docui. Videri autē possunt diuersa de propositis rebus dici, cum aliās alia verba & nomina vsurpētur, veluti cum quis dixerit collocanda esse membra, quemadmodū minimè lædūt, non alium habitum inueniet, quàm eum, in quo detineri solent quiescētes, qui medius quoque est inter extrema, sed & indicatione sumptā à partium compagine hic idem inuenitur.

20 " **Q**uoniam labor firmat, ignauia resoluit. Hoc etiam perangustè traditum fuit ab auctore, quod fortasse constituerat dilatare in eo libro, quem erat editurus. Legitur autē in quibusdā exemplis [Quid labor firmat, ignauia resoluit?] proponēte sibi ipso auctore rem exquirere vtilissimam nō modò ad medicinæ partem, quæ manu, sed & ad eam, quæ victus ratione medetur. omne igitur corpus, vbi in ocio degit, effeminatur, & imbecillum redditur: firmatur autē & vires colligit, vbi quid faciat, hoc est, aliquem vsum præstet. cuius orationis duo fidem faciūt, experientia omnium, qui animaduertunt euidenter apparentia, & indicatio, quæ à naturali compagine sumitur, quā in libro de tuendā sanitate explicauimus. Quod verò ad chirurgiam attinet, non debēt diu affectæ partes haberi immobiles, sicut nonnulli securitatis gratiā faciūt: sed inflammatione sublatā modicè dimoueri, quod 30 primò tantum faciendum est, quàm affectæ sedi calida aqua infunditur, deinceps in balneis, postea etiam sine his.

" **A**dstringendum est numero potius, quàm pressu. Item hoc ipsum ab auctore summatim per se scriptum à librario sanè huc translatus fuit. supra enim clarè perfectèque explicatum est, nunc præcisè adscribitur. supplere autem oportet [linteorum] vt vniuersa oratio sic habeat [Adstringendum est numero potius linteorum, quàm pressu].

" **V**icunque sanguinis suffusio est, seu cōtusum, siue abruptio, siue tumor, si inflammatio nō est, sanguinis plurimum à vitio sursum expellatur, paulum 40 verò deorsum. sed nec brachium, nec crus depēdeat. fascia autē ab affecto loco incipiat, ibiq; validissimè insadat, extremis verò partibus minimè, medijs modicè: extrema itē sursum adducta vinciatur: numeroq; potius quàm cōpressu fasciæ adstringant. huic autē maximè accommodantur tenues, leues, molles, minde, late, valētes, vt quæ sine ferulis adhibeātur. Perfusionē insuper copiosā vtēdum.

Hippocrates iuxta Ionū linguam (vt solitus est) contusum appellauit *φλάσμα* per. φ. id, quod à nobis per. θ. *θλάσμα* dicitur. accidit autem hoc vitij, vbi graue aliquid decidit in corpus, quod quasi carnem abrumpendo, atterendi vim habet. Verum vbi contusa caro ad regionem, quæ sub cute est, sanguinem trans-



mittit, hæc sanguinis suffusio dicitur ἐκχύματα, sub quâ cutis inuiolata seruat. 1  
 scindi autem tenues venas cum carne, vbi id exoritur, manifestum est. Incidit  
 autem abruptio (quod ἀποδομα dixit) quum musculorum fibræ plurimum ex-  
 tenduntur, ita, vt nonnullæ abrumpantur, cuiusmodi mala recentiores medici  
 ἐνέγματα propriè appellant. Huic subiecit Hippocrates tumorè, què dixit ἐίδημα,  
 quo vocabulo solet omnes præter naturâ tumores notare: iuniores dispartiu-  
 tur hos in inflammationes, quas φλεγμονὰς vocant, & in duros tumores, atque in  
 molles, & pituitosos, quos propriè vocat ἐιδήματα. sed φλεγμονὰς solet ipse appellare  
 φλοτώσεις, vnde nomen inditum est calidis tumoribus. accedit ad priores tumo-  
 res is, qui erysipelas dicitur, quod perpetuò quidem inflammatum est, non ta- 10  
 men perpetuò tumet. Hi ergo morbi omnes nominatim positi ab Hippocra-  
 te, quod ad rationem victus ac medicamenta pertinet, aliam curationem exi-  
 gunt: quod verò ad manum, vinciri cōuenienter debent, præsertim, vbi oriun-  
 tur ex præcedētibus vinculis, de quibus nunc pertractat. Illud verò [à vitio sur-  
 sum expellatur] dixit ὑδαίρεται, quod quasi exprimat. significat. nonnulli aper-  
 tē scribunt ὑδαίρεται, hoc est expellatur, vt nullâ apud græcos explanatione sit  
 opus. Ceterum deligari hæc in libro de fracturis voluit, fasciâ orfâ à loco tumi-  
 do: nunc verò à vitio partis, quod ἡδμήατος nomine exposuit, sed vinculū, quod  
 ad fracturas pertinet, hîc eatenus variat, quatenus fascias plurimum ferri do-  
 cet ad superiora, parum verò ad inferiora. Illud item [Sed nec brachiū, nec crus 20  
 depēdeat] commune quoque est eius vinculi, quod ad fracturas accommoda-  
 tur, sed id adscripsit, vt potè, quod magnum in propositis momentum habe-  
 ret, ne (vt cōsueuimus) negligentius agentes summo opere lædamus. quum, quæ  
 ingentem noxam aut opem afferunt, prout quis rectè vel nō rectè vtitur, Hip-  
 pocrates commemorare (sequeutiū non grauetur: contrā, quæ parum prodes-  
 se nouit, aut obesse contentus sit semel tractare. Ergo in fracturis, cū primū  
 alligantur, antequam vel inflammatio, vel aliud ex dictis nunc vitij accēsserit,  
 cautio est similiter, atque in his, ne quid ad affectam sedem concurrat: at non  
 æquè in illis danda opera est, vt quæ affectam partem occupant, digerantur.  
 quocirca perfusione hîc adiungit, non quo illic quoq; non adhibeatur, sed quo 30  
 hîc magis. perfundenda enim copiosius hæc sunt aquâ calidâ, vt quod in tu-  
 midis partibus collectum est, discutiatur. Quamobrem ipse, cū loquutus est  
 de calce, qui à saltu ex superiori loco sanguine suffunditur, præter cetera auxi-  
 lia ad id hoc quoque posuit, aquâ calidâ copiosè perfundendum, vinētūque  
 locum sine compressione fideliter continendum. Igitur hæc quoque ad fractu-  
 ras docuit, licet plus habeât ponderis in malis, quæ nunc cōmemorantur, nem-  
 pè eâ de causâ, vt citra omnē pressum digerâtur, ac propterea sine ferulis quo-  
 que deuincit, ita, vt iunctura hæc duplici modo differat ab eâ, quâ fracture pos-  
 tulant, tum quòd fascias requirat minùs arctatas, & potissimū leues, tenues,  
 molles, mundas. his enim maximè indigēt, quæcunque adstringi leuius oportet: 40  
 tum quòd digestionē opus sit vehemētiore. Adiungit præterea vnūquòd-  
 que, ex propositis vitij inflammatione vacare debere, si, quâ docuit ratione, cu-  
 randum sit. si quidem inflammationes ne modicum quidē pressum ferūt. con-  
 tra eas igitur nitimur per cataplasmata, per assiduam calidæ aquæ perfusionem,  
 perq; liquida medicamenta, quæ succurrere scilicet inflammationibus possint.

• Vbi articuli suis sedibus excidunt, aut his intactis, quæ ipsos continent, re-  
 soluuntur: aut ossa, quæ citra commissuram se contingunt, diducuntur:  
 vel quæ

1. vel quæ iuncta erant, abrupto eo, quo continebantur, inter se dehiscunt: seu iuxta articulos comminuuntur: aut peruertuntur, cuiusmodi sunt, quæ vara sunt; in alteram partem inclinantia, ab eâ parte, à quâ mota sunt, lenius vinciri debent, arctius ab eâ, in quam, ut quum deligata sunt, in contrariam spectent, ac priusquam deligarentur, idque paulo plus æquo, quod & fascijs agendum est, & pannis, tum suspendendi, collocandi, intendendique ratione, præterea conuertendo, dirigendo, plurimumque perfundendo.

Mala hæc vniuersa latè persequutus est in opere de articulis, & de fracturis, quæ nunc sicut alia multa in compendium contulit, quod breuitatis causâ per se obscurum est, at ijs, qui ea volumina legerint planum. nos, quum ipsa antea explanauerimus, ut memoria redintegretur, pauca in medium afferemus: si quis autem ab officii medici initium acceperit, huic præceptore opus est, qui res enodet, & quæcunque ab Hippocrate in opere de fracturis, & de articulis scripta sunt, in commentarium translata huc proferat. Dixit igitur Hippocrates propositis verbis ἐν άρθροις, in articulis, qui suis sedibus excidunt: ἑρέμματα, ubi intacto articulo, quæ iuxta ipsum neruosa sunt, resoluuntur, quod præsertim accidit, quum ambulando vestigium fallit: διασπάματα, cum ossa, quæ citra commissuram naturaliter se contingunt, præ affectu quopiam diducuntur, in opere etiâ de articulis, & de fracturis nominatim mentionem facit de ossibus, quæ inter se diducuntur, ut de cubito & radio in commissurâ brachij cum humero, & in manu de ijs, quibus illa continentur, & in crure similiter de ijs, quæ iuxta genu sunt, pedemque in viciniâ calcis: ἀπὸ τῶν ὀστέων dixit, quum abruptis ijs, quæ ossa inter se connectunt, ipsa, quæ prius iungebantur, plurimum inter se dehiscunt, quemadmodum ipse de extremitate lati scapularum ossis ostendit: sed ἀποκλίσματα dicit, quæ iuxta articulos comminuuntur, vocantur à iunioribus ἀπώγματα, de quibus in fine libri de fracturis meminit, inter cubiti noxas, ubi ἀπώγμα scripsit, eò ducuntur, qui post ipsum hoc vocabulo nuncuparunt quamcunque transversam totius ossis fracturam in viciniâ articuli, in quâ videlicet fracti ossis partes inter se plurimum recedunt, ossa, quæ sic franguntur, recentiores dicunt frangi καλίσθως, quum caulis modo abrumpanitur: διασπείσματα vocauit, quæ peruertuntur, ab ijs autem quæ ἑρέμματα dixit, differunt διασπείσματα, quatenus hæc aliquo modo perueniunt ad articulum leuiter ipsum deprauantia, suâque sede commouentia, id quod euenit præcipuè vni ossi tibiæ in pueris, in quo casu vincimus, vtrinque ad dirigendum obijcientes lignum ex tiliâ, vel ex tali aliquâ materiâ firmum molléque, tenuem inde regulam parantes. Rectè autem addidit, ubi commemorat ea, quæ peruertuntur [in alteram partem inclinantia] etiam, si legamus ut nonnullis placet [cuiusmodi sunt, quæ valga sunt, hæc in alteram partem inclinantia] vtrique scripturæ optimè cōuenit adijcere [in alteram partem inclinantia] siquidem totus articulus sæpè in interioriorem partem vel exteriorem conuertitur, idque cruri accidit frequenter prope genu & prope talos. Vocantur autem, quæ in exteriorem partem vergunt βλεσπέ, id est valga, quæ in interiorem ἐκβλά, & κνίλα, id est vara. His omnibus vinculum prodest, quod duo spectat, ut ab eâ sede, in quam prolapsa pars est, fasciæ adducatur, vergeantque: locus verò, vnde ea recessit, laxior sit, ut admittat, quod sub vinculo ad ipsum compellitur, hoc est, ut fasciæ ibi laxæ sint, non arctatæ. Supplere autem oportet [venerūt] ubi inquit [ab eâ, in quam] sic, ut totus sermo sit. [ab eâ parte, à quâ mota sunt, lenius vinciri debet] hoc est fasciæ laxiores esse



arctius ab eâ, in quam venerût, vt spectent in contrariam partem, atq; venerût. x  
terminum autem conuertendi in contrariam partem non præscriplit natura-  
lem statum, tunc enim morbo vinculum caderet, quùm deprauationi diu pars  
assueuerit: sed paulo vltra naturalem statum partem adducendam censet, at-  
que hoc est, quod ait [idque paulo plus æquo] nam, quod naturale est, æquum  
est. Cæterùm præcipit, vt ad contraria conuertamus per omnia, quæ ad vin-  
ciendum admoventur. quæ ipse nominatim cum fascijs recensuit, quùm in-  
quit [& pannis, tum suspendendi, collocandi, intendendique ratione, præ-  
terea conuertendo dirigendo] quùm possit vinculum per hæc omnia plus iu-  
sto ad contraria inclinari. Scribit, [item plurimum perfundendo] addens [plu- 10  
rimum] quod in proximè præcedentibus verbis omisit, intelligi tamen potuit  
ex ijs, quæ proposita erant. ibi itaque digerendi, hîc verò molliendi causâ, co-  
piose aquam infundit.

» IN his, quæ extenuata sunt, plurimum integræ partis comprehendatur, vt ex  
» Transfusione, quæ exhausta sunt, magis quàm suapte naturâ emacrescerent,  
» diuerso vinculo ad incrementum spectent, & carne impleantur.

Percurrerunt locum hunc expositores huius libri, non secus atque alia mul-  
ta, circuitiōneque vti pauca quædam attulerunt: qui verò enodare apertè ipsum  
contendunt, veritatem non attingunt, itâ, vt mirum sit, qui potuerint exte-  
nuatis, hoc est gracilibus partibus, & quæ ali deserunt naturalem habitum re- 20  
stituere. Equidem cenſeo quæcunque, vel ad verborum significationes atti-  
nent, vel ad quæstiones captiosas, vt perperam accipiantur, nihil ad artis ope-  
ra discantibus obesse: quæ verò contraria idoneæ curationi traduntur, neces-  
sariò ijs officere, qui medendi artem exercent. Ante omnia igitur docebo quâ  
viâ curauerim, quæ summâ macie confecta essent, vt qui addiscunt, iam eius  
ope fruâtur: deinceps accommodare veritati proposita verba enitar. vbi enim  
latebra est obscuritatis, conabor rei veritatem tueri, eique, si vllâ ratione fie-  
ri poterit, verba Hippocratis consentanea demonstrare, quod si interim non  
dabitur, iuuenis certè rem ipsam, vt sese habet, comprehendat. Ergo macies  
partium plærunque, vel ex diuturnâ quiete, vel ex eo vinculo, quod ad fractu- 30  
ras pertinet, proficiscitur, quùm ob illam robur quiescentium partium emo-  
riatur: ob hoc regio, quæ vineta est, sanguine sursum partim, partim deorsum  
expresso, alimento priuetur. Quocirca contrario modo, atque contractum fue-  
rit, mederi vitio debemus, nempe affectæ parti vim restituentes, efficientesque,  
vt eo sanguis affatim concitetur. vires quidem reficit moderata infriçtio, per-  
fusio, motus, debet autem esse idonea moderatio in vtroque genere, in qua-  
litate scilicet & modo: sanguinis verò plurimum euocabunt, proposita nunc  
ratio alligandi, aquæ calidæ persusio modica, motus, & frictio, quæ & vires eri-  
am confirmant. omnia autem modo & qualitate moderata esse conuenit, cùm  
non satis sit frictionem, motum, calidæ aquæ persusionem, nec multa esse, nec 40  
omnino pauca: sed oporteat frictionem quoque mediam esse, tam inter duram  
& mollem, quàm inter multâ & paucam, similiter aquam itâ temperari, vt me-  
dia sit inter eam, quæ nondum calefacit (*χλιαρόν*, id est tepidam vocant) & quæ  
iam dolori est, calore mordens (*ζέον*, id est feruentem dicunt) in modo item me-  
diam inter multâ & paucâ. verùm de modo suprâ tractauit, cùm dixit [dum in-  
tumesceat priusquàm resolidat, finiatur]. hoc autem tempore, si pars cum seipſâ cō-  
feratur, rubens maximè apparet. quæcunq; ergo gracilitate, macièq; tentantur,  
planè

1 planè magis exanguia conspiciuntur, quàm quæ benè valent, vixque & quùm  
 pertractantur, & quùm aquâ calidâ perfunduntur, rubescunt. hoc autem nobis  
 propositum sit, quòd ad modum pertinet, vt membrũ rubore offundatur, quo  
 tempore tumidiùs quoq; exhibetur, sed, nisi cesset qui fricat, vel perfundit, tu-  
 mor definit, & rubor finitur. Maciem verò vel medicinam non admittere, vel  
 sanabile esse indicio erunt tumor ruborque, promptè vel magno negotio ex-  
 citati. quibus hi quidem ægrè contingunt succurrere soleo perfricando corpus  
 aliquo ex calefacientibus medicamentis, atque ex ijs præcipuè, quæ modicum  
 accipiunt thapsiæ non vetustæ: sed & huiusmodi gracilitates inũgo aliquâ mi-  
 10 xturâ, quæ picem habeat, qualia sunt medicamenta, quæ *πικράτα*, vel *σποτακινὰ*  
 græcè à quibusdam dicuntur. quæ, si *πικράτα* & *σποτακινὰ* nominari audies, æquè  
 intelliges, licebitq; tibi appellare, vt velis. instituimus autem in his commenta-  
 rijs iuniores atticisimũ nõ docere, sed persequi medicinalis artis effectus vti-  
 lissimos, atque eos præcipuè, qui ex confectionibus picè habentibus ad propo-  
 sita pertinent. Igitur, si primus vsus partem reddat tumidâ & rubram, iam ces-  
 sandum est: sin minus, iterum & tertio inũgendũ, in alijs quotidie, in alijs ter-  
 tio aut quarto quoq; die, prout affectæ parti maximè opus esse iudicabis. Illud  
 verò, quod pars, quæ fricatur, aut pice illinitur, incalefcit, inter ea, quæ spe-  
 ctantur interdum non numero, quoniàm sub rubore cõprehenditur, cùm eo-  
 20 dem tempore caleat, rubeatque. Ego hâc ratione gracilitati præter naturâ sæ-  
 pè occurri, raròque vsus sum vinculi operâ, & si quando vsus sum, eo modo al-  
 ligavi, quo docet Hippocrates inspectis verbis ipsius [diuerso vinculo] quod  
 enim inquit [diuerso] illi vinculo opponitur, quod pertinet ad fracturas, quòd-  
 que affectam sedem vehemètiùs vrget. diuersum itaque vinculum primo pro-  
 tinus fasciarum ambitu discrepat ab eo, quod posuit ad fracturas, nõ enim or-  
 dimur à parte cui medemur, quemadmodũ facere in vlceribus, fracturis, san-  
 guinis effusione, cæterisque omnibus paulò antè propositis consueuimus: præ-  
 ter hæc affectum locum nõ adstringimus, sed remittimus, maximè autè com-  
 primimus partẽ integram, vnde incipimus. inde enim præcipit, vt fascia vsque  
 30 ad affectum locum laxetur, atque vbi eò ventum est, laxissima inuoluatur. hic  
 siquidem hyeme obuoluendus est, ne calefiat, laxus videlicet nec minimũ  
 quid adstrictus: sed æstate debet integra sedes vinciri, vt qui in eâ subest san-  
 guis, ad locum, qui refectione indiget, depellatur, partem verò quæ curatur, sub  
 vinculo calefacere & digerere alienum est. Vbi autem crus totum, aut totum  
 brachium valde emacruit, alterum par membrum deligare conuenit, initio ab  
 imis partibus accepto, dein fasciâ ductâ in crure inguine tenus, in brachio ad  
 alam vsque, & humeri caput. quâdoquidem eodem modo venæ, quæ cruribus  
 alimètum subministrant, ab inferiori parte iuxta os sacrum derinantur à venâ  
 cauâ, atque illæ, quæ brachijs, à superiori iuxta iugulum. sanguis itaque, qui ad  
 40 vnum fertur ex paribus membris, vbi iter clausum est, ad alterum deducitur.  
 Adstringi autè sanum membrum hætenus debet, vt ob compressionem mi-  
 nimè indolefcatur: sed, quod vitiatum est, vel nudum relinquendum, vel paucâ  
 lanâ vsque ad inguen obtegendum, vbi cælum frigidũ sit, sed, vbi non sit tale,  
 expedit nudum esse, & subinde linteis perfricari, tum calidis medicamètis fo-  
 ueri, si locus ægrè incalefcatur. namq; vbi promptè, oleum cui parum ceræ adie-  
 ctum sit, per se idoneum est, siquidẽ diutiùs manet, & minus resoluit. Eadem  
 omnino ratio est in brachijs, in quibus vinciendũ id est, quod benè valet, per-



inde quasi crus: præstantérque calefaciendū, quod ægrū est, & frictione & mo-  
 tu, hominem verò, vbi prorsus stupidus non fuerit, rogare præstat, num in eā  
 parte, quæ curatur, aliquid eius caloris, qui excitatus fuerit, sentiat superesse: an  
 apertè desijisse sibi penitus videatur. quòd si cessasse respondeat, iam tēpus est  
 iterum adhibere, quæ calefaciant, & partem confirment, quorū quatuor gene-  
 ra sunt, frictio per lintea, calidæ aquæ perfusio, frictio per calida medicamenta  
 vel per oleum, simplicis dropacis inunctio. vbi vitata pars refrixisse plurimum  
 videatur, dropax varius sit, habeátque bitumen, modicum sulphuris ignem  
 non experti, & pyretrū. Curanda verò sic esse corpora extenuata, experimen-  
 to comprobauī plurima reficiens. vtrum autem verba Hippocratis rectè expo- 10  
 fuerim non est, quòd contendam, quū me non lateat obscuræ orationis ex-  
 planationem eò euadere posse, vt probabilis sit, non tamen vt firmiter sciatur.  
 Declaro autem verba Hippocratis non sicut plerique sic scripta [vt ex transfu-  
 sione exhausta magis, quàm ipsa emacrescerent], sic enim absurda sententia  
 esset, sed (vt alij legunt) adiecto pronomine his verbis [vt ex transfusione, quæ  
 exhausta] vocat enim exhausta, quæ extenuata sunt, ppter eā, quod in ocio de-  
 gerint, fuerintque alimento destituta. hæc ait ex transfusione sanguinis (quasi  
 ex cursu dixerit) sanari, nimirum sanguine ad affectum locum copiosius cōci-  
 tato, quàm si naturaliter haberet. Siquidem hâc ratione implebitur, quod ex-  
 tenuatum erit, si diuersum adhibeatur vinculum ab illo, quod in prioribus in- 20  
 dicauit, cuius discrimen nos paulò antè demonstrauimus, ex quo necessariò fa-  
 cultatis dissimilitudo proficiscitur, illud quidē ab affectâ sede sanguinem ex-  
 pellit, hoc ampliùs ad eam concitat, quàm si rectè valeret. nam, cum benè vale-  
 bat, abundè erat, qui in ipsâ continebatur, & ideo non opus erat ampliùs tran-  
 smitti, quàm qui, partim in alimentum subministrandum consumitur, partim  
 digeritur: nūc verò, quū vitatus locus inanis sit, atque exanguis, multo plus  
 concurrere sanguinis oportet, non modò vt alatur sicut in secundâ valetudine,  
 sed reficiatur etiam, præterquam quod nunc plurimum necessariò digeritur,  
 quū subinde calefiat. calefaciunt enim quæcunque ad ipsum præsidia adhi- 30  
 bentur, siue frictio, siue motus & medicamenta, siue pix illita, & confectiones  
 picem habentes, ac tādē calidæ aquæ perfusio. nam & hac Hippocrates vsus  
 est, fortasse ob eius seculi inopiam balneorum: nos autē hoc seculo aquâ, quam  
 in balnei labris habemus, contēti sumus, ad affectas partes modicè calefacien-  
 das, tollendūque eam lassitudinem, quæ extendentium sensum repræsentat.  
 Iam vero partes exerceri necesse est in actionibus vtitatis, id quod quotidie fa-  
 ciendum est, non subitò semel, verū subinde, quomodo etiam frictio adhi-  
 benda est, donec excitetur calor, tūcque ab eā desistendum. Verbis igitur sic  
 veram curationem accommodo, cuius vim experiētiâ demonstraui, sexcen-  
 tos, qui sub vinculo diuturnoque ocio extenuati erant, recreando. Sed iam eo-  
 rum, qui librum hunc enodarunt, mentem aperire tempus est. ex ijs plerique 40  
 (vt retuli) vsi circuitione duntaxat integram verborum obscuritatem relique-  
 runt: pauci conati sunt iuxta verba ipsa ad vinculum relata hoc modo vniuer-  
 sam sententiam enodare. Hippocratem præcipere aiunt, vt eorum, quæ exte-  
 nuata sunt, curatio à vinculo inchoetur. quo exhausta, hoc est extenuata ma-  
 gis, quàm antè extenuata fuerant, in cōtrarium habitū mutantur. multos enim  
 morbos putant hâc ratione sanari, afferuntque exempla & eorum, qui nausæā  
 pressū sumpto

- 1 preſſi ſumpto medicamento vomitum ciente ad ſanitatē peruenerunt, & qui aſſiduē citā & acri aluo exerciti catharctico conſanuerunt, & quorum tuſſis finita eſt ob præſidia vehementiorem tuſſim excitantia. Nec deſunt ex illis, qui commemorent, quæ Hippocrates in illis ſententijs, quæ aphoriſmi vocantur, ad verbum ſic ſcripſit. [Eſt etiam, quū in neruorum rigore citra vlcus iuvene habitiori, mediā æſtate gelidæ aquæ multa perſuſio calorē reuocat] ergo, ſicut contra morbos (inquiunt) non ſolū pugnamus per auxilia iſtis contraria, ſed etiam per ſimilia, itā nunc ab Hippocrate iubemur gracilitati occurrere ab eo vinculo orſi, quod magis extenuare poteſt. id quod tranſfuſione fieri aiūt, cūm
- 10 partes paulatim plurimūque ſub vinculo contabefcentes, iterum recurrentibus humoribus recreantur, & idoneæ fiunt, quæ carne impleantur. Sed quū videant, qui ſic exponūt à ſe nullo modo explanari illud poſſe [diuerſo vinculo] ſcribunt [diuerſo habitu] ſic, vt ternæ reperiātur ſcripturæ inter ſe differentes, quarum vna habet [diuerſo habitu] namque in nonnullis exemplaribus ſic ſcriptum reperitur. Qui ſcribunt igitur [diuerſo habitu] locum hunc in vinculo non accipiunt, ſed in parte agrā, quam alterius habitus exiſtentem ac prius eſſet, ſpectare ad reſectionem dicunt, eūque habitū comparari vinculo plurimum extenuante, quaſi exhaustę partes non ampliū vinculo extenuentur, ſed nunc fortasſe futurum ſit, vt inde reſciantur. Itaque quū vinculum, quod ad
- 20 fracturas pertinet, communis (vt paulō antē dixi) & aliorum affectuum, quibus annumerabantur ſanguinis ſuſſuſiones, contuſa, abruptiones, extenuandi facultatem habeat, quis conficiet, vt de eodem reſci extenuatę partes incipiant. quamobrē nonnulli ita legunt [vt ex tranſfuſione, quæ ſuapte naturā exhausta ſunt] concipientes id abſurdum, quod oratione ſequitur, effuſiſſe, eo quod partes ſuapte naturā ſint extenuatę, atque id, quod nūc præcipitur, non pertineat communiter ad omnia, quæ extenuātur, ſed ad ea tantū, quæ ſuā ſponte. ſic autem commune hoc præceptum, & generale pauca complectetur, pauciſſima enim ſunt, & rariſſima, quæ hāc de cauſā tabeſcunt, reliqua omnia ob diuturnum vinculum, ſimūlque ob vitiatę pattis quietem in hunc morbum
- 30 incidunt, eaque potiſſimum ſas eſt commemorari ab Hippocrate, quū ſub ijs ſiant, quæ ſuperius poſita ſunt. docuit enim hætenus de fracturis, & de quibusdam alijs affectibus, qui ſimile vinculum exigunt, quibus quū maciem partium ſuperuenire intelligat, indicare meritō voluit, quā ratione ad ſanitatē perducatur. Sed iamiam exequar, cuius maximē accuſari poſſent, qui putant Hippocratem monere, vt extenuans vinciendi ratio adhibeatur. conſilium quidem eſt reſicere, quæ exhausta ſunt, quod contingere non poteſt, niſi & vires reſciantur, & materia alimenti abundē ſubminiſtretur. vinculum verò, quod tradi ab Hippocrate volunt, & ſanguinis concurſum prohibet, & robur infirmit: ſed quod nos dari ab eodē credimus, diuerſum eſt ab illo, quod
- 40 extenuat, inchoandū enim eſt à parte ſanā, nō ab agrā, & per multos circuitus adſtringendum comprimendūq; dum ne compreſſione excitetur dolor, qui poſſet inſtāmationē mouere, ſcacia item vſque ad affectam ſedem trahenda eſt paulatim vi compreſſionis remiſſā. Illud præterea, quod integrū crus vnā cum agro deligari conueniat, iſſorum expoſitioni minimē congruit, vbi inquiunt Hippocratem velle vinciēdum eſſe, vt quæ extenuata ſunt magis, exhauriantur, quo non modò nihil conſert vinculum alterius cruris, ſed etiam obeſt, ſanguis enim, qui antē ad illud ſerebatur, nunc omnis ad affectū depellitur. Quod



autem superioris expositionis auctores malè huc exèpla transferant, in aperto  
 est, quàm nullam similitudinem habeant cum ijs, quæ ab Hippocrate tradun-  
 tur. quoniam qui rectè rationi innititur, si subito eijci velit omne id, quod cau-  
 sam exhibet, nempe, quod ventriculi tergoribus ità inhærescit, vt vix inde ex-  
 trahi queat: similiter & acria, quæ paulatim destillant, & ità ventrem irritant,  
 vt desidèdi necessitas sit, subito non iniuria educet: quemadmodum euenit in  
 tussi mediocri, quæ ijs exoluitur, quæ ipsam concitant acriorem. sed nulla his  
 communitas est cum eo, quod putant affectum locum, vt recreari incipiat, ex-  
 hauriendum esse, quàm ex vinculis, nequè tabescentes partes firmari possint,  
 neque alimenti materia deduci. Illud verò, quod afferunt de neruorum rigore  
 maximè alienum est, ignaros enim se ostèdunt artis, quam tradidit Hippocra-  
 tes, quàm docet medendi rationem esse, vt contrarijs tollantur contraria. At  
 nonnulli minùs verborum vim percipientes ad contradicendi studium con-  
 uersi sunt, quod ferè faciunt, qui inconsideratè aduersantur, atq; ea labefactare  
 contendunt, quæ nunquam didicerunt. tantùm enim abest, vt per artificiosa  
 illa, quæ traduntur ab Hippocrate, id tollatur, quod cōtrariorum contraria sint  
 auxilia, vt etiam confirmetur. Quin & in adductâ sententiâ dixit [frigida enim  
 aquæ perfusio calorem reuocat, hæc autem calore finiuntur]. hunc verò calo-  
 rem, qui medetur frigidis vitijs interdum frictione mouemus, interdum cali-  
 dis medicamentis, modò exercitatione, aut calidâ aquâ infusâ, atque vbi vehē-  
 mentiore calore opus est, bitumine (vt sæpiùs retuli) vel pice illitâ, interdū etiā  
 & aquæ frigida perfusione. sed cætera omnia, vt potè quæ calefaciendi vim  
 habeât, ijs partibus ac morbis, quibus calore opus est, vbiq; vtilia sunt: frigida  
 aqua, vt quæ frigida est, quantum in se est, rarò vtiliter adhibetur, atque ei tan-  
 tùm corpori, quod potètem habet innatum calorem. In habitiore quidem cor-  
 pore (inquit ipse) est, vbi vtilis sit aqua frigida, neque in hoc, quolibet tempore,  
 sed æstiuo. frigida enim aquæ potionem duo afferre, vel noxam ex frigore,  
 vel plurimum caloris ex altioribus partibus redeuntis, quis non nouit, aut non  
 docuit ex ijs, qui de eâ conscripserunt? Corpore itaque abundè calido fit, vt à  
 frigore non superetur calor, qui in ipso est, sed cute densatâ, atque ijs, quæ ex-  
 pirare debent, relictis, augeatur: at si calor imbecillior fuerit, quàm vt subeunti  
 frigori obstitat, vi ipsius ad altiora corporis aspirante, homo frigidis morbis  
 excipitur. fortasse hæc superuacanea nunc attuli, quàm alibi (vt dixi) ea fuerim  
 exequutus. Quæ primò igitur medentur, primò necesse est contraria sint. pri-  
 ma autem dicuntur, quæ nullius mediij auxilio his opponuntur: quæ medio in-  
 digent, non primò efficiūt, sed alia adiuvando efficiēdi socia sunt. Agunt au-  
 tem nugas, qui alui purgationem, medicinam tussim mouētem, frigidam per-  
 fusionem proferunt. nam hæc, quamuis rectè interdum fiant, plurimum tamen  
 ab eo, quod nunc proponitur, abhorrent, in quo demonstrandum est, qui fiat, vt  
 vincendi ratio, quæ extenuandi vim habet, vel quod exhaustū est, confirmet,  
 vel plurimū eò sanguinis concitet. frustra autē, dum hæc ostendere nequeunt,  
 exempla adscribunt præterquam quòd exemplo stabile, certamque scientiam  
 non efficiunt. ostendimus enim in libro de exemplis, non esse exempli vsum,  
 vt qui rem non cognoscunt, eius scientiam acquirant. quod quidem nonnulli  
 asserunt, qui rhetorum more, vt scientia comparetur, exempla adhibentes totā  
 aberrant viā, non secus atque vbi Platonem dicunt plarunque per enumera-  
 tionem demonstrare. ostensum enim est illum vti enumerationibus gratiā ex-  
 planationis

planationis: quicumque verò tenetur studio exquisitiùs intelligendi enumerationis vim, & exempli, ad eum locum adeat, vbi de vtroque tractatur, quæ nos alibi exequuti sumus. Sed nunc ad propositum reuertamur eos hortati, qui in hisce libris versantur, vt quùm hæcenus diligenter legerint, ad sequentiũ expositionem accedant, quæ præcedentium fidem faciunt. ad ea iam igitur progrediamur vniuersa, quæ vt in aperto magis sint, non adscribemus tota simul, sed membratim eoque modo etiam explanabimus.

“ Cæterum præstat partem, quæ super aliam posita est, sicut femur super id, quod à genu ad pedem est, simulque alterum crus cum integrâ parte deligare, vt similis sit, pariter quiescat, & æquè alimèto prohibeatur, atq; alatur.

Paulò antè propositum est rationem deligandi extenuatas partes diuersam esse debere ab eâ, quæ ad fracturas pertinet, hæc siquidè adhibetur, vt sanguinis cursum prohibeat, quod in affectâ sede collectum est, sursum deorsumque exprimat, mēbra quieta seruet, & immobilia, cum hâc viã vitiatæ partes interdum ab inflammatione penitus defendantur: at nunc non eo incūbitur, vt fluxus sanguinis repellatur, vt quod in ipsis subsistit educatur, vt immobiles cōtineantur, sed ad omnia his contraria consilium dirigitur. Fascia itaque (vt supra scripsi) ordiatur à parte sanâ, premendôq; hanc, sanguinem, qui in ipsâ cōtinetur, ad extenuatam transfundat, non tamen ex toto integram partem ex-

20 hauriat. Crure igitur aut brachio ægrotante abundè est vinculum incipere ab inguine, aut ab alâ: sed, si malum hoc femur infestat, aut humerum, necesse est contrarium mēbrum deuincire, vinculo ab imâ parte orso, & vsque ad inguen vel alam porrecto. Si quando autem brachium, aut crus vehementer ægrotet, expeditius est vtrūque deligare, & quod superpositũ est affectæ parti, & quod integrum, vt prohibeatur alimentum, neque illi subministretur. atque hâc de causâ dixit Hippocrates [sicut femur super id, quod à genu ad pedem est, si-  
múlque alterum crus cum integrâ parte deligare, vt pariter (inquit) quiescat] id est, ociosum sit alterum crus, atque illud, quod affectum est, & æquè ipsius alimentum intercipiatur. Illud verò [vt æquè alatur] idcirco posuit, quia mem-

30 brum, quod vincitur, noluit ita alimèto prohiberi, vt nulla pars penitus ad ipsum feratur. Quòd si vehementer quis adstringat, ex toto ferri alimentũ prohibebit, periculũque protinus erit, ne pars emoriatur, id si non fiet, alimentũ quidem cetè tam in semore, quàm in crure auferetur. propositum quidem est non extenuare femur, sed crus reficere. verũ quia vinculi ratio alimētum detrahit, huiusmodi noxam aliquandiu admittimus: deinde postea, vbi crus modicè carnem contraxerit, vtrique cōmuniter consulimus. Quare illi audiēdi non sunt, qui volūt Hippocrate iubere, vt cum extenuatâ parte, ea, quæ superposita est, atque alterũ crus extenuetur, vt gracilium partium macies occultetur, ne in aperto sit, nèue ex plenioris membri cōparatione deprehēdatur. cū nec medicus quiuis vnus è populo, nedum Hippocrates hâc curâdi rationē probaret.

40 “ L Inteorum numero, non pressũ.

In superioribus iam sæpè imperauit, vt hoc idem fieret, vbi deligatum membrum sanari penitus sine dolore voluit.

“ L Axandum est primò, quod maximè indiget, ac fric̃tione vtendũ, quæ impleat, & persusione citra ferulas.

Verbum [primo] vel ad tempus retulit, vel ad vim, si ad tempus, vel in vno vinculo, vel in his, quæ sequũtur, inter se collatis. Sed quia verè hæc omnia di-



cuntur, idcirco quod proponitur clarū est, nisi fortasse si ita scripsit, volens cuncta hæc à nobis intelligi. Protinus igitur in primo vinculo, quoniam conuenit plurimum integræ partis cōprehendere, linteaque primo ambitu arctari, tum subinde magis laxari, maximè autē eā parte, quæ refectione maximè indiget, probabile vtique esset verbum [primo] ad vim relatum de parte dici, quæ curatur: ad tempus verò, de primo vinculo. Quòd si accipiamus in omnibus vinculis inter se comparatis, mēs erit huiusmodi. si in primis vinculis cum integrā partem quoque vitiatam deuinxeris, interdum nudandā æger præbebit, quod ipsum primo agendū est in ijs, quæ refectione indigent, atque eā de causā minùs benè nutriuntur. at quū sanguis ad vitiatum locum & frictione concitetur, & alijs, quæ paulo suprà narraui, ipse magis citiùsque carne implebitur. Verū Hippocrates & frictionis & perfusionis aquæ calidæ meminit, nō tamen medicamenti, quoniam hīc sola docet manus præsidia. neque existimandum est prætermisum ab eo fuisse membra eatenus dimouenda esse, ne ad lassitudinem dentur, quū ea ostenderit, quæ sunt eiusdem generis, & motus quilibet permacræ partis ad id genus spectet, ad quod frictio, quū verò quiescere iusserit alterum crus, non secus atq; integrā partem, & nunc frictionis mentionem fecerit, motu quoque vtendum esse planè censuit, nihil enim prohibet, quo minùs absque humero brachium, & crus absque femore moueatur. quū non opus sit aduersus maciem immobili crure ac brachio. constat enim curari hæc, dum mouētur transmissio alimento per partes superiores, quæ eo non fruantur, siquidem illæ potissimū fricentur, pice illinantur, & calidis medicamentis curentur. Plurimum verò sanguinis ad membra concurrere extremis partibus calefactis magnum tibi sit indicium cōcitatus ibi calor & rubor. Horum autem plenam curationē habes, quū his, quæ Hippocrates tradidit, adiecerimus calefacientium medicamentorum admotionem, cuiusmodi est unctio picis. Hippocrates nihil penitus in hoc libro de medicamentis meminit, quanquam plures affectus memorat medicamentorū auxilium postulantes, ex quorum numero sunt sanguinis suffusiones, id vitium sub quo resoluuntur, quæ articulos continēt, præter hæc abruptiones, cū eam persequi medicinæ partē instituerit, quæ manu medetur, atq; hanc (vt dixi) nō vniuersam, sed partē, quæ maximè necessaria sit, & vtilissima his, qui ad medicinalē artem aggrediūtur.

**F**ulcimenta verò, ac firmamenta, velut pectori, costis, capiti, cæterisq; eius generis, alia pulsus causā adhibentur, ne quid eo concutiat, alia propter commissuras, quæ dehiscunt, ad ossa caluariæ, vt fulciant, sed ad tussim, & sternutamentum, aliūmque motum, cuiusmodi in pectore & capite excitatur, vt firmament, quorum omnium eadem in vinciendo moderatio est, nam quā vitium est, maximè adstringi debent. Subijcienda igitur lana mollis, quæ morbo aptetur, alligandūque est, non arctiùs, quā ne pulsus concutiat, extremitatēque commissuræ dehiscētis se concingant, neq; circa tussim, & sternutamenta, sed firmament, ita, vt neque cogi, neque concuti sinant.

Quid sibi velit verbum fulcire, quod Hippocrates dixit ἐμολῖσαι, inde aperte colligitur, vbi iussit fulciēdum vinculis esse, non tamen comprimēdum, tam quū panniculus super fascias iniicitur, quā quū fasciæ ipsæ circumdātur. Ducta autem vox est à nomine ἐμματα. sic enim fulcimenta græcè vocantur, quorum meminit Homerus in eo carmine, - ἥ τ' ὁ δ' ἑρπεὶ ἐμματα νηδὺς. quasi nihil differat, ἐμματα, id est fulcimentā ne dicātur, an σπέρματα, id est firmamenta.

1 mamenta. Constat autē Hippocratem sæpius dixisse [ἐμδασματα] non tam in fascijs,  
 quàm in pannis panniculisque, quod σπέρματα, id est firmare significat, quin & ex-  
 positores vbiq; pro eodem acceperunt. Nunc verò duorū nominū ἐμδασματα,  
 sic enim dixit fulcimenta, & σπέρματα, quo firmamēta expressit, proximè alte-  
 rum alteri subiiciens, indicasse videtur nō significari idem ab vtroque. An ἐρ-  
 μάσματα intellexit, quæ in vinciendo subiiciuntur, circumdanturq; , vt affectam  
 partem immobilem teneant, ac primò quidem fascias, quæ primū iniiciūtur,  
 quæ præter alios quosdā vsus, etiamnum ἐμδασματα, id est fulciunt, dein pannos,  
 qui & ipsi non modò fracturam, sed & fascias fulciunt, post hæc fascias, quæ fe-  
 10 rulis superiniiciuntur, & panniculos. siquidē hæc omnia, cū eā de causā den-  
 tur, vt contineant quæ antè inuoluta sunt, non ea tantū, sed fracturas quoque  
 fulcire possunt. Verū à τοῦ σπέρματος, id est firmamenta, mihi videtur appellare  
 quęcūque sine vinculo ægrę parti vniuersę superdantur, aut à sinistrā vel dex-  
 trā parte, aut à superiori vel inferiori. voco autem superiorem vel inferiorē ad  
 crassitudinem respiciens totius corporis, in eo enim spacio, quod in ipsius cras-  
 situdinem est, quæ subiiciuntur, ab inferiori parte sunt, quę superimponuntur,  
 qualiacūque sint, à superiori. Firmatur autem extremitas rectā aliquā re, quæ  
 ab inferiori parte erigatur, caput puluinis & cervicalibus, tum lanā & pāniculis  
 20 mollibus: canalis cōminuto cruri item subiectus vtrinq; ipsū firmat. Sed pilā  
 ex lanā demissā sub alam, in quā humeri caput exciderit, licet & fulcimentū  
 & firmamētum appellare, eo enim, quod & ipsa alligetur, pars quodāmodo fit  
 totius vinculi, quęcūq; autē ad fulciendum thoracē & caput superdantur, fir-  
 mamenta magis dicūtur q̃ fulcimenta. Hæc à medicis excogitata sunt propter  
 motus partium necessarios, quorū aliqui naturales sunt, vt respiratio pectoris,  
 pulsus membranarum: nonnulli præter naturā, cuiusmodi tussis, sternutamen-  
 tum, singultus, & quicūque pulsus inflāmati partibus accidunt, aut sub vehe-  
 menti capitis dolore in temporum arterijs, & sæpè palpitatio præcordiorū: est  
 etiam interdum, cū aliæ partes firmamentum requirunt. Debēt itaque adhi-  
 beri firmamēta fascijs nonnūquam per se iniectis, vt ad temporum arterias, vbi  
 30 caput intolerabili dolore torquetur, aut ad præcordia palpitātia, aut ad vulne-  
 ra, in quibus veremur, ne sanguis erumpat. nō nunquā verò fasciā lanam com-  
 prehendimus: interdum tamen nullā adiectā fasciā simpliciter firmamus. tho-  
 racem quidem & ceruices lanā, caput puluinis mollibus, aut leuibus sacculis, in  
 quos milium calefactū coniectum fuerit, vbi simul & firmandum & fouēdum  
 est: maxillam verò prolapsam, mollia firmamēta admouētes interdum firma-  
 mus. Ergo, cū cōmunis sit ἐμδασματος, id est fulcimenti, ac σπέρματος, id est fir-  
 mamenti vsus, iure putant, qui librū hunc exposuerunt, ab vtroque idē signi-  
 ficari, quibus sæpè verbis nos quoque vtēmur nullo discrimine interposito. est  
 autem cōmune consiliū, id, quod paulò antè dicebam, vt partes motu minimè  
 40 concutiantur, sed, cū (quod proximè declarauī) propriū quoddam discrimen  
 inter hæc sit, vbi curiosius agere volumus, σπέρματα dicemus, quæ sine vinculo,  
 ἐμδασματα, quæ cum hoc adhibētur: sicq; statuemus ea vocari σπέρματα, quę par-  
 tibus illis dantur, quarum motus necessarius est, à quo cessatio nō est in nobis,  
 ἐμδασματα, quæ immobilibus. Motus siquidē cruris & brachij in nobis est: tho-  
 racis verò & membranarū non est in nostrā potestate, neq; item palpitatio ali-  
 cuius partis, neque tussis, neque sternutamentum, neque singultus, quibus, quo  
 minùs moueantur, obistere aliquādiu non licet. vrget enim postea necessitas,



vbi, quâ concitantur, causa vehemens fuerit, videturq; valentissimi viri dūta-  
 xat posse resistere, prohibereq; ne moueantur. Sed aliter Hippocrates in pro-  
 posito loco scripsit, quod ad pulsus pertinet, ne concutiat, tum quod ad cōmis-  
 suras capitis, ne dehiscant, ἐγκομισσάτω verbo vsus: σπέρματόων verò ad tussim &  
 sternutamentū aliūmue motū, cuiusmodi in pectore, & capite excitatur. Dehi-  
 feunt igitur in capite suturæ, quæ ἐφαλ dicūtur, cū, vbi ossa capitis se tangūt,  
 propriè dicātur ἀρμολαι, sed trāllato vocabulo ἐφαλ. caluariæ enim ossa ad vnguē  
 inter se ἡρμωσαι, id est cōmittuntur, atque idcirco ipsorū contactus καὶ ἀρμολαί cō-  
 mitti meritò dicentur, & à similitudine eorū, quæ suuntur, ἐφαλ, id est suturæ.  
 hæc autem facillè interdum hiant, & interdū dolorem mouent, quūm ea inflām- 10  
 mantur, quæ connectunt membranā caluariam tegētē cum eā, quæ dura sub  
 caluariā cerebrum cingit: sæpius item venæ tenues, quæ per suturas transeunt,  
 inflammatione tentātur, quo fit, vt motus duræ membranæ super inflāmatam  
 partem cōcidentis, dolorē afferat, ad exemplū motus arteriarum, qui aliquādo  
 ob inflāmationem dolori est. Hæc quidem vitia curiosam firmamētī modera-  
 tionem postulant, sic, vt nec itā laxum inhæreat affectæ parti, quæ mouetur, vt  
 ipsum quoq; facillè concutiat, & eā de causâ molestū sit: nec rursus plus iusto  
 insidens premat, & dolorē exasperet. Ipsa autem alligandi moderatio superiūs  
 ab ipso posita est, & ad alios quosdā morbos, quibus idem vinculum quod fra-  
 cturis conuenit, atque idcirco nunc scripsit [quorū omnium eadē in vinciendo 20  
 moderatio est [quorum] intelligens, quæ nunc proposita sunt. cumq; eandē di-  
 xerit moderationē esse, deinceps moderationē ipsam refert, cū inquit [nam,  
 quā vitium est, maximè adstringi debēt] id est, vbi vitium est, siquidē verbum  
 [quā] ἢ ab ipso dicitur, quod nunc pro aduerbio loci accipitur, ac propterea de-  
 bet adspiratione, & circūflexo accentu proferri. Itaque id, quod ad huiusmodi  
 vitium fulciendum vel firmandū adhiberi vtiliter testatur, adstringi voluit, ni-  
 mirum fasciarum ambitu, nō magis, q̄ vt prohibeat partes, quo minūs sub pul-  
 su concutiantur, quod est præ angustia impedire motū arteriarū, hæc enim est  
 causa doloris. Alium insuper finem præscripsit, qui propriè pertinet ad suturas,  
 quæ diducuntur, quūm inquit [extremitatē] que commissuræ dehiscētis se con- 30  
 tingant] extremitates vocans, vltra quas non possunt cōmissuræ se contingere.  
 Intelligitur autem ex hoc vehemēs & immoderata compressio. nam, vt diduci  
 ossium commissuram non expedit, itā, nec plurimum comprimi, quandoqui-  
 dem hoc quoque naturæ alienum est. Hi ergo fines sunt valentioris pressus: le-  
 nioris, deinde adscribit [neque circa tussim & sternutamenta] quasi itā dixerit,  
 neque in tussi & sternutamento, itā, vt affectæ partes nullā re contentę concu-  
 tiantur, agitenturque. tunc siquidem acriores motus concutiēdo laxiores par-  
 tes, & minimè sūctas vehementiūs quā vitiatīs opus sit, earum dolores exa-  
 cerbarent. Quæ verò moderatio adhibēda sit in fulciendo, ipse postremò ad-  
 iungit, vbi ait [itā, vt neque cogi, neq; concuti sināt] id est, ne, quæ vitiatæ sunt, 40  
 conprimantur valenter, neue motu concutiantur, hoc, est neque nimis arctē, ne  
 que nimis laxè colligentur.

FINIS COMMENTARII TERTII  
 GALENI IN HIPPOCRATEM  
 DE OFFICINA MEDICI

Galenus

## Galenus de fasciis Vido Vidio

FLORENTINO INTERPRETE.



Hippocrates ille auctor vetustissimus mundicię spectans, quam exigunt alię artes in agendo, mihi videtur non inconsideratę protulisse [Nobis sanę placet in arte vniuersę animi intentionem adhiberi, in quacũque enim operę decorę agere rectęque possumus, decorę ac rectę agere conuenit: quęcunque mundicię celeritatęque admittunt, celeriter mundęque conficienda sunt: atque vbi euitari dolor possit, quęmaximę iocundę: tum reliqua huius generis omnia pręclariũs agere debemus, quę alij eiusdem artis professores]. Siquidem (vt in nonnullis, quę efficiuntur, videre licet) artifices vsum habentes non alię re pręstant ignaris & expertibus, quę celeritate atque elegantia. Medicum ergo eo magis quę alium artificę fungi decet suo munere, quo sibi nobilior est subiecta materies, & idcirco, siue secet, siue adurat, siue alliget, siue quid aliud manu moliat, non modõ vtilitati studere debet, sed mundicię & elegatię, quemadmodum ipse alibi rursus testatur, quę inquit

[Vinculi ratio duplex, altera illius quod iniicitur, altera illius, quod iniectũ est. quod iniicitur, vt celeriter, iocundę, promptę, elegatę. celeriter quidę, vt opus expediatur: iocundę, vt facily pręstetur: promptę, vt vbique sit in promptu: elegantę, vt oculos delectet]. Mala enim in nonnullas corporis partes incumbētia, idoneam vinciedĩ rationem postulant, eamque per se homo sapissimę decoram expetit. quare tam solius ægrotantis gratia, quę omnĩũ, quibus sui videnti copiam faciet, scire oportet, quę vincula & simplicia, & varia, singulis partibus accommodentur: nec ignorandum est nonnullis vtręque conuenire, nonnullis alterutra, nempe varia, licet alij secus existiment, de quę cõtrouersiã primõ diiudicare operepreciũ est. Expellunt nonnulli varia vincula, nõ modõ tanquam nihil proficiētia, sed veluti vsum pręstantia maximę alienũ. id quod nullã stabili ratione firman: sed testimonio maiorum nituntur, primũ Hippocratis, quę inquit [Sed qui pręstantia vincula amant sine mente complura alia lædunt] pręstatiã id est varia: deinde Mantia referentis cuidam oculos procidisse, cui pharmacopola caput & facię vario vinculo deligauerat, idque iure putant euenisse. quod fascię ob varietatem inæquales vrgeant, & idcirco mouere inflammationes possint, atque abscessus. Sed satiũs fuit eos dignoscere, non vinculorum varietate accidere, quod adducit, sed inscitia alligantium, qui valēter adstringũt. oportuit enim ita deligare, vt Hippocrates docuit, cũ ait [In his autem maximę ad vinculum pertinet, vt arctetur quidem sic, vt quę iniecta sunt, neque recedant, neque comprimant, sed fulciatur, non tamen cogantur] equum autem fuit, vbi Hippocratem citarunt, illud adiungere, quod in Hippocratis oratione restabat, non enim simpliciter scripsit. [Sed, qui pręstantia vincula amant, complura alia lædunt]. vērũ subiecit [sine mente] intelligat autem ex ijs, quę nō x persequar, vinculum variũ nullo modo ab Hippocrate submoueri: ipse igitur in libro de officinã medici fasciandi rationem agens, vbi narrauit quid vincula requirāt dum iniiciuntur, quid postquam iniecta sunt, subdit. [Quod iniectum est, vt rectę, vt decorę] rectę intelligit iniectum, quod confert: decorę, quod elegans est. vt autem exponat quid sibi velit



decorè, addit. [Decorè quidem, vt simpliciter, vt distinctè]. adiungit autè ver-  
 bum simpliciter non quo ex toto declarat decorè, sed ex parte, quasi dicat vin-  
 culum simplex sit & distinctum, quod euidentius colligitur ex ijs, quæ subie-  
 cit. [Aut similibus & æqualibus, æqualiter & similiter: aut inæqualibus & dif-  
 similibus, inæqualiter & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, ascia,  
 sima, oculus, rhombus, dimidiatus. aptetur verò species speciei, ac morbo il-  
 lius, qui deuincitur]. Ergo vinculi speciem, quæ simplex est, orbicularem esse  
 necesse est, sed ascia omninò sima est, atque ita quod prorsus æquale est, erit si-  
 bi simile, quod inæquale dissimile. num igitur deterrentur iam de sententiâ,  
 qui varia vincula repudiari ab Hippocrate voluerunt, fatentes asciam, oculum, 10  
 rhombum, dimidiatum, varijs assignari? an præter hæc, illis commemorem  
 eundem Hippocratem in libro de articulis, ad fractū iugulum, vinculum ad-  
 mouere, quod à gruis similitudine *γραιοειδές* nominauit, idque varium esse? Sciât  
 autem quibusdam partibus, cuiusmodi femur est, vbi repositum est, atque hu-  
 merus & cubitus aliâque plura, nullum aptari vinculum posse nisi varium. Ha-  
 ctenus de his: pergamus iam ad fasciarum vincientiæque rationem, scrutemur-  
 que in primis, vt fasciæ inter se distent, materiâ, habitu, lōgitudine, latitudine,  
 structurâ. Materiâ igitur inter se dissident, quoniâ nonnullæ lintæ sunt, nō-  
 nullæ ex lanâ, aliæ ex membranulis, quarum vsus, quum neque vnus sit, neque  
 similis, sed dispar, vbi opus erit, eas accipere conabimur, quæ morbo maximè 20  
 congruât, quæcunque ergo adstringenda erunt, linteis alligabimus, at vbi ad-  
 stringere non oporteat, propterea quòd hoc inflammationi sit inimicum, sed  
 abundè sit continere vel tegere, ex lanâ, ex membranâ verò secuti Hippocra-  
 tem, vbi nasus vel maxilla comminuitur, extremitatem membranulæ parti,  
 quæ vinculum postulat, agglutinantes: Habitu, quum aliæ glomeratæ, aliæ scis-  
 sæ sint, assutæ aliæ, glomeratæ sunt, quæ ex habenâ in lōgitudinem fiunt, qui-  
 bus nihil affluitur, tales sunt, quibus perfracta membra vinciuntur, scissæ, quæ ex  
 vno linteo extremis partibus vel alibi scisso conficiuntur, quales sunt, quæ ad  
 capitis vulnera dantur (canceri dicuntur) siue in quatuor partes scindantur, siue  
 in sex, siue in octo, assutæ ex pluribus habenis variâ figurâ inter se iūctis com- 30  
 ponuntur, quales sunt, quæ suspēdunt, quæ cingunt, quæ mammæ deuinciunt,  
 quæ mammis & loco prætereâ, qui iuxta anum est, accommodantur: Longitu-  
 dine, cum quædam breuiiores, quædam longiores sint: Latitudinis eadem ratio  
 est, siquidem tam hæc, quàm illa debet vincientiis partibus respōdere: Struc-  
 turâ, nam aliæ texuntur, aliæ constant ex materiâ per se coactâ, vel certo ordine  
 implicatâ, quæ simplici texturâ fiunt, nonnullæ hæc de causâ texuntur, nonnul-  
 læ conficiuntur ex telâ, quæ ad alium vsum texta scinditur in fascias, his plæ-  
 runque vulnera obligamus, illis vtuntur venatores ad crura defendenda, eadē  
 primæ palmæ parti circumdantur, quæ ex implicatâ materiâ fiunt, ab aurigis  
 ad latera cōtinenda adhibentur. Est autem perpetuum, vt qui vinciunt, fascijs 40  
 abundant, & quas habent, sciant quàm optime adhibere, atque vbi deligendi  
 locus est, tales accipiant, quales docuit Hippocrates, quum inquit [Iam verò fa-  
 sciæ parentur, leues, tenues, molles, mundæ, latæ, sine futuris, sine eminentijs,  
 ita valentes, ne extensæ rumpantur, & paulo ampliùs]. Mundas quidem esse cō-  
 uenit, quoniâ sordidæ præterquam quòd indecoræ sunt, liquore aliquo re-  
 spersæ, non madescunt, deteriùsque id reddunt, quo perfunduntur, esse item sui  
 coloris debent, ne si purpurâ inficiantur, vel aliâ huiusmodi re, eandem noxam  
 afferant,


10 afferat, aut coloris similitudine currente sanguine representet: tenues insuper, ne ambitus in tumore nimium assurgant: molles, ne ob duritie vrgeant: leues, ne onere infestet: sint preterea sine futuris inaequalibus, ob quas futurum esset, ut comprimerent: tum sine eminentijs, hoc est non sint orge a lateribus ipsa textura confecta, vel alioquin versa atque confuta, nec quaedam extantia, quasi fibrae. cum quae eminent, vinculum reddat inaequale, quae extant, non patiantur fasciam facile circuire. Quod si fasciae ex inciso linteo fiant, incidatur non transversum, sed in longitudinem, sicut intextum est, sectione ad stamen directam, sic enim lintea facile scinduntur, quod secus habet, si qua subtegmen praecedit, hoc tentetur, adde, quod quae in longitudinem scinduntur fasciae, quod vincitum est, firmitus continetur. At vincitum ratio quaedam (ut superius dixi) simplex est, & quaedam varia, atque haec modo nomen inuenit a sede, cui adhibetur, modo ab euentis, nonnunquam translato vocabulo a similitudine animalium. a sede, quae vincitur, nomen trahit, oculus, nasus, inguen, caeteraque; huius generis: ab animalibus, cancer, accipiter, aries, lepus, testudo: sed ab euentis, vallum seu coniunctum, seu disiectum, operculum, habena, & quae his similia sunt. Praeterea ex huiusmodi vinculis quaedam sunt vincula tantum, ut tholus, regium, scapha, discrimen: quaedam vincula simul & laquei, cuiusmodi est lepus auritus, pastoralis, caeterique consimiles. Vinculum insuper aliud ab altero fasciarum capite incipit: aliud a medijs fascijs: aliud utroque modo. Quoddam item 20 certis sedibus idoneum est, reliquis alienum cum sit: quoddam alijs quoque aptatur. Super haec aliud a priori parte conspicitur, quod prioris hominis parte duntaxat alligata ostendat: aliud a posteriori, aliud ab utraque; similiter & prioris & posterioris parte aequae vincula demonstrat, atque haec nunc consimili, nunc dispari ratione veniunt in conspectum, quae omnia plana fient, cum ad singula ventum erit. Sed considerandum est, inquirendumque: an quomodolibet ordiri fascias oporteat: maiores enim omnes statuerunt certas corporis sedes, a quibus fasciae ordiri deberent, exempli causa in capite, ob quamcumque causam vinciatur, fasciae caput in occipitio collocat, inde ipsam circumagentes, iunctura conficiunt, nec quidquam intuentur, quod agunt morbo ne, cuius causa vinculum adhibent, secundum sit, an aduersum: in alijs ite partibus incitiam vel ignoratione (ut credibile est) decepti, locos 30 praescripserunt. necesse enim est recte vincientem auctore Hippocrate edincubere, ut non solum deligatam parti, sed affectui quoque vinculum conueniat. Nos igitur non vndeunque, sed quae maxime expedit, ordimur, extremamque fasciam imponimus, quae docuit Hippocrates, cum inquit, [Quae mouentur, ut articuli, quae curuantur, minimis, & maxime collectis, veluti poples: quae extenduntur, simplicibus & latis, veluti patella, obuolui debet. quae autem adiunguntur ad continendum quidem, quae circa haec sunt: ad suspendendum vero fasciam omnem, quae corpus quiescit, & quae magis cauum est, superimponenda, ut supra vel infra genu. Consentit autem cum capite humeri fascia ad alteram alam demissa: cum inguine, ad alterum 40 ilium: cum crure, super partem huius posteriorem, quae carnosam prominet. quibus autem sursum labitur, ab inferiori parte suspendenda est: quibus deorsum, a superiori. ubi nihil tale est, quae admodum in capite, quae maxime aequale est, contineri fascia debet, & duci quae minime obliqua, ut postremo obnoluta, quae valentissime hereat, vagos circuitus contineat]. Oportet praeterea deligatam ad ea respicere, quae in vinculo requiruntur, cuius Hippocrates duas esse species testatur, vnam eius, quod iniicitur, alteram eius, quod iniectum est. utrobique; autem summam curam enitendum est, dum vinculum iniicitur, ut celeriter, iocunde, propterea, eleganter. celeriter quidem



vt opus expediatur: iocūdè, vt facillè præstetur: pròptèr, vt vbique sit in pròptu: elegàter, vt oculos delectet. cū iniectū est, vt rectè, vt decorè habeat, nihilq; absit ex his, quæ suprà opus esse retulimus. De vsu autè vinculorū scire licet quædā eā de causā adhiberi, vt cōtinēdo curātibus præsidijs subseruiāt: alia nō ppter hoc, sed vt ipsa per se agāt, quibus curatio cōmittitur. in his maximè attēdendū à quā parte fascia ordiatur, quā circūeat, quā desinat. quæ singula exquisitiùs cōscribi nō possunt, docere tamē viā licet per quā medicus facillè iudicare de singularibus poterit, naturā singulārū partiū perspicieus, q̄ facillè alligētur, suspēdantur, collocētur: atq; insuper quid vinculū valeat, efficit enim, vt quæ absceserūt p̄pellātur, hiātia cōiungātur, peruersa dirigātur, atq; omniū cōtraria prēstentur. Oportet autē, si quid abscessit, itā deuincire, vt quæ sublimia sunt, sedē contingāt, hoc est locū, vndè recesserūt, at nō premāt: incipiēdum verò à parte sanā, & quā vlcus est, finiendū, vt qđ subest effundatur, & aliud vltra nō coēat. Sed quæ abscedere volumus, cōtrario modo penitus alliganda sunt, atq; vbi in vnū adducere cōuenit. verū vbi, quæ hiāt, hoc est, quæ in exteriorē partē conuersa sunt, lōgè in initio accepto cōiungēda sunt, in ceteris eodē modo vinciēdū, tantū ab vltioribus aliquid adducendū erit, paulatimq; cōprimēdum, primò minimū, deīde magis, maximè cōpressionis terminus sit, vbi se cōtingūt, aptāturq; sed nō virgēt. verū in diducēdis, quæ cōtracta sunt, si inflāmatio est, super sedēdum est, si ea nō est, prap̄paratione eādē vtendū, sed vinculo cōtrario. dirigere item vbi peruersa oporteat, cætera fieri eadem debēt. tum quæ recesserūt adducēda sunt, cōtraria autē contrā. Hęc omnia medicū quasi leges tenentem, obseruantēq; expedit id eligere, quod singulis vitij idoneū est, minimeq; ad certos locos consiliū dirigere. Nos, quanq̄ in vno quoq; casu, quā primū ordiri vinculū oporteat, perfecte explicare difficile est, dum tamen fasciarū rationem indicabimus, vt res euidentior sit, locos statuemus, à quibus ordiri potissimū conueniat: medicus verò in agēdo vbique illū eliget, qui maximè in rem erit.

Linteum scissum ad summū caput, & ei proximā regionem. I.

Linteum iustę magnitudinis scinditur in partes sex, & mediū quā verticem cōplectitur, integrū relinquitur, ex partibus verò pēdētibus mediæ findātur è regione auriū, ac sub mētum demissę, nodo inter se vinciātur. Quo factō altera fasciola angusta media occipitio inijcitur, extremaq; ad frontē adducūtur, & à latere capitis nodū accipiūt: quatuor verò partiū, quas pendere sinebamus, hęc ratio est, posteriores ppe nodū angustioris fasciole, priores supra occipitiū inter se colligantur. licet itē absq; nodo, alijs subiectis, alijs superdatis, postremæ fibulā imponere.



<sup>1</sup> Linteum scissum ad frontem, & partes, quæ iuxta sunt. II.


In quatuor partes scindere linteum oportet, medio intacto quæ frōti circumdetur: priorēque partes super posteriores, quæ depēdeant, ad occipitiū dare, ibiq; inter se deuincire: post hæc reliquas duas conuersas, in summo capite colligare, quæ sub mentū etiamnum demitti possunt, & ibi nodum accipere. Hoc vinculo ad occipitiū quoque vtimur, partibus à latere capitis nodo inter se deligatis.



II

Linteum scissum ad totum caput. III.

Linteum scissum in partes octo, ita, vt medium integrum sit, donec tegere caput possit, toti capiti obuoluatur: tum ex pendētibus partibus, duæ iuxta aures fissæ sub mento inter se deligentur, è reliquis verò, binis à priori parte, quaternis à posteriori, duæ à posteriori extremæ super alias ducantur ad frontem, 30 alterâ alteri subiectâ, vt à superiori contineatur, deinde priores duæ ferantur ad occipitium, sic, vt æquè alteri altera insidat, his comprehenduntur quæ prius fuerant circumdata, reliquæ duæ posteriores ad frontem attrahantur, alterâ similiter alteri subiectâ, extremæque à latere fibula iniiciatur. Hæc vincendi ratio efficit, vt caput sine nodis inuolutum defendatur à tædio, quod hi comprimendo afferre plurimum solent.



III

D ij



Cácer, siue vinculū capitis, siue operculū scissū in partes octo, ad caput. IIII. 1

Mediū amplecti debet vniuersum caput, sic vt quatuor partes à frōte rectè depēdeāt, ab occipitio rotidē: ex illis exteriores, ad occipitiū porrectē iter se alligētur: ex his exteriores similiter frōti circūdatē, à latere deligētur. tū ex reliquis, quē in frōte scissē partes sunt, ad occipitiū, quē in occipitio, ad frōtē attrahātur.




IIII



10

Operculum ex fasciā latā trium capitum (συνεπόμενον dicitur) & ex alterā, quā hanc continet (ὡς ὁ ἄλλος vocatur) & tertiā, quā prohibet, ne totum vinculum diducatur, καὶ διελκόμενον nominatur. V.

Pertinet ad obuoluendū vniuersum caput, dicitur autē συνασπόμενον. est quidē 20  
ὡς ὁ ἄλλος fascia longior, quā in orbē faciei & capiti circūdatur, vt operculū cōprehēdat: sed καὶ διελκόμενον ex fasciā fit oblōgā, adhibeturq; eo nomine, vt diduci vinculū nō sinat. quarū hāc ratio est. Linteū adhibetur sic latū, vt caput vniuersum cōplectatur, longiūs q̄ vt duplicatū, hoc efficiat, cuius alterū caput occipitio datur, alterū à frōte depēdet: tum angustior fascia sub mētū media iniicitur, & in vtrāq; partē per malas attrahitur inter frontē & verticē, inde sub mētum rursus demittitur: post hāc alterius angustioris fasciā mediū frōti iniicitur, capitāque in orbē ad occipitiū porrecta, ibi & inter se, & cū alterius angustioris fasciā capitibus alligātur: at qđ à facie pēdebat in longitudinē, vsq; dū ad supercilia vētum fuerit, diuiditur in duas partes, quā in fronte alterā super alterā insidēte ad 30  
similitudinē literę X. in orbē ad occipitiū ducūtur, atque ibi deligantur. Potest autē vna fascia dūtaxat longior, & operculū cōtinere, & prohibere, ne tota iunctura diducatur, ad hunc modū, si media inter frontē & verticē ordiatur, capita verò recta per malas sub mētū demissa, ibiq; altero super alterum excedēte in similitudinē literę X. sub imas aures ad occipitium dentur, vbi rursus in speciem literę X. inter se aduersa ad frontē ducantur, & nodo à latere deligentur.



V

1 Haëtenus de simplicibus vinculis, sequitur, vt de varijs dicamus, si id antea ostenderimus, quod fasciæ circuituum alius dicitur rectus, alius trāuersus, obliquus alius, quid autem hi sibi velint, nomina declarant: tum alius *serpentiū*, *peromeli* alius, *peras* alius, alius *peras*: præter hæc aliud vinculum orbiculare, aliud in orbem serpens nuncupatur, aliud postremo ascia. est autem *serpentiū*, qui coronarum modo inter frontem & verticem tēdit: *peromeli*, qui frontem ambit: *peras*, qui sub mento circumagitur: *peras* similiter à malis per quas ducitur, nomen habet illa demum vocatur ascia, quæ lunata figura ab vnâ parte si-  
ma est, ab alterâ gibba. Circuituum igitur istæc nomina sunt.

10 Rhombus alter simplex, alter Hippocratis, de quo nunc. VI.

Aptissimum est vinculum hoc (vt quidam senserunt) ad futuras, vbi dehiscunt, vel (vt alijs placet) ad partium, quas vulnus diduxit, glutinationem, atq; ad emittēdum humorem, eo, quod comprimendi vulneris vim habeat. sic autem circuire debet. fasciā à latere capitis orsa, obliqua ducenda est ad verticem atque alterum tempus, deinde malis vtrinque circumdanda, & obliquè parti prius obuolutæ aduersa in modum literæ. X. ad occipitium demittenda, inde obliqua, sic, vt à priori circuitu distet, per malas porrigenda est ad alteras malas, ac rursus obliqua sursum danda, vt bis. X. literam repræsentet, quodque in  
20 medio est rhombi figuram accipiat, quo facto ad occipitiū ferēda est, & fronti in orbem iniicienda, eatenus autē circūagenda, vt quæ nuda sunt, includantur.

Semirhombus vel lepus sine auribus. VII.

Huic, & illi, cui nomen est Tholus, in omnibus eadem vis est. Ratio adhibendi huiusmodi est. fasciæ caput occipitio iniicimus, eamque sub infimā auriculam obliquè inter frontem & verticem ad occipitium ducimus, tum inter frontem & verticem priori parti aduersam, ac sub infimam auriculam ad occipitium attrahimus, post hæc fronti circumagimus sic, vt quod medium est, semirhombi effigiem referat. extrema verò fasciā, non inodò in hoc, sed in alijs quoque capitis vinculis, fibulâ à latere vincienda est. Possumus etiam, si ex vſu  
30 sit, fasciam circumducere, non ab inferiori parte sursum, sed contrà.



VI



VII



Vinculum ad caluariam, vel scapha, vel Tholus, seu Dioclis, seu Glaucij. VIII.

Maximè idoneum est, vbi summum caput, & quod inter ipsum & frontem est, vincire cōuenit. hoc autem modo ipsum iniicies. orsus ab occipitio fasciam rectè per verticem duces ad frontē, ibique sinistrae manus digito indice continebis, & iuxta priorem partem rursus ad occipitium demittes, ab eoque tertio ad frōtem porriges iuxta partem priorem, vbi ipsam obuolues per eum sinum, qui à digito tenebatur, postremò fronti circumages.

Thais Perigenis, quam alij ad Molpieam auctore referunt. IX.

Adhibetur eadem causā, quā Tholus, sed quandā prāter vsum elegantiam 10 habet. Vbi Tholus vinculum superdatum fuerit, angustioris fasciole caput, sub eius ambitum indatur, eaque porrigatur obliqua ad summum caput, & inter ipsum & frontem, tum in fronte sub prioris fasciae sinum agatur, inde obliqua ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, ducatur, post hæc ad occipitium, dein sub infimā auriculā dextrā inter frontem & verticem, sub infimā auriculā sinistra rursus ad occipitium reuertatur. Nos verò, vt fidelius cōtineatur, alium quoque ambitum per frontem adiicimus.



VIII



IX


Thais alia sine auctore. X.

Tholo obuoluto, fasciola, quæ digiti latitudinē æquet, vel etiamnum angustior sit, orsa ab occipitio recta ad summū caput, & ad frōtem, per id, quod inter ipsam & verticē est, adduci debet, ibiq; duplicata rursus ad occipitiū porrecta cōueriti, atque inde per dextram capitis partem ad verticē, & inter ipsum & frontem procedere, deinde ad sinistram partem demitti, quā duplicāda est, & per partem prius obuolutā, ad dextram capitis attrahēda, inde similiter duplicata ad tempus, quod tertio fiat, vt tres sinus duplicatæ fasciæ cincinnorum 40 imaginem referant, sed postquam tertio ad dextram occipitij partem ventum fuerit, fasciola ad sinistram partem conuertenda, vt æquē in altero tēpore conspicatur, postremò, vt benè priores ambitus teneat, fronti circumagenda.

Discrimen. XI.

Ad eosdē pertinet ad quos Glaucij Tholus, iniiciturque hoc modo. fasciæ, quod satis est, à facie dependeat, & reliqua eius pars ad summum caput, per id quod inter ipsum & frōtem est, seratur, inde ad occipitium, ibiq; tradatur ministro

1 nistro continenda, post hæc cōuersa circa frontem detur, quo facto caput à facie pendens, per partem primò iniectam, rectè ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, procedat, inde ad occipitium, ibique finiatur.



Scapha, seu Tholus Diocleus. XII. '

20 Rectè datur, vbicunque coniungere diducta necesse est, vel quòd ob diutinum materiæ cursum ad oculos incisa cutis fuerit, vel quòd fròs alioquin vulnus acceperit. Obuoluitur autem hoc modo. fasciam ab occipitio orsam trahimus sub infimâ auriculâ dextrâ, vel sinistrâ, prout ab hâc vel illâ priùs ducendam æstimabimus, inde ad tempus adiunctum, ab eoque transuersam inter frontem & verticem, porrigimus ad alterum tempus, inde sub infimâ auriculâ ad occipitium, quâ caput priùs superiniectum adstringimus, dein super aurem fronti circumdamus, sic, vt ambitus hic, illi subiiciatur, qui inter frontem & verticem procedit, ac vterque è regione alterius, ab interiori parte sit resimus, tum quoties opus est eodem modo circumagimus.

30 Inijcitur & aliter per duos fasciæ ambitus, circa eâ suturâ, quæ ad aures p verticem tendit, sic, vt alter ambitus super suturâ sit, alter infrâ, & vterq; ab interiori parte sit resimus, inferior autè sursum, pcedere debet, superior verò deorsum.



XII




Aliter.



Thais sub incerto auctore. XIII.

I

Illis idonea est, quibus quod inter frontem & verticem est ac proximas partes, conuenit deuincire. Eam sic admoueto, vbi semirhombum inieceris, sic tamen, vt fascia frontem non complectatur, ipsam ab occipitio obliquam, ad verticem & frontem porrigito, ibique conuertito, facitque, vt circa frontem lunæ figuram imitetur, & cornua sursum spectent, imâ parte sitâ inter supercilia: post hæc ab alterâ parte verticis ad occipitium ducito, sicque circa frontem attrahito. huiusmodi vinculum præter eam, quam semirhombus affert vtilitatem, est etiam aliquo modo speciosius.



20

Glaucij vinculum superimpositum, vel additum. XIII.

Ad eosdem confert, ad quos vinculum ad caluariam, sed huic magis fidendum. igitur, vbi vinculum ad caluariam adhibitum est, aliud, superinijcito, cui nomen est lepus sine auribus, ne longum faciam.




40

Regium. XV.

Idē efficit, quod Thais sub incerto auctore, nimirū, quod inter frontē & verticem est, ac proximas partes, deuincit, cuius hæc ratio est. fasciæ quantum satis est dependere à facie sinimus, quodque ex eâ restat, inter frontem & verticem rectâ ad occipitium trahimus, inde conuersam sub imâ aure inter frontem & verticem

1 verticem obliquè ad occipitium, ab hoc obliquè item ad id contrariæ partis, quod inter verticem & frontem est, tum per tempus, ac sub imâ aure ad occipitium ducimus, deinde caput, quod à facie pendeat, ad frontem attrahimus, tēque ibi replicamus, sic, vt sinus ad similitudinem graduum, se excedât, quos postremò comprehendimus fasciâ circa frontem obuolutâ.



XV

20

Capistrum, quod dimidiatum, vel ad alteram partem dicunt. XVI.

Expediitissimum est, vbi maxillam seu vulneratâ, seu prolapsam, seu ob distentionem oris aliūmve morbum oportet ab alterâ parte vinciri. fascia ab occipitio orsa, obliqua per verticem, & inter ipsum & frontem per tempus ferri debet ad malas, inde sub mento & imâ aure alterius partis ad occipitium, deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem reuerti, atque ad eandem rationem, quoties opus est, circuire. Tunc verò commodum itâ circumdatur, quū à superiori parte deorsum deligandum est, sin ab inferiori parte sursum, fascia ab occipitio incipiat, & sub infimam auriculam, mētūque procedat, tum per 30 malas ducatur, & obliqua inter frontem & verticem ad occipitium, dein sub mentum circumagatur, postremò frontem ambiat.



XVI



XVI



## Capistrum ad vtramque partem. XVII.

Ad eos pertinet, quibus maxilla vel vtrinq; suo loco mota est, vel alio quopiam tenetur, ex ijs, quæ dicta sunt in capistro ad alteram partem. fascia occipitio primùm iniecta, obliquè per verticem & inter ipsum & frontem ad malas porrigitur, demissâque sub mētum maxillâ, & malas ab alterâ parte amplectitur, inde inter frontem & summum caput per partem prius iniectâ in speciem literæ X. ad occipitium reuertitur, & sub imis auribus ac mento rursus ad occipitium data, nouissimè frontem complectitur.



XVII

## Idem ab inferiori parte sursum. XVIII.

Ab occipitio ordiatur, & sub infimam auriculam, ac sub mentum detur ad malas, inde obliquè per summum caput ad occipitiū rēdat, ab eoq; sub infimâ auriculâ alterius partis, & sub mento demittatur, tum ad malas, post hæc obliquè inter frontē & verticē ad occipitium ducatur, & fronti postea circūdetur.

Idem in vtrâq; partē ductum à superiori parte deorsum. XIX.

Mediâ fasciâ cōplecti occipitiū oportet, capitaq; eius per verticē obliqua inter ipsum & frontē porrigere, sic, vt. X. literâ representēt, deinde per malas sub mētū, & sub imas aures ad occipitiū reuerti, post hæc circa frōtē obuolui, & ad occipitiū adducta sub mētū demitti, postremò ad occipitiū per frontē circuire.



XVIII



XIX

Idem aliter. XX.

Media fascia super frontem detur, capitâque eius ducantur ad occipitiũ, ibique figuram accipiant literæ. X. post hæc sub imas aures ac mentum ad malas, inde inter frontem & verticem obliqua ad occipitium demittantur, tum sub mentum, nouissimè per frontem circumduntur.

Aliter XXI.

Fasciâ mediâ ab occipitio orlâ, capita sub imas aures mentumque attrahenda sunt, tum per malas, quod superest eodem modo obuoluendum, quemadmodum in eâ, quæ proximè posita est.



XX



XXI

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo vinciuntur, quæ iuxta aurem sunt, & maxillæ processum. XXII.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimam auriculam ad tēpus, atque inter frontem & verticem obliquè ad occipitiũ, & circa frontē procedat, sepiusq; ad eandē rationem circumeat. quo modo procedere debet, cum ab inferiori parte  
30 sursum attrahitur. Sin expeditius sit à superiori parte deorsum, ita porrigatur, incipiat ab occipitio, & obliquè per verticē & inter ipsum & frōtem ad tēpus procedat, ab eoq; sub imâ aurē ad occipitiũ reuertatur, deinde frontē ambiat.



XXII



Quod alij leporé sine auribus, alij semirhombū vel nauiculam dicūt,  
ad vtramque partem, commodissimè ad frontem, & ex parte etiam  
ad id, quod inter ipsum & verticem est, adhibetur. XXIII.

Occipitio primū fasciam iniicimus, ab eoque sub infimam auriculam ad  
tempus, & inter frontem & verticem adducimus, & obliquam ad occipitium  
demittimus, inde circa frontem iuxta angulum oculi tempori propiore, &  
inter frontem & verticem obliquè ad occipitium, inde obliquè inter verticem  
& frontem, parti prius iniectæ aduersam sic, vt ibi. X. literam repræsentet, post  
hæc sub infimam auriculam ad occipitium, postremò circa frontem.



Idem in vtrāque partē, ductum à superiori parte deorsum. XXIIII.  
Mediā fasciā occipitium amplectitor, capitāque eius per verticē inter ipsum  
& frontem adducito, sic, vt ibi. X. literam repræsentent, inde sub imas aures ad  
occipitium, post hæc circa frontem attrahito.

Idem ab inferiori parte sursum. XXV.

Fascia media ab occipitio orsa sub infimis auriculis in vtrāque partem duci-  
tur ad angulos oculorum temporibus propiores, ab his inter frontem & verti-  
cem ad occipitium reuertitur, deinde frontem comprehendit. quibnsdam pla-  
cet hanc sub mentum quoque circumagi.



Vinculum à superiori parte iunctum. XXVI.

Capistrum rectum ad vtramque partē adhibemus, fasciāque non ampliùs sub mentum, sicut in illo, sed per medium nasum agimus ad occipitium, & super eam suturam attrahimus, quæ ad aures per verticem tendit.

Vinculum Glaucij valdè iunctum. XXVII.

Eādē ratione obuoluitur, atque id, quod à superiori parte iunctum inscribitur, nisi quod fertur etiam sub mentum.



XXVI



XXVII

Perigenis galea gladiatoria. XXVIII.

Apertissima est, ubi caput ac maxillæ pluribus locis vulnus acceperunt. capistrum obliquum ad vtramque partem iniicitur, dein Glaucij scapha, post hæc rursus capistrum ad vtrāque partē. nonnulli, ut vinculum hoc elegantius reddant, id capitis ornamentum, quod καλὰρ appellant, parantes assuunt. adhibetur item & alio modo sine obliquo capistro, & fasciā per malas minimè porrectā.

Galea aliter ad eosdem. XXIX.

Fasciæ quod satis est à fronte depēdeat, reliqua ad occipitiū recta ducatur, & catenus obuoluitur, ut rectū capistrū efficiēs totas genas & caput cōplectatur, quo facto, caput quod à frōte pēdet, sursum cōuertendum est, & rectè per verticem ad occipitiū attrahendū, ac, si placeat, sub imas quoq; aures adducēdum.



XXVIII



XXIX



Lepus auritus. XXX.

Sic appellât semirhombū, vbi laqueus ille accedit, quē auriculas nuncupât, qui vel gladiatoribus decoris causâ datur, vel vt caput cõtineat, vbi propter aliquē faciei affectū pertractare id oporteat. si decoris causâ, auriculæ breues sint, & in medio frontis, nam sic animalis imaginē referūt: sin vt cõtineât, in medio similiter, & magnæ, vt digiti in earum sinus coniecti, continere caput queant.

Alius ad tempora. XXXI.

Hâc ratione obuoluitur. ex alterâ parte fasciæ laqueus fit pastoralis, vel qui duos habēs sinus nominatur (quos sepius ī libro de laqueis breuiter declarauimus) & fronti iniicitur, super quē deīde semirhōbus, vel nauicula circūligatur. 10



XXX



XXXI

Simplex oculus, vel tenue vinculum ocularium. XXXII.

Fasciam ab occipitio orsam ducimus per verticem inter ipsum & frontem, inter supercilia, ad oculum sic, vt ipsum cõtēgat, inde sub infimam auriculam ad occipitium, postremò circa frontem.

Idem ab inferiori parte sursum. XXXIII.

Ab occipitio initium sumit, & per summum caput inter ipsum & frontem inter supercilia ad oculum, tum sub infimā auriculā ad oculum, inter frontem & verticem agitur, post hæc ad occipitium, & circa frontem. 30



XXXII



XXXIII

1 Duplex oculus à superiori parte ductus. XXXIII.

Orditur ab occipitio, & per summum caput, atque id, quod inter ipsum & frótem est, inter supercilia fertur ad oculum, tum sub infimam auriculam alterius partis, ad alterum oculum, inter supercilia inter frótem & verticem ad occipitium, postea circa frontem.

Potest etiam, si ad rem magis pertineat, initio conuerti, & ab inferiori parte sutum circumdari.



XXXIII




XXXIII

Duplex in vtramque partem ductus à superiori parte deorsum. XXXV.

Mediâ fasciâ ab occipitio orfâ, ducere capita oportet inter frontem & verticem, atque inter supercilia, sic, vt ibi. X. literæ figuram accipiât, tum ad oculos, atque inde sub imas aures ad occipitium & circa frontem.

Aliter XXXVI.

Media fascia ordiatur à fronte, capita ad occipitium dêtur, inde ad modum 30 literæ. X. similiter, atque in superiori vinculo procedant.



XXXV



XXXVI



Oculus rectus ad alteram partem. XXXVII.

Orsi ab occipitio fasciam per summum caput, & inter ipsum & frōtem directā ad oculum ducimus, inde per eam partem, quā maxilla cum malis cōmittitur, sub mentum, & sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Duplex ex eodem ductus. XXXVIII.

Priusquam frontem comprehendat, ab occipitio ad alterum oculum trahi debet, tum recta, quā maxilla cum malis committitur, sub mentū, ab eoque sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.



Idem ab inferiori parte. XXXIX.

Fasciam ab occipitio orsam ducito sub infimā auriculā, ab eaq; sub mētum, & quā maxilla cum malis cōmittitur, ad oculum, inde inter frontē & verticem ad occipitium, post hæc sub infimam auriculam, sub mētum, quā maxilla cum malis ex alterā parte committitur, ad oculum attrahito, tum inter supercilia super partem prius iniectam ad modum literæ X. inter frontem & verticem ad occipitium porrigito, & circa frontem nouissimè circumdato.



Idem in

Idem in vtramque partem ductus. XL.


Fascia media non secus ac in eâ, quæ obliqua oculū vinciebat, occipitio ini-  
ciatur, capitâque à superiori parte, vel inferiori attrahatur, potest etiânum me-  
dia fascia sub mento incipere.



XL

Linteum scissum ad nasum. XLI.

Fascia eatenus lata esse debet, vt nasum complectatur, longa verò, vt dupli-  
cata à naribus ad occipitiū perueniat. Orsam igitur ab occipitio rectâ per ver-  
ticem & inter ipsum & frontē ad medium nasum adducimus, & quod ex ipsâ  
superest à facie sinimus depēdere, quod rectū in duas partes scindimus, vsque  
dum ventū sit ad superius labrum. quo facto alteram fasciolâ mediam, ab imo  
nafo orsam super eam, quæ scissa pendet à facie, in vtramque partem, sub imas  
aures ad occipitium ducimus, super partem primò iniectam, sic, vt ibi .X. liti-  
ram repræsentet, ministròque tradimus, deinde partes scissas à facie conuerti-  
mus ab vtrâque parte nasi inter supercilia, vt ibi literæ .X. similitudinem acci-  
piant, ac per summum caput obliquas ad occipitium porrigimus, & cum prio-  
ri capite iungimus, super quas deinde capita à ministro contēta circa frontem  
attrahimus, sic, vt à latere nodo vel fibulâ inter se vinciantur.



XLI

E




Funda ad nasum ex quatuor capitibus. XLII.

Scindendū linteum est in partes quatuor, mediumq; integrū relinquendum, quā vincire debet imum nasum. ex capitibus verò, quę superiora sunt, pendere deorsum oportet, inferiora per genas primū ad angulos oculorum tēporibus propiores procedere, inde inter frōtem & verticē ad similitudinē. X. literæ inter se cōmissa à ministro contineri, reliqua duo sub imas aures ad occipitiū demitti, ibiq; literæ. X. similitudine acceptā, circa frontem agi, & à latere inter se deligari, tum quæ à ministro tenebantur, in occipitio desinere.



XLII




20

Eadem ex tribus fasciolis. XLIII.


Vna media iniicitur sub imo naso, capitāq; eius per oculorū angulos tēporibus propiores inter frontē & verticē ducuntur, ibique aduersa ad imaginē literæ. X. à ministro continētur, altera media datur super imū nasum, & in vtrāque partem ducitur ad occipitium, ibique accipit nodum cum capitibus à ministro contentis, tertia orditur à fronte, & capiti circumdata à latere deligatur.

Eadem ex duabus. XLIII.

Vna sub imo naso dari media debet, capitāque eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontē & verticem porrigi, atq; inter se aduersa in speciem literæ. X. ministro similiter tradi: altera media injici super imum nasum, & capita eius ferri sub imas aures ad occipitium, & ibi. X. literæ similitudine acceptā per frontem circumagi, & à latere deuinciri.



XLIII





XLIII

## Nasus ex binis fasciis. XLV.

Vna super nasum in longitudinē detur, dimidiaq; pars à fronte dependeat, reliqua per verticē rectā ad occipitium porrigatur, sed alterius mediū dandum est sub imum nasum, capita verò sub infimas auriculas ad occipitiū ferenda, vbi debent literæ .X. similitudinē accipere. post hæc prioris fasciæ quod à fronte pendet, sursum conuertēdum, & super partem primò volutam rectā per verticē ad occipitium demittendū. quo factō, capita quæ ibi literæ .X. figuram acceperant, id complexa, postquam fronti circumdata fuerint, finiēda sunt.

## Accipiter ad nasum ex tribus fasciis. XLVI.

- 10 Vna sub imo naso media incipit, cuius capita vtrinq; iuxta nares inter supcilia ducuntur ad imaginē literæ .X. Idē ad sūmū caput atq; occipitiū datur, ibiq; cōtinētur: altera media sup imū nasū obuoluitur, capitāq; eius sub infimas auriculas ad occipitiū demittuntur, & ibi inter se, & cū capitibus, quæ cōtinebātur, vinciuntur: tertia media à frōte orditur, & ī vtriq; partē circūacta à latere capitis finitur.



## Idem ex binis fasciis. XLVII.

- 30 Prior fascia perinde atque altera circumagenda est, sed capita huius in occipitio ad literæ .X. similitudinē inter se aduersa, vbi frontē cōplexa sunt, finiuntur: illius verò sub his comprehenduntur, vel ipsa quoq; in occipitio in speciem literæ .X. inter se aduersa sub mentum adducuntur, ibique inter se alligantur.



XLVII



Fascia glomerata ad idem. XLVIII.

Fasciæ pendere tantum à facie finito, quantū à naribus possit ad occipitium peruenire, reliquam eius partem recta per nasum, inter supercilia ad frontē & verticem trahito, inde per medium caput ad occipitium demittito, ibique cōuersam sub infimā auriculā ad imum nasum attrahito super partē pendentem, inde sub infimā auriculā alterius partis ad occipitium ducito, ibique contineto, post hęc caput, quod à facie pendebat, rectā super partem priorem volutam, ac occipitium dato, sic, vt à reliquā fasciā comprehendatur, quam postremò circa frontem adducito, & ad occipitium reuersam à latere capitis deuincito.



20

XLVIII

Funda. XLIX.

Orsa ab occipitio obliqua per verticem & inter ipsum & frontem tendit ad angulum oculi tempori propiore, inde per genam ad imum nasum, ab eoque ad genam similiter alterius partis, oculi angulum tempori propiore, inter frontem & verticem, ad summum caput fertur priori parti aduersa. post hęc ad occipitium demittitur, & sub infimis auriculis porrecta ad occipitium reuertitur, nouissimēque fronti obuoluitur.



XLIX

Eadem

Eadem aliter. L.

Fasciam occipitio primum injicimus, deinde obliquam per verticē ad tempus atque angulum oculi temporis propiorē adducimus, ab eoque sub imum nasum, atque infimam auriculam rursus ad occipitium demittimus, ibiq; convertimus, & priori parti aduersam obliquam ducimus ad tēpus, ac sub imum nasum ad infimam auriculam contrariæ partis, post hæc ad occipitium, deinde sub infimam auriculam, sub imum nasum, ac sub imam auriculam alterius partis ad occipitium, postremò circa frontem obuoluimus.



L

Amintæ vallum. L I.

Orsi ab occipitio, fasciam obliquè per verticem ducimus, atque inter ipsum & frontem inter supercilia, inde à latere iuxta angulum oculi, naribus propiorē rectà ad proximam nares, inde quā maxilla cum malis committitur, at-  
30 trahimus, tum sub mentum demittimus, & sub infimam auriculam ad occipitium damus, ab eoque per verticem obliquè inter ipsum & frontem, atque inter supercilia porrigimus, priori parti aduersam in speciem literæ. X. post hæc à latere nasi, ex contrariâ parte & quā, maxilla cum malis cōmittitur, sub mentum atque infimam auriculam alterius partis ad occipitium, inde fronti circumdamus, post hæc sub infimam auriculam, per medium nasum, ad alteram infimam auriculam atque occipitium. præter hæc nonnulli quoque mentum complectuntur. Adhibetur autem commodissimè, vbi vel inter supercilia, vel medium nasum deligare opus est.

Phaleræ, seu vallum. L II.


40

Ab occipitio inchoatur, & obliquè per summū caput atque inter ipsum & frontē procedit inter supercilia, inde iuxta angulū oculi naso propiorē per genam sub imam aurem ad occipitium, ab eoque; per contrariâ partem, sic, vt inter supercilia literæ. X. figurā accipiat, tum obliquè inter frontem & verticem, per verticem ipsum ad occipitium demittitur, deinde sub infimam auriculam, per medium nasum, atque alteram infimā auriculam, item ad occipitiū reuertitur, post hæc circa frontē agitur. Quidam, vt speciosius vinculū efficerēt, per eam


E iij



quoq; futurā, quæ ad aures per verticem tēdit, circuire voluerunt. Potest etiam, si res postulat, fascia duci in vtramque partem. huic & superiori eadem vis est.



LII



LIII

Menecratis accipiter. LIII.

Fascia primū occipitio detur, & recta per verticem inter supercilia tendat iuxta angulū oculi naso propiorē, & ab alterā nare super imum nasum feratur 20 iuxta alterū angulum naso propiorem, & inter supercilia, vt ibi similitudo literæ X. fiat, post hæc recta iuxta partem prius volutā ad occipitiū reuertatur, ibique conuersa sub infimā auriculam, & super imum nasum, ac sub infimam auriculam alterius partis, itidem ad occipitium adducatur, & fronti nouissimē circumdetur, quam agere etiam licet super eam futuram, quæ ad aures per verticem tendit. Nonnulli, vt elegantius vinculum reddant, adijciunt semirhombum, cuius rationem suprā indicauimus.

Aminæ vallum ad nasum in alterā partem declinatum. LIIII.

Fasciam ab occipitio orsam rectā ad summum caput adducito, deinde inter ipsum & frontem, atque inter supercilia ab alterā nare sub imum nasum attra- 30 hito, inde sub imam auriculam alterius partis, & super imum nasum, ab eoque sub imam aurem ad occipitium obuoluito, inde circa frontem.



LIII



LIIII

Hippocratis

Hippocratis vinculum adducens. L V.

Idem præstat, quod proximè positum. sic autem obuoluitur. membranula palmæ longior accipitur, cuius vnum caput glutine vel gummi illitū naso agglutinatur ab eâ parte, in quâ iacet: alterum sub imam aurem ad occipitiū adducitur ab eoque ad frontem, quâ similiter agglutinatur.



LV

Ad aures linteum scissum in quatuor partes. LVI.

Medium auriculam complectatur, ex partibus verò scissis, quæ super auriculam sunt, vbi. X. literæ figuram acceperint, vna per frontem, altera per summum caput, ad occipitium porrigantur, tum quæ per frontem procedebat, quâ X. literæ similitudo est, attrahatur, quæ per verticem, ad frontem ducatur, & à latere capitis ambæ inter se vinciatur, sed partes subiectæ aduersæ inter se procedant, & altera per posteriorem partem, altera sub mentum detur ad occipitium, ibique nodum accipiant.




LVI



## Auris ex fasciâ glomeratâ. LVII.


Fascia post læsam aurē, ppe occipitiū orsa, per ipsam ferri debet, vt ex parte eandē includat, inde inter frontē & verticē attahi non lōgē à fronte, tum per priorē partem prope alterā aurē ac sub mentum ad aurē affectā, deinde inter verticē & frontem ad posteriorem partē integræ auris, & sub mētum, atque infimam auriculam ad occipitiū, inde circa frōtem, ac rursus ad occipitiū.



LVII

## Aliter. LVIII.

Occipitio primū injicitur, & sub infimā aurē sanā inter frōtem & verticē ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atque inde sub mentū, & sub infimam aurē ad occipitiū, deinde obliquē super aurē, post hæc circa frontem.



LVIII

## Linteum scissum in partes sex ad regionem iuxta aurē. LIX.

Medium super locum vinciendū injicimus ex partibus verò alijs à ceruice dependentibus, alijs super caput collocatis, eas, quæ à priori parte sunt, inter frontem & verticē nodo inter se deuincimus, medias verò in summo capite & inter se, & cum prioribus alligamus, posteriores ad occipitiū adductas, vt X. literam referant, circa frontem agimus sic, vt à latere capitis finiantur.

Iunctura

10




LIX

Iunctura ad malas ex tribus fascijs. L X.

20 Vna media inter frontē & verticem iniiciatur, capitāque eius per malas sub mentum demittatur, ab eoque per malas iuxta priores partes inter frontem & verticem procedant, ibique inter se colligentur, quod si oculos quoque devincire volueris, ducatur nō iuxta priorem partem, sed per oculos, tum inter frontem & verticem data in speciem literæ X. ad occipitium adducatur: altera fascia media inter frontem & verticem orla in vtrāque partem attrahatur iuxta oculorum angulos temporibus propiores, ad mentum, atque ibi nodum accipiat: tertia media medium nasum amplectatur, capitāque eius sub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibique X. literæ similitudine acceptā per frontem circumeant, & nodo à latere capitis vinciantur.

30



LX

40 Longa ad frontem & regionem, quæ inter supercilia est ex fasciâ glomerata. L XI.

Dari primò super occipitium debet, post hæc rectâ duci ad frontem & inter supercilia, deinde ad occipitium reuerti, & postremò per frontem circumagi.



Funda ad labrum inferius scissa in  
partes quatuor. L XII.


Medium, quod integrum est, inijcito super labrum inferius, superiores verò partes ad mentum adducito, atque inde ad occipitium, ibique in speciem literæ. X. alterâ super alteram excedente, ad summū caput, & inter ipsum & frontem attrahito, ministroque tradito, reliquas verò binas partes sub infimis auriculis ad occipitium porrigito, atque ad formam literæ. X. ad frontem attrahito, & has, & quæ à ministro continebantur, inter se deuincito.

Eadem ad labrum superius. L XIII.

Mediâ superius labrum complectitor, inferiores partes iuxta angulos oculorum temporibus propiores adducito inter frontem & verticem, ut ibi. X. literæ figuram accipiant, inde ad occipitium demittito, reliquas duas partes sub infimis auriculas ad occipitium attrahito, ibique inter se aduersas circa frontem agito, & inter se deuincito.



LXII



LXIII

Fascia glomerata ad labrum inferius. L XIII.

Orditur ab occipitio, & sub infimâ auriculâ fertur ad labrum inferius, ac sub infimâ auriculâ reuertitur ad occipitium.

Eadem in utramque partem ducta. L XV.

Media labrum complectitur, capitâque eius sub imas aures ad occipitium attrahuntur, & fronti circumdantur.

Alia. L XVI.

Incipimus ab occipitio, & sub infimam auriculam ad labrum fasciam ducimus, ab eoque sub infimam auriculam ex alterâ parte ad occipitium, inde per verticem obliquam, & inter ipsum & frontem ad tempus porrigimus, ab eoque per malas sub mentum ad malas ex alterâ parte, deinde inter frontem & verticem in speciem literæ. X. inde ad occipitium, postremò circa frontem.

Ad labrum superius. L XVII.

Ab occipitio ordiatur, & obliqua detur inter verticem & frontē iuxta oculi angulum temporibus propiorem ad labrum superius, ab eoque ad alterum tempus, atque oculi angulum ipsi propiorem, tum inter frontem & verticem super partem prius iniectâ ad imaginē literæ. X. inde ad occipitiū & circa frontem.

Eadem

Eadem à medio orsa. LXVIII.

Mediâ superius labrum cõplectere, capitâque iuxta tempora, oculorûmque angulos temporibus propiores porrigere, inde inter frõtem & verticẽ, vt ibi. X. literam referant, tum ad occipitiũ, post hæc per frontem, rursus ad occipitium.



LXVI



LXVII



LXVIII

LXIX.


Funda scissa in partes quatuor ad occipitium.

Media occipitiũ cõprehendit, ex partibus verò, quæ subiectæ sunt per malas atque angulos oculorû temporibus propiores inter frõtem & verticẽ feruntur, ibique inter se deligantur. reliquæ sub infimas auriculas ad occipitium ducuntur, vbi ad modum literæ. X. altera super alterâ excedit, quodd si breuiores fuerint, in occipitio cum prioribus aptâtur, si longiores, ad frontem adducuntur.\*

Quum de vinculis tam simplicibus, quàm compositis, quæ faciei & capiti conueniunt, abundè dixerimus, proximum est, vt ad reliqua pergamus.

Iunctura ad mentum EX SORANO. LXX.

Fasciam ab vtroque capite scindẽtes, sic, vt medium, quo mentum comprehenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, rectâ per malas inter frontem & verticem porrigimus, superiores per mentum trãuersas ad occipitiũ attrahimus, nodòque inter se alligamus. prodest autem quibus deuincire mentum conuenit.



LXX



## Spica Glaucij. Nunc GALENVS. LXXI.

Nomen inuenit à spicâ, quam suo ambitu imitatur, maximè autem proficit, vbi iugulum fractum est, aut humerus excidit. eius ratio est. Hapsus lanæ mollis ab eâ parte, quæ vincienda est, alæ subijcitur, donec id cauum compleat, post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem & latitudinem habeat pro portione eius, quod alligatur, ab alterâ alâ incipiens obliqua per dorsum tendit, quâ iugulum cum lato scapularû offe committitur, inde sub alâ affecti humeri ad eam partem reuertitur, quâ iugulum cum lato scapularum offe committitur, itâ, vt ibi. X. literam repræsentet, deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis, inde per dorsum obliqua ad iugulû, itâ, vt parti prius ob- uolutæ aliquantulum insidat, ab eoque sub alâ iterum datur ad iugulum, sic, vt secundò similitudo. X. literæ fiat. postremò ad alam integræ partis, atque ad eandem rationem circumagitur.



LXXI

## Eadem media primùm iniecta. LXXII.

Adhibetâ spicâ brachium figurandum est ad angulum rectum, atque alterâ fasciâ mediâ inuoluendum, cuius capita recta ducenda sunt, quâ iugulum cum lato scapularum offe committitur, atque ibi in speciem literæ. X. aduersa inter se ad alam integræ partis attrahenda, post hæc per latera atque affectum humerum circumdanda eatenus, vt omnia includantur, & sub alâ sanæ partis finienda.

40

## Eadem in vtramque partem ducta. LXXIII.


Media alam affecti humeri complectitur, & in vtramque partem ducta, quâ iugulum cum lato scapularum offe committitur. X. literæ figuram accipit, inde obliquè pars vna per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atque ad hunc modum, quoties opus fuerit voluta, finitur.

Geranis

10



LXXII



LXXIII

Geranis (itā enim appellatur à gruis similitudine) Hippocratis, siue (vt alijs placet) Perigenis. LXXIII.

20. Iisdem conuenit, quibus spica. in hunc autem modum obuoluitur, vbi spicam iniecerimus, semel circa humerum dari fascia debet, inde ad iugulū procedere tum obliquè ad alteram alam, atque ibi desinere.

Funda humerum complectens, quæ idem præstat atque Geranis. LXXV.

- Spicam adhiberi prius conuenit, tum ab eâ parte quâ iugulum cum lato scapularum osse committitur, fasciam semel rectâ ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figuratum sit, atque inde rursus ad eam partem, quâ iugulum cum lato scapularū osse committitur, deinde ad alam integræ partis, post hæc humero & lateribus circumdari, & sub alâ nodum accipere.



LXXIII



LXXV




Eadem aliter. LXXVI.


Media vitiati humeri caput amplectatur, capitaque eius recta ducantur ad brachiū in vicinā cubiti, & rursus iuxta partes prius iniectas, quā iugulū cum lato scapularū osse coniungitur, inde ad alam integræ partis, post hæc in orbē.

Aliter. LXXVII.

Media circumdanda est alæ integræ partis, capitaque eius in orbem ad latera atque humerum attrahenda, tum sub alâ integræ partis iterum demittenda, inde obliqua ducenda sunt ad eum vitiatæ partis locum, vbi iugulum cum lato scapularum osse committitur, deinde recta per humerum ad cubitū, ab eoque rursus ad eam partem, quā iugulum cum lato scapularū osse committitur, inde ad alam integræ partis, postremò in orbem circa humerum.



LXXVI




LXXVII

Spica duplex, quam alij quadrigam dicunt. LXXVIII.  
Commodissime inijcitur, quum vtrumque humeri caput malè habet. eius ratio hæc est. vbi spica simplex data fuerit, fasciam sub alam vincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atque ad eam partem, quā iugulum cum lato scapularum osse committitur, sic, vt ibi. X. literam referat, deinde ad alteram alam, atque ad eandem rationem circumagimus.


Cataphrasta. LXXIX.

Nomen habuit à similitudine thoracis Romani, quæ cataphrastam dicunt. prodest autè quibus deligare iuxta iugulū cōuenit latum os scapularū, pectus; dorsum aut latera. quod vinculi aliquā ex parte duplicē spicam repræsentat, sic autè obuoluitur. Alæ primò circūdatur, tum obliquè per pectus ducitur prope illam regionē, vbi iugulū cum osse pectoris cōmittitur, inde per ceruices ad latum scapularū os humeri contrarij atque ad alam subiectā, ab eāq; ad ceruices super partē prius iniectā, ita, vt prope ceruices similitudo. X. literæ fiat, post hæc obliqua datur ad latū scapularū os ex alterā parte, atq; ad alam, ab alâ ad ceruices, vt in vertebrâ colli. X. literæ figuram accipiat, deinceps sub alâ & obliquè prope eam regionē, vbi iugulū cum osse pectoris cōmittitur, sic, vt hîc quoque similitudo. X. literæ fiat, & iuxta ceruices & super latū scapularū os, & sub alâ, vt quater. X. literæ repræsentet, nimirū semel à priore parte, semel à posteriori, bis prope iugulū. Ad eādem autè rationem quoties opus est, circuit, deinde in orbem attrahitur circa pectus & latera sic, vt tota iunctura thoracem referat.

Eadem



LXXVIII



LXXIX

Eadem in vtramque partem ducta. LXXX.


Sub alâ dari mediâ fasciam oportet, & in vtramque partem ferri ad proximum iugulum, sic, vt prope ceruices. X. literam referat, deinde obliquè porrigi ad contrariam alam, ab eâque ad proximum iugulum, vt ibi prope ceruices fiat similitudo literæ. X. inde ad alteram alam obliquè, postremò in orbem circa pectus.

Sostrati vinculum rectum ad alam & pectus. LXXXI.

Maximè conuenit, vbi medium pectus, vel dorsum aut latera, seu thoracem volumus deuincire. duas igitur fasciolas iustæ longitudinis humerorum capitibus iniicimus, earumque capita recta sinimus depêdere: deinceps fasciâ glomeratâ thoracem totum obuoluimus & latera, vt contegantur, extremâque fasciam nodo alligamus: capita verò, quæ & à priori & à posteriori parte pendebant, fasciæ circuitibus assuimus, ac, si longiora fuerint, sursum cōuersa, quæ iugulum cum lato scapularum ossè committitur, inter se colligamus.



LXXX




LXXXI



Vinculum in speciem literæ. X. ad alam & pectus. LXXXII. 1  
 Quas proximè posui fasciolas, nō rectè, sed obliquè depēdeāt, itā, vt tū à pectore q̃  
 à dorso similitudo. X. literæ fiat. cetera eadē fieri debēt, quæ, vbi rectè adhibētur.

Amintæ thorax. LXXXIII.

Huic & vinculo, quod ad alam posui, eadem vis est, sic autem fasciatur. im-  
 positā cataphractā ad utrāque partem ductā, vbi fascia eatenus circueit, vt vs-  
 que ad vmbilicum complexa omnia fuerit, capita inter se vinciri debent, sic, vt  
 lupus laqueus fiat, quodque ex his vltra laqueum relinquitur, ad ilia vtrunque  
 adductum prioribus circuitibus inferitur, sic, vt extremum pēdeat, quod qua-  
 tuor digitorum lōgitudinem æquet, quo fit, vt thoracis fimbrias repræsentet. 10




LXXXII



LXXXIII

Thorax ad idem. X. literam repræsentans. LXXXIII.

Fasciam ilibus primū à dextrā parte inijcito, & obliquè per latus & medium  
 pectus trahito ad humeri caput, ab eoque ad alam, atque iterū ad humeri caput su-  
 per partem priorē ad effigiem. X. literæ, post obliquè per dorsum ad ilia super  
 caput primò iniectū, deinceps per ventrē ad ilia sinistræ partis in orbem circū-  
 ducito, deinde per dorsum priori parti aduersam, sic, vt ibi eiusdē literæ simili-  
 tudinem habeat, ad caput humeri dextrū, post hæc sub alam demittito, & rur-  
 sus ad caput humeri circūagito sic, vt ibi similitudo. X. literæ fiat, post hæc per  
 mediū pectus ac latus obliquè ad ilia sinistræ partis, nouissimè in orbē circū-  
 dato, atque ad eandē rationē voluito, dum quæ ligāda sunt, omnia includātur. 30



LXXXIII


Stella.

## Stella. LXXXV.

Adhibito vinculo, cui nomen est thorax. X. literam representans debet angustior fasciola dari in orbem semel aut iterum circa pectus & dorsum, & extremo capite fibulâ deuinciri.

## Geranis in speciem fiscellæ. LXXXVI.


Idem potest, quod cataphracta, eius autē ratio est. à dorso incipit, & obliquè per scapulas ad eam partē pcedit, vbi iugulū cum lato scapularū ossē cōmittitur, inde sub alâ demissa eodē reuertitur, vt similitudinē. X. literę super eādē commissurā accipiat, post hęc obliqua per māmam ad vmbilicū, ibique cōuer-  
 10 sa obliquè trahitur ad alteram mammā, atque ad eam partem, vbi iugulū cum lato scapularū ossē cōmittitur, vt ibi literæ. X. figurā accipiat, deinde per dorsum demittitur, & in orbem datur circa latera, atque ad eandē rationē circuit.



LXXXVI

## Stella à posteriori parte se ostendens. LXXXVII.

Vtiliter adhibetur, quibus deuincire dorsum oportet. sic autē circumdatur. ab ilibus orsa puta sinistræ partis, per dorsum tendat ad caput humeri dextri, inde ad alam, ab eâq; per latū scapularū os sinistræ partis ad alam atq; humeri caput, dehinc obliquè per dorsum feratur priori parti aduersa, post hæc semel aut iterū in orbē circa ilia detur, eoque ambitu extrema pars contineatur. Eandem quoque sic circumagere licet, vt à priori parte oculis exponatur, id quod fit, vbi non à priori parte, sed à posteriori æquè circumeat.




LXXXVII



Vinculum, quod à fulmine καὶ ἀστὴρ appellatur. LXXXVIII.

Idem efficit, atque illud, quod proximè positum est, fasciam iustæ longitudinis atque latitudinis mediam in longitudinem scindimus, dum recipere caput possit, ex capitibus verò vnum à ventre, alterum à dorso patimur pendere, post hæc imponimus id vinculi, cui nomen est Thorax. X. litera repræsentans, imaq; capita prioris fasciæ scissa in plures partes pendere sinimus.



LXXXVIII

Simplex vinculum ad cervicem. LXXXIX.


Commodissimum est, vbi res poscit alteram cervicem partem alligari. incipit autem à medio latere, & per dorsum fertur ad cervicē & pectus, post hæc ad latus super caput primò iniectum, deinde per thoracem in orbem.

Duplex. XC.

Fascia primùm alæ circumdari debet, tum obliquè per dorsum ad cervicem procedere, inde ad pectus, & alam atque alteram alam, post hæc obliquè per pectus ad cervicem ita, vt ibi. X. literam repræsentet, deinde obliquè per dorsum ad alam, ac postremò in orbem circumagi, atque ad eadē rationem circumire.



LXXXIX



XC.

Cuspis,

## Cuspis, siue hamus. XCI.

Binæ fasciolæ, quæ & longitudinem connenientem habeant, & duorū digitorum latitudinem non excedant, mediæ humerorum capita complexę dependent, & tam à dorso, quàm ab umbilico. X. literę figurā accipiunt, post hæc fibulâ inter se iunguntur, quo factò obuoluitur Geranis in speciem fiscellæ.

## Rhombus simplex. XCII.

Iisdem prodest, quibus proximè adscripta, conficitur autem ex duplici vinculo ad ceruices, & ex Geranide, antè dictis.




XCI.



XCII

## Rhombus duplex ad idem. XCIII.

Fascia ab ilibus orsa obliqua per iugulū fertur ad latum scapularū os, inde ad alam, ab eaq; ad iugulū ita, vt quā iugulū cū lato scapularū osse cōmittitur, referat similitudinē literæ. X. post hæc trāsuersa per collū ad alterū iugulū, tū sub alā demittitur, atq; ad idē iugulū reuertitur, vt ibi quoque similitudo. X. literę fiat, inde obliqua per māmā porrigitur ad ilia cōtrarię partis sic, vt in pectore eandē literā referat, postea in orbē circa ilia fertur, & obliqua per dorsū tendit, quā iugulū cū lato scapularū osse cōmittitur, inde ad alā demissa eodē reuertitur, tum trāsuersa per priorē partē quā iugulū cum osse pectoris, & quā cum lato scapularum osse cōmittitur, & obliqua per dorsum ad ilia, postremo in orbem. Cū hoc etiam imponitur, vel duplex geranis, vel simplex vinculū, ad ceruicem, vel etiam duplex.



XCIII



Sostrati  $\kappa\alpha\theta\alpha\upsilon\mu\epsilon\tau\omicron$ . XCIII.

Proficit vbi mediū pectus & dorsum deligandū est, sic autē obuoluitur. duo iniici vincula oportet, & qđ cuspis, & qđ stella nūcupatur, tātummodo capita, quæ in stellâ per fibulâ inter se iungebantur, ad ilia adducta dependent.

Apollonij iunioris  $\eta\mu\kappa\alpha\theta\alpha\upsilon\mu\epsilon\tau\omicron$  XCV.

Fasciolas, quas in cuspidæ adhibuimus, ad humerorū capita damus, tum duplex vinculum ad ceruices iniicimus, deinde geranida in speciem fiscellæ.

Sostrati parua ara. XCVI.

Speciosa est, siquidē obuoluta parue aræ angulos repræsentat. Primū deligetur vinculum ad ceruices, deinde geranis in speciem fiscellæ, quo facto ad-  
10 ijicitur vinculum Sostrati ad pectus cum fasciolis suspendentibus.

Eiusdem paruū templum. XCVII.

Hoc etiam & decorum est, & idem proficit. recto vinculo Sostrati imposi-  
to, illud iniiciendum est, quod Quadriga nominatur.

Apollonij Thirij paruū templum. XCVIII.

Binæ fasciolæ super dorsum dantur, quemadmodum in vinculo recto So-  
strati ad pectus, postea simplex rhombus circumagitur.

Geranis in speciem fiscellæ in priori parte se ostendens. XCIX.

A latere orsa obliqua per pectus eo ducenda est, vbi iugulū cum lato scapu-  
larum ossē cōmittitur, inde sub alam, ab hâc eodē reuerſa per collum trāſuerſa  
ducenda est ad cōmissurâ iuguli alterius partis cū lato scapularum ossē, deinde  
sub alâ à priori parte versus posteriorem ad eandem commissuram porrigen-  
da, inde obliqua per pectus, & postremò in orbem circa ilia. idem quoque vin-  
culū à posteriori parte se ostendet, si circuitus, qui à priori parte fuerant in po-  
steriori collocemus, & eos, qui à posteriori, in priori.



XCIX

Auriga. C.

Valet ad latera deligāda, atq; ad hunc modū iniicitur. Mediâ fasciâ collum cōprehēdimus, capitāq; obliqua per pectus attrahimus, ibiq; inter se implicata sub alas adducimus ad dorsum, vbi rursus implicamus, atque itā, donec totum thoracē deligauerint, modò à posteriori, modò à priori parte implicamus, ex-  
40 tremāq; inter se deuincimus, quo vinculo vtūtur aurigæ ad latera continenda.

Expositis




C.

Expositis fascijs, quæ thoraci accommodantur, proximum est, vt ad reli-  
quas pergamus.

## EX HELIODORO.

Affuta fascia ad mammam. CI.

- 20 Fasciam, cuius longitudo ac latitudo sit pro portione hominis duplicamus,  
tum initio facto à medio eius partis, quæ duplicatur, suimus deorsum obliquè  
tendentes, deinceps omne id, quod super futuram est, excidimus, vt pilei mo-  
do sinus fiat, qui mammam, & quod superiniectum est, capiat. vtrunque huius  
fasciæ caput in duos scindimus, deinde ab alterâ parte sinus, quæ contra futu-  
ram est, & veluti labrum liniei, fasciolam latam circiter digitos duos à latere  
suimus sic, vt alterum caput longius sit, breuius alterum, quæ fasciola cingulus  
dicitur. vinciendi ratio est. sinus datur ad mammam, vt ipsam comprehendat,  
longius verò cinguli caput per dorsum attrahitur ad integram mammam, &  
cum breuiori nodum accipit ex capitibus scissis priora duo sursum feruntur ad  
30 ceruices, ità, vt dexteriori sinistrum, sinisteriori dextrum procedat, penderè-  
que sinatur, quibus cum reliqua duo capita colligantur.



CI.



F iij




Glomerata fascia ad mammam. CII.


Lōgioris fasciæ, quæ tātum latitudinis habeat, quātum vsus requirit, caput in duas partes scissum detur iuxta integrā mammā, fascia verò per dorsum obliquè ad vitiatā mammā procedat, ab eaq; ad alterā, post hæc super dorsum, inde ad affectā mammā à superiori parte deorsum porrigatur, vt inter vtrāq; mammam. X. literę figuram accipiat, sepiusq; ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda sunt, omnia cōtegātur. extrema verò fascia scindatur, tum scissę partes inter se vinciantur altero nodo sub integrā mammā, altero suprà collocato.

EX SORANO.

Duplex in vtrāque partem ducta, à superiori parte deorsum. CIII.  
Medię fasciæ, quæ pectori trāsuerſa circūdetur, altera affuitur, donec vtrāq; māmilla ptrāsierit, hæc capitibus suis rectā ad collū datis ex eo suspēditur, illa per dorsum procedit, vtriusque capita inter se vinciūtur, vt deligādis māmīs accōmodentur.




CII.



CIII.

Vinculum suspendens sex habens capita. CIIII.

30 Suspendenti vinculo quatuor capitum circa mediā futuram, alia fascia trāsuerſa affuitur, cuius capita, vbi (vt dictum est) deligauerimus, in dorſo inter se vinciuntur, ne, aut resolui vinculum possit, aut rugosum fieri. Habet autē eundem vsus, quem proximè traditum.




CIIII.

## NVNC GALENVS.

Iunctura ad alterum inguen. CV.


Expeditiſſima eſt, vbi alligare inguen oportet. Inijcitur autē hoc modo. faſcia ab ilibus orſa obliquē per clunes ferri debet à parte inguinis vitiari inter anum & naturale, poſt hæc ſurſum procedere ad inguen, tum in orbem per coxam ad ilia ſuper partem priùs iniectam, & ab inferiori parte ſurſum adduci.



CV.

Ad vtrumque inguen. CVI.

Abdomini faſciæ caput inijcito, eamque obliquē per coxam inter anum & naturale attrahito ad inguen ab inferiori parte ſurſum, deinde iuxta caput primò iniectum ad coxam, atque inter anum & naturale ad alterū inguen ab inferiori parte ſurſum, poſt hæc infra vmbilicū, ſicque circumagito, dum inguen vtrumque includatur.



CVI.

Eadem in vtramque partem ducta. CVII.

Media faſcia incipit ab inguine, capitāque eius ad coxā data literæ. X. figuram accipiunt, & vnum ad inguen, alterum ab exteriori parte procedit, deinde ambo in vnum adducuntur, atque ad eandem rationem circumeunt.

F iiij




## Aliter ad alterum inguen. CVIII.


Vnum fasciæ caput, quod breuius sit, nec duorum vel trium cubitorum longitudinē excedat, ab inguine depēdeat, alterum verò glomeratū, per ilia ad coxam detur atque abdomen, inde obliquē ad coxā & inguen circumagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxā ac per ilia contrariē partis ad abdomen, tuncq; caput depēdens ad inguē sursum cōuertatur sic, vt ibi sinus fiat, qui altero capite, quod glomeratum est, cōprehēdatur, post hæc rursus qđ glomeratū est, per inguē & coxā ducatur ad abdomē, rursūsq; primū caput duplicetur à superiori parte deorsū, & eo, quod glomeratū est, cōprehendatur, ac dū fascia desinat, alterū quidē duplicetur, alterū superdetur, nouissimē fibula iponatur. 10

## Aliter ad vtrumque. CIX.

Fasciolā mediā lumbos complectimur, capitāque eius ab inguine non secus quā in iuncturā ad alterum inguen sinimus dependere, tum alteram fasciam à ventre orsam, quemadmodū in iuncturā ad vtrumque inguē circumdamus, capita verò, quæ pēdebant, quemadmodum in simplici dictū est, duplicamus.




CVIII.



CIX.

## Pecten seu vinculum suspendens ad colem. CX.

Fasciola media lūbis iniiciēda est, capitāq; eius super vētrem adducta nodo inter se vinciēda, tum alterius fasciæ glomeratæ caput zonæ inserendū, reliqua pars ad colē data in zonā rursus à superiori parte deorsum cōijciēda, post hæc sub colem & ad zonā, postremò testiculos cōplexa, in zonam demittenda est.



CX

Aliter.

## Aliter. CXI.

Iniecitâ zonâ fasciæ caput super colē imponatur, eâque circa ipsum in orbem detur, donec totū includat, deinceps ad zonâ feratur, ab eâque ad colem, atque inde rursus ad zonam, nonissimè testiculos amplexa in zonam demittatur.

## Idem ex fasciâ scissâ ac zonâ. CXII.


Linteum iustæ magnitudinis scindito in partes quatuor sic, vt medium integrum relinquatur, quo colē excipito, tum ab altero capite scissas partes in viciniâ colis findito, in quæ fissâ cōiicito partes alterius capitis, cingulôque inferito, & nodo alligato.



## EX HELIODORO.

Vinculū ad alterū inguen, quod nōnulli dixerūt cācrū ꝑ inguine. CXIII.

Fasciā ab ilibus contrarię partis incipiens obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguen, quod vinciri debet, ab eoque ad summā coxam porrigitur, post hæc ad idem inguen reuerſa datur ad regionē, quæ sub vmbilico est, vt. X. literæ figuram accipiat, ab eâque ad ilia alterius partis, sicq; circūagitur, donec, quæ nuda sunt, omnia cōplectatur, tūcque vtiliter semel in orbem ambit circa lūbos, & infra vmbilicum. Prodest autem quibus deuincire inguen oportet.



## CXIII.




## Ad vtrumque inguen. CXIII.

Vbi vinclū adhibuerimus ad alterum inguen, omisso circuitu in orbem, in vinculo ad vtrūq; inguen fasciam à lumbis attrahimus ad alterum inguen, deinceps ad summam coxam, ab eaq; ad idem inguen, vt in altero similitudo. X. litera fiat, deinde ad lūbos adducimus, post hæc eatenus hæc ratione obuoluimus, vt quæ nuda sunt, includamus. Valet ad vtraque inguina deliganda. neq; ab re est vltra propositos circuitus, in orbem quoque fasciam circumagere.

## Iunctura ad inguen tuendum. CXV.

Fasciæ glomeratæ, à capite duodecim interpositis digitis fasciolam assuere duorū cubitorū oportet, eoque capite super ilia cōtrariæ partis iniecto, fasciolā rectam à posteriori parte per lumbos & clunes demittere inter anū & naturale, obuolutaq; inguini vitiatō sursum porrigere, deinde glomeratam fasciā bis, tēne circumagere, per quē ambitū fasciola attrahitur quasi per nodū, vbi verò huiusmodi circuitibus in orbem inguen adstrictum est, fasciola ad summā coxam porrigitur, ab eaque ad idem inguen, & ad eam regionē, quæ sub vmbilico est, quo facto ex fasciā glomeratā vinculum fit ad alterum inguen, nodūque accipit sub vmbilico. Pertinet autem hoc vinculum ad eos, quibus propter varices, qui inguen implent, manus curatio admoetur.



CXIII.



CXV.

## Assuta iunctura ad anum. CXVI.

Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, vt huic iūcturæ sufficiat, cui ab vno capite altera valētiō fasciā lata circiter digitos tres transuersa assuenda est, hæc zonæ nomen inuenit: tum eidē fasciæ intervallo puta nouem digitorū alia fasciā transuersa, perinde lata vt zona, similiter assuēda est, cuius partes vtrinque adiūcta crura nūcupātur: alterū verò caput rectæ fasciæ, quod cōtra futurā est, scindēdū in duo crura. Homo igitur explicatā zonā cingatur, recta verò fasciā per lūbos pcedat ad anū atq; inter ipsum & naturale, eiusq; crura ad inguina ducta zonæ inferātur: post hæc adiūcta crura arctata in zonā demittantur, atq; ibi cū cruribus alligētur. quod vinclū sine adiūctis cruribus nōnulli ad calculosos, vbi calculus euulsus esset, adhibuere. id nos ob nodorū inæqualitatē reijimus, ne pars vmbilico subiecta vrgeatur. vesica enim inæqualiter cōpressā inflammationi obnoxia est. deligamus autē, quibus calculus euulsus est, parū fasciā, quā proximē ad inguen pposuimus: sed nūc breuiorē rectam fasciolā assuimus,

mus, extremâq; scindimus in duas partes hæc autē iunctura illis longè cōmodior est, q̃ quæ ani causâ iniicitur. siquidē glomerata fascia in orbē voluta lumbos & omne id, qđ sub vmbilico est, tegit, extremâque sub vmbilico prioribus circuitibus affluitur. ex rectâ verò fasciâ, quod integrū est, ad anū & inter ipsum & naturale demittitur, partes verò scissæ ad inguina attractæ in priores circuitus immittuntur, quæ vincendi ratio, calculosis, vbi secti sunt, aptissima est.



CXVI.

Scissum vinculum ad scrotum. CXVII.

30 Linteū p̃ hâc ipsâ iuncturâ longū latūū, ab utroq; capite in quatuor parteis diuiditur, sic, vt ab vno breuiiores sint, ab altero lōgiores, deinde à medio versus breuiiores exciditur, donec, vbi vsus requiritur, coles eo cauo excipiantur. zonā ergo iniicere primū homini oportet, tūcq; ex breuioribus partibus linteī medias duas in zonā demissas, inter se deuicire, & reliquas duas in eādē zonā cōiectas pati dependere. quo facto coles p̃ id cauū excipi debet, scrotūq; totū cōprehēdi ītegro linteo, ex cuius partibus lōgioribus, duæ exteriores scroto īuolueđe sūt, itā, vt dextra sinisteriori, dexteriori sinistra p̃cedat, deinceps in zonā demissæ eo modo, quo priores p̃mittēde sūt p̃edere, reliquæ duæ mediæ scroto similiter iniectæ, vt dextra sinisteriori, dexteriori sinistra p̃cedat, per summas coxas in eādē zonā demittēdæ, & cū prioribus partibus p̃edētib; alligandæ.




CXVII.



Iunctura ad scrotum ex tribus capitibus. CXVIII.

Vni extremæ fasciæ assuatur altera media ad imaginem literæ T. harû, quæ transuersa est, hominem cingat: quæ recta, feratur ad scrotum, ibique eatenus incidatur, quatenus coles suo cauo recipiatur, extremæque ad zonam alligetur, vt scroti vitijs accommodetur.



20

## EX HELIODORO.


Fascia glomerata ad cubitum. CXIX.

Incipit ab imo humero in viciniâ cubiti, atque in orbem circumagitur, post hæc obliqua ducitur per priorem cubiti partem, quâ secari venæ solent, tum brachio in orbem obuoluta obliqua ad humetum reuertitur, sic, vt in priori parte cubiti X. literam repræsentet, sic autem circuit, donec tegantur, quæ nuda sunt, & vbique à latere nodum accipiat. Illud autem commune est humeri brachij alteriusue membri vinciendo, quòd fasciæ in orbem ferri debent, cum eo vt interdum etiam obliquæ præcedant, quo vinculum firmitus hæreat. Huius verò fasciæ extremitas vel inferioribus assuenda est, vel angustiori fasciolâ vincienda est, aut in duo capita scindenda, quæ ab alterâ membri parte nodo inter se alligentur.

Iunctura in orbem, quidam adijciunt  
sub auctore Hippocrate. CXX.

Huius vinculi ratio est, vt fascia super aliquod membrum pluribus circuitibus in orbem ambiat. rectè autem iniicitur, vt membrum contineat, quod in suum locum restituitur, magis verò pertinet ad corporum, quæ abscesserunt glutinationem, his seruatis, quæ ad artificiosam fasciandi rationem pertinent. abscedentium enim ore in inferiori parte sito fascia à superiori parte deorsum procedit, vt humores excernantur, & eorum, quæ abscesserunt alterum alteri insidat, vt glutinètur: sed si vlcus superius sit, vt materia ab inferiori parte sursum sub vinculo excernatur: vbi verò abscedentia corpora tráuersa sint, fascia ab ipsis circumdetur versus os, vt humor emittatur.

Menecriti




## Menecriti vinculum ad partes extremas. CXXI.

Ab extremo brachio prope manum orsi, vbi fasciam semel in orbem duxerimus, obliquam attrahimus per primam palmæ partem, deinde per palmam ipsam circumagimus priori parti aduersam, ita, vt ad primā palmæ partem reuertatur, prope ipsam prius. X. literæ similitudine acceptā, atque ad eādem rationem obuoluimus, dum quæ nuda sunt, contegantur. Adhibentur autē vtilissimè, vbi & primam palmæ partem, & palmam alligari necesse sit.

## Cancer. CXXII.

Angustioris fasciolæ, cuius latitudo exēpli causā digitum æquet, capite super primam palmæ partem imposito, ipsa per palmam attrahenda est, & ab interiori parte versus exteriorē obliquè ad pollicem ad ducenda, tum circa ipsum ab exteriori parte obliquè porrigenda ad primam palmæ partem aduersā parti prius iniectæ sic, vt super exteriora pollicis. X. literam referat, atque ad eandem rationem eatenus voluenda, vt omnia complectatur, nouissimèque circa primam palmæ partem data, finienda est. commodissimè autem obuoluitur ad vincendum pollicem, quem *anulus* vocant.






Iunctura ad primam palmæ partem. CXXIII.

Orsa à primâ parte palmæ obliqua versùs palmam ducatur, deinde per palmam ipsam transuersa, postremò in orbem circa primam palmæ partē, vt quibus hanc ipsam vincire volumus, accommodetur.

Vinculum oppositum. CXXIII.

A primâ palmæ parte incipiens, post ipsam obliquè circa pollicem obuoluitur, tum obliquè à priori parte manus ad primâ palmæ partem porrigitur, ibique in orbem attrahitur, vt vinciendo pollicis aptetur.



CXXIII.

20

Vinculum, vt in palæstrâ ductum. CXXV.

Adhibito vinculo opposito fasciâ insuper obliquè, ppe primâ palmæ partē versùs digitos circūdamus, deinde in orbē circa indicem, post hæc obliquè aduersam parti priùs iniectâ, ppe primâ palmæ partē attrahimus, idēq; facimus circa reliquos digitos, vt illis idoneum sit, quibus tam quod prope primâ palmæ partem versùs digitos est, q̄ quod post digitorum articulos, vinciri debet.

Rhombus ad medium membrum. CXXVI.

Fasciæ caput membro iniicimus, eamq; super id obliquâ ducimus, post hæc in orbem, deinde aduersam parti priùs obuolutę, atque ab alterâ parte in orbē, vt ad eas fracturas conferat, quibus carnis quoque vulnus accessit.



CXXV.



CXXVI.

30

## Rhombus multiplex ad vnicum membrum. CXXVII.


1 Super extremā vnius membri partem fascia imponitur, & per ipsum æquis intervallis quasi in cochleā serpit vsque ad alterā extremitatē, quam in orbem complexa, obliquē circuit, & in orbem datur aduersa parti prius iniectæ certa seruans intervalla, vt ijs, quæ comprehendit, accommodetur.

## Palma habena. CXXVIII.

Orsa à summo mēbro, obliqua per mediū ad imū feratur, & in orbē circa ipsum detur, pōst parti prius iniectæ aduersa ad sumū reuertatur, & iuxta eosdem circuitus ambiat, vt eas partes fideliter cōtineat, quæ recēti callo glutinatæ sunt.



CXXVII.




CXXVIII.

## EX HELIODORO.

## Rhombus æqualium crurum. CXXIX.

- 30 Tradita iūctura hæc est ad femur, vbi id aliquā parte vulneratū sit, & adiūctæ partes abscedāt, cuius ratio est. Ab inferiori parte vlcis fascia in orbē circuit, inde obliqua ducitur à latere vlcis, & rursus in orbē à superiori parte vlcis attrahitur, tū obliqua ad imaginē literæ. X. deorsum deimititur, deinceps cōuenienti intervallo bis iuxta vlcus obliqua porrigitur semel ab inferiori parte sursum, semel à superiori deorsū, itā, vt bis litera. X. representetur, & in medio rhōbus super vlcus collocetur, quo per mediū intervallū nudatū humores excernantur. Circuit autē ad eandem rationē, donec quæ nuda sunt excipiat, cōque fit, vt quæ abscesserunt sub vinculo, quasi sponte suā ad glutinationem veniant, nuda toq; vlcere, quidquid humoris collectū est, effundatur.



CXXIX.



Rhombus inæqualium crurum. CXXX.

Vbi p̄ximū vinculū inieceris, requirit qđ nūc p̄ponitur, vt fascia per vulnus feratur, etiā obliqua. eo vsi sunt, quibus operiendi quoq; vulneris consiliū fuit.

Afcia. CXXXI.


Scribūt, qui huiusmodi iuncturam adhibuerūt, ipsam vtiliter iniici, quibus vulnerato femore p̄ximę partes diducuntur, sic autē iniici debet. voluēda sub vulnere fascia est in speciē ascia sic, vt pars gibba deorsum, sima sursum spectet, deinde sup̄ vlcus iterū in speciē ascia priorī aduersę circūagēda est, atq; ad eādem rationē attrahenda, dū quæ nuda sunt cōtegat, ab inferiori parte sursum, & à superiori deorsum procedens, interdum etiam per vlcus, vt ipsum operiat. 10

Vinculum à latere. X. literam repræsentans. CXXXII.

Fasciam imo femori in orbem prope genu circumagimus, tum obliquē ducimus, & rursus parti prius iniectę aduersam attrahimus sic, vt à latere genu literæ X. similitudinem referat, eodemq; modo circūducimus. Potissimū autem pertinet ad eos, quibus genu in alterā partem lapsum reconditum est. repræsentanda verò. X. litera est ab eā parte, in quam excidit.

Testudo. CXXXIII.

Super genu fasciam tendere in orbē oportet, inde obliquā à superiori parte deorsum per patellā demitti ad poplitem, ibiq; sub genu in orbem iterum circumagi, & parti prius iniectę aduersam super patellā procedere in speciē literæ X. post hæc per poplitem & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationem obuolui. cōuenit autem patellæ, quomodoq; suā sede proruperit. 20



CXXXI.

CXXXII.

CXXXIII.

Ad Calcem. CXXXIII.

Circumagēda fascia est circa talos in orbem, inde à posteriori parte ex vno latere nerui lati obliquē ducenda ad alterum latus, tum circa calcem voluēda, ab eoque ad superiora pedis porrigenda, atque ad eandem rationem circumdanda. valet autem ad calcem alligandum.

Ad talos. CXXXV.

Fascia super talos datur, inde obliqua ad superiora pedis porrigitur, post hæc sub plantam demittitur sic, vt ad superiorē partem reuerfa. X. literæ similitudinem referat, alligatā verò plantā circumducitur in orbem. Valet, vbi vinciri talos oportet.

Spica



CXXXIII,



CXXXV.

Spica ad plantam. CXXXVI.

- 20 Fascia in orbem magnum digitum cōplectatur, ab eoq; per plantam procedat circa talos, inde obliqua reuertatur ad plantam sic, vt non longè à minimo digito similitudo literę X. fiat, post hæc ad superiorem partem pedis intēdat, & ad eandem rationem circumeat. Maiores vinculum hoc ad magnum digitum deligandum memoriæ prodiderunt: nobis verò superuacaneum videtur digitum alligare ad plantam atque ad talos, abundè enim existimamus, si cum digito, & plantâ pars pedis superior vinciatur (quemadmodum propositum est in digitis manus).



CXXXVI

Fasciam primò talis iniicimus, tum per ipsos obliquam ducimus ad plātā, ab eāque ad alteram partem talorū obliquam attrahimus, postremò circa crus in orbem porrigimus, vt illis accommodetur, quibus deuincire talos cōuenit.

Fasciæ caput sub talis iniicito, eāque circa ipsos obliquè ad plantam demittito, tum obliquè circa calcem, & in orbē iuxta talos adducito, vt illis aptetur, quibus obligare calcem volumus.



CXXXVII.

CXXXVIII.

FINIS GALENI  
DE FASCIIS.



# <sup>1</sup> Oribasius de laqueis ex Heracle Vi-


DO VIDIO FLORENTINO INTERPRETE.

Quæ ratio sit laquei attollentis.




10

D attollentē habena adhibetur duplicata, cuius utrūq; caput  
sinistrā manu cōtinetur, sinus verò dextrā prehēditur, & ca-  
pitibus supiniicitur, sic, vt capita sita sint in medio sinu. quo  
fit, vt ex vnā parte, laquei nexus feratur, capita ex alterā. Ha-  
bet autē hic laqueus facultatē extendēdi æqualiter, pertinetq;  
non modò ad extendendū mēbra, sed etiam ad continēdum,  
cū in suam sedem cōpelluntur, & ad figurandū corpora, vbi quid manu fieri  
oportet. Rectē quidē eas partes intēdit, quæ binis ossibus continētur, quando-  
cunq; enim alterū vitiosū sit, sinus super ipsum, capita super integrū imponun-  
tur. nā sinus corpori inhæretes affectam partē vehementer distēdunt, at capita,  
cū recedant à corpore, eam partē, quæ benè valet, vel nihil omnino intēdūt,  
vel certē q̄minimū. Mēbris quoq; cū reponūtur, aptissimus est, sicuti cubito,  
cū in aliquā trium partiū excidit, in quas vbi plapsus est, brachiū curuū est, ne-  
20 que extenditur, id est in posteriorem, interiorem, atq; exteriorē. in quo casu la-  
queus ossibus brachij iuxta primā palmæ partem iniicitur, capitāque eius sub-  
limiora feruntur, & vt retinacula sint, ad aliquid immobile deligantur. Ad fi-  
gurāda insuper corpora, vbi manu medemur, adhibetur commodissimē. in ijs  
enim, quæ iuxta anum vitia infestant, vbi tractantur, brachia poplitibus subij-  
ciuntur, & huiusmodi habenæ attollentes ad brachia dantur in viciniā manus,  
eorūmq; capita ad ceruices hominis adducta, inter se vinciuntur. quoniā at-  
tollens laqueus non solūm iniicitur implicitus, sed super membrū quoque cir-  
cumponitur. suspensā enim fasciā sinus membro subijcitur, capitāque eius per  
medium sinum traiiciuntur, eāque ratione circumpositus conficitur.



Quomodo laqueus Nauticus debeat adhiberi.


Ex medio sinu duplicatæ habenæ duos item sinus facere oportet, eoque inter se permutatos ita collocare, ut interior extrinsecus, exterior ab interiori parte situs sit. hæc enim via nexus laquei ab una parte, capita ab altera procedunt. Est autem idoneus ijs, quæ extendi inæqualiter debent: valet item ad continendas ferulas, quæ fracturis accommodantur. iuncturam namque adhibitam unum habenæ caput sinistra manu teneatur, alterum verò per affectam partem volutur, sic, ut unus & alter sinus fiat, per quos reliquum habenæ caput trajiciatur, ut ab eâ parte, quæ in nos spectat, versus contrariam porrectum sinistra rursus contineatur. quo iniecto ferulæ in sinus demissæ ad vitiosum membrum dentur, capitæque attrahantur, & inter se alligentur, ut ferulas teneant. Valet item ad cubitum sustinendum, non secus atque ad intentionem, aut ad ferulas continendas, imponitur enim, implicaturque ad cubitum suspendendum, ubi lata fascia non est. in quo casu sinus ita inter se diducendi sunt, ut alter prope cubitum sit, iuxta manum alter, capita verò ad cervicem adducenda sunt, ibique nodo inter se deliganda.



Laqueus *χασδς* quomodo implicetur.

Ad *χασδς* habena duplicanda est, cuius utrumque caput sinistra manu continendum: sinus verò dextrâ prehensus conuertendus est, sic, ut capita ad similitudinem literæ X. aduersa inter se sint, inde enim nomen habuit *χασδς*. quo facto sinus capitibus X. literam referentibus superiniiciendus, quodque ex his subiectum est, per medium sinum attrahendum. eoque fit, ut medius laquei nexus appareat: à lateribus verò, hinc sinus unus, inde duo capita se ostendat. Valet autem, ubi oportet inæqualiter distendere.

Pastoralis



Pastoralis laqueus, qui & Sandalius  
dicitur, quomodo iniiciatur.

Pastoralis, dictus à quibusdam sandalius, cùm eo implicatur, quem *μαστίχ* no-  
minauimus, hic siquidem primò est adhibendus, vt Sandalius fiat: quo iniecto  
20 sinus eius dependens attrahi debet ab inferiori parte fursum, per mediũ eius si-  
nus, qui contra capita situs est. sic enim ab vnâ parte laquei nexus, ab alterâ ca-  
pita collocantur: in nexu verò terni sinus, duo scilicet à lateribus, tertius in me-  
dio conspiciuntur. Adhibetur autem commodissimè ad talum prolapsum, vbi  
reponitur. vnus enim sinus à posteriori parte tali super latum neruum datur, à  
priori alter ad partem pedis superiorem, medius, hoc est tertius, plantę subijci-  
tur. quo facto capita ad id vinciuntur, quo extendēdi causã vtimur, neque ta-  
lo duntaxat conuenit, sed maxillæ, quæ excidit, vbi in suam sedem compelli-  
tur. vnus enim sinus ad frontem hominis, alter ad occipitiũ datur, medius per  
os procedit vtrinque sub malis, capita verò per tempora ad ægri caput ferun-  
30 tur, ac siue, vt retinacula sint, siue, vt à superiori parte extendant, ibi inter se  
vinciuntur





Draco laqueus, quâ viâ injiciatur.

1


Ad laqueum draconem mediâ habena à posteriori parte tali, incipiat iuxta latum neruum: capita verò versus priorem ferantur ad superiorem partem pedis, vbi .X. literæ similitudine acceptâ, ad plantam porrigantur, & rursus inter se aduersa eandem literam repræsentent, post hæc circa talum, vel ab inferiori parte sursum, vel à superiori deorsum circumdantur, tum deligetur ad id, cuius operâ ad extendendum vitimur. Facit autem hic laqueus ad talum suo loco motum, vbi reconditur.



20

Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem simplicem nodum dixerunt.


Laqueus, cui nomen est simplex nodus, à quibusdam Perineos appellatur. Quomodoque autem vocetur, eius ratio est. Habena simplicem nodum accipiat, eiusdemque sinus attrahatur, capita verò depēdeant: deinde mēbrum, quod reponere opus est, inter superiores sinus collocandum, tum alter sinus in alterum insitus, ad capita ducendus, communique nodo cum capitibus ad id 30 vincendus, quod ad intendendum adhibemus. Habet autem in æqualem extendendi facultatem.



Lupus


Lupus laqueus, quomodo nectatur.

1 Duæ habenæ iustæ longitudinis duplicentur, sic vt capita ab eâdem parte collocentur, sinus inter se aduersi sint, tum capita, quæ ab inferiori parte, sursum, quæ à superiori, deorsum vellantur, sic, vt medius laquei nexus, vtrique verò bina capita se ostendant. Habet autem vim extendendi æqualiter, pertinétque non modò ad ossium, quæ restituuntur, intentionem, sed in herniæ curatione ad membranam abdominis adstringédam, item ad vincienda venarum capita sanguinem fundentia. Nos autem in sinus conijcere lina simplicia consueuimus, quæ communi medicorum vocabulo, quòd relaxent, *relaxantia* dicuntur, 10 neque hæc ipsa temerè adijciuntur, sed vt, vbi quæ arctata sunt, remittere volumus, per lina id præstemus, & non per capita.




Nodi Herculei ratio.

30 Ad nodum Herculeum, habenam adhibere oportet, quæ duos nodos accipiat inter se distantes, quo fit, vt Hercules nodus vtrinq; se ostendat, hinc autem sinus, inde verò sint capita duo. Valet vbi æqualiter intendere consilium est. Quòd si sinus, qui contra capita est, medius incidatur, à lupo laqueo non differet.




Simplex charchefsus, quâ viâ implicetur.

Ad simplicē charchefsū, qui vim habet extēdēdi equaliter, duplicari habena debet, capitaq; eius sinistrâ manu cōtineri, sinus verò dextrâ sursum cōuersus supimponi capitibus, quæ media opus est aduersa inter se collocare in speciem. X. literæ. eo factō sinus capitibus iniectus, à superiori parte deorsum attrahatur, per medium eius partis, quâ. X. literę fuit accepta similitudo. sic enim laquei nexus medius apparet, ab vno latere sinus vnus, ab altero duo capita.



Duplex charchefsus quo modo implicetur.

Duplex charchefsus aequaliter distēdit, ac simplici longē est efficacior. eius autem ratio est. Habenam prehēdimus duplicatā, capitāque leuā cōtinentes, sinum patimur dependere. tum ex capitibus, quæ cōtra sinum sunt, alterū duplicamus, sic, vt paruus sinus fiat, quem in sinistrâ manu ponimus, alterum per sinum traicimus, deinde nexū per sinum cōuertimus, & in sinistrâ collocamus. quo factō, ex capite, quod cōtra sinum est, rursus alterū sinum efficiamus, quem nexui adiungimus: postremò pendentem sinum per mediū nexum trahimus, 30 ab inferiori parte sursum. quo fit, vt ab vno latere sint duo capita, ab altero vnus finis, quibus laquei nexus medius interiiciatur.



Duplex



1 Duplex charchesius, quomodo ex simplici fiat.

Cùm duplex charchesius variè cōsueuerit implicari, siquidem per se interdum, interdū fit ex simplici, nonnunquā conficitur circumponendo, suprà demonstratum est, quo modo per se iniiciatur, nunc quā ratione ex simplici fiat, exponemus. Adhibere igitur primò simplicē charchesium oportet, sinuq; alterum ab altero diducere, deinde eum, qui subiectus est, in superiorē conijcere, & similiter utrūq; diducere, ac per spaciū, quod ipsis mediū interijcitur, sinū qui contra capita est, ab inferiori parte sursum attrahere. sic enim rursus laquei nexus medium sese ostendit, hinc vnus sinus, inde bina capita conspiciuntur.

10



20



Duplex charchesius, quomodo implicetur circumponendo.

Quoniā vehementi validorū corporū intētionē, laquei capita, ex vnā parte sæpius rūpuntur, ante perfectā intētionē, ne cogamur intēdētis adhuc laquei  
30 capita relaxare, charchesiū circūponimus. Tenētes igitur sinistrā manu caput, circa mēbrū restituendū tres sinus effcimus inter se distātes itā, vt ex his quod satis est, dependeat: post hęc primū sinū in postremū demittimus, & semel aut iterū eos cōuertimus, per quos mediū sinum rursus attrahimus. quo fit, vt circa mēbrū laquei nexus, ab vno latere vnus sinus, ab altero duo capita se ostēdāt.



Plinthij, quod alioquin quadruplex  
circuitus dicitur, quæ ratio sit.

Ad Plinthium laqueum, adhibetur habena circuitum representans, id est sine capitibus, hæc ab interiori parte manus, pollicibus minimisque digitis circumdatur, necnon utrique indici, ut sinus in utraque manu terni sint, unus circa minimum digitum, circa indicem alter, tertius super pollicem. post hæc, sinus, in quos insiti pollices sunt, ad proximos minimis transferuntur, tum ad indices, qui minimis iniecti fuerunt, deinde sinus, in quos indices demissi postremo erant, medij à pollice à superiori parte deorsum velluntur, sicque ab uno latere duo sinus, totidem ab altero, medius inter hos laquei nexus ad rhombi similitudinem conspectui subijciuntur. Habet autem æqualem intendendi facultatem, & non solum ad intentionem, sed videtur ad menti quoque fracti compositionem pertinere. nam mentum ipsum sub fracturâ aliquando peruersum, in laquei complexum, rhombum referentem inferitur ab exteriori parte: sinus verò per malas, partibusque superiores, ad summum caput feruntur, atque ibi inter se deligantur.



Laqueus Epangylothus (itâ enim appellatur, quoniam sinus super sinum iniicitur) quâ viâ inferi possit.

Ad Epangylothum, unum habenæ caput, inter sinistræ manus pollicem & indicem collocamus, eamque extrinsecus ultra primam palmæ partem adducimus, inde per palmam ipsam, datam, inter pollicem & indicem utriusque manus attrahimus, post hæc inter minimum & proximum digitum demittimus. eo facto habenæ caput dextrâ manu sursum vellimus, extremamque partem inter minimum ac proximum digitum tenemus. quo fit, ut duo sinus efficiantur, inter quos attractus nodus apparet. Facit autem ad corpora figuranda, ubi manu curatio adhibetur. inter sinus enim utraque manu hominis coniectâ, reliquis habenæ partibus totum corpus firmiter continetur.



Ratio



20

Ratio eius laquei, quem auriculas nuncupant.

Ad auriculas, epangy lotus primò iniiciendus, danda autè opera est, vt alter sinus amplior sit, quem implicare oportet ad modum laquei chiaſti, ſic, vt duo sinus oculis exponantur, inter quos, quod ex habenâ dependet, duplicatum ſe oſtendat. Rectè autem adhibetur, vbi prolapſa maxilla reponitur, tum ad proceſſus capitis recondendos. ſinus enim dantur ad tempora ægrotantis, quòdque inter eos duplicatum conſpicitur, ad frontem, deinde vinculū illud iniicitur, quod leporem auritū appellat, poſtremò auriculæ, vel vt contineant, vel vt à ſuperiori parte extendant, ſuper caput offenſi porriguntur.





Laqueus duos habens sinus (quem nonnulli minùs propriè strangulantem dixerunt) quomodo iniiciatur.

Laqueus, quem duos sinus habentē appellant, ex binis constat chiaftis, quorum alter ab altero diducitur. Est autē aptissimus ad corpora figuranda, ubi vitia iuxta anum curantur. siquidē brachia subiecta poplitibus, eiusmodi laqueis adstringuntur: at pars, quæ media inter sinus duplicata dependet, ad cervicem hominis fertur, atque hâc viâ corpus figuratur.




.†. Ratio laquei, quem strangulantem propriè nuncupant.

Laqueus, qui propriè strangulans nūcupatur, ex simplici fit charchessio, hic enim primò iniicitur sic, ut alter sinus ab altero distet. Cōfert autē ad quos proximè expositus, brachia nāq; rursus coniecta in sinus coarctātur, & ea pars habent, quæ duplicata est, media similiter collocatur, in eāq; cervicem inserūtur.

.v. Quomodo adhibeatur laqueus *ὡς τὸ βαλόν*, id enim nomen traxit ex eo, quòd supra feratur.

Hyperbatus fit ex laqueo Nautico, siquidē in hunc primò implicitū brachia 30 inferi debent, sinūsque inter se diduci, & capita ad cervicem deligari.

Laquei igitur, quorum expeditissima comprehensio est, huiusmodi sunt.



FINIS ORIBASII DE LAQVEIS.

# <sup>1</sup> Oribasius ex Heliodoro de ma-

CHINAMENTIS VIDO VIDIO FLO-  
RENTINO INTERPRETE.

Quibus modis luxata restituantur.

<sup>10</sup> **L**uxata in suam sedē tribus generalibus modis collocātur, quibus alij ferē omnes continentur. Vnus vocatur palēstricus, ad quem ferē solas manus admouemus, atque hic, vtpote imbecillius, aptatur ad mollia corpora, muliebria nimirū & puerilia, tum ad mascula, quæ illis robustiora sunt, modò recēs vitium fuerit: alter methodicus dicitur, ad quem instrumēta adhibemus, quorū vsus in cōmuni vitā est, hic omnibus idoneus est, pueris, scēminis, masculis iam robustioribus, & corpori iuuenili, atq; ijs luxatis, quæ iam vetusta sunt: tertius reponendi modus, qui per organa est, maius momētum habet. valet enim ad prolapsa, vbi malū diutius trahitur, valet ad corpora athletarū, præterea quæcunque prolapsa curationem recipiunt, & sub methodico modo curari nequeunt, omnia organorum operā reponuntur.

<sup>20</sup> De organorum differentijs.

<sup>30</sup> **O**rganorū medicinaliū differentiæ in vniuersum, & quasi generales, summum (vt alij sentiunt) ternæ habentur, alia enim tractoria sunt, alia machinamenta, alia quæ erecta collocantur: nobis autem placet nonnulla tractoria esse, nonnulla machinamēta, nonnulla, quæ erecta, nonnulla, quæ plana collocantur. Tractoria sunt, quæ, quū parua breuīque sint structurā, extendendi duntaxat facultatē habent. hæc vt suo munere fungantur, aduentitia quædam postulat, vt scamnum, lectum, scalam, eo quod per se vsui esse minimē possint. quocirca & alligata, & in plano sita nuncupantur. nam, vbi in agro, aut solitudine quāpiam, quæ suo loco mota sunt, reponimus, ac neque scamni, neque lecti, neque scalæ copia est, aliquid in solum defigimus, ad quod tractoriū organum alligemus. Machinamēta sunt organa tractorijs ampliora, minora tamen alijs, quæ non modò intentionem, sed impulsū quoque pollicentur, ac præcipuē quorundam membrorum gratiā comparātur. Erecta organa sublimiorem structuram habent, & non solum ad extendendū valent, sed etiam ad impellendum. Porro autem plana organa sunt, quorū humilis structura est. ex ijs constant, quæ & extendendi & impellendi vim habent, itā, vt homine illis infidente, recondi, quod elapsū est, possit. reperiuntur etiam in his quædā propria structuræ discrimina.

Ex quā materiā struantur organa.

<sup>40</sup> **B**asis, crura, latera, transuersaria, cubiti, testudines, adiuncta crura, hæc omnia, quæ in organis ampliora expediuntur, ex robustiori materiā conficienda sunt, vt puta iligneā, vel fraxineā, quæ secundas obtinet. Oportet autē eā de causā, valdissimam esse organorum materiam, vt vim queant in cōdendis articulis sustinere, quod in ijs potissimū organis requiritur, quæ erecta collocantur. Vertebrae, radices, clauī, vncī, catenulæ, vestes, omnia quæcunque exigua sunt, quæque plus efficiunt, ærea vel ferrea comparētur, vt quod structuræ exiguas detrahit, materiæ firmitas restituat. Aliquādo autem quæsitum est, fer-

reâne, an ænea sumi debeant. inquit, qui ferro æs præferunt, hoc leuius esse  
& facilius tractari, minúsque rubiginem trahere q̃ ferrum: contrâ, qui æri fer-  
rum anteponunt, validiorem huius materiam laudant, ære enim efficacius ro-  
bustiúsque ferrum est. atqui de ferro cõuenit, firmitus esse, sed superuacuum est  
eximium robur, vbi eius nullus est vsus, cùm liceat hæc ex ære fabricare, quod  
mollius est, & satis roboris habet. licet tamen & ex ferro. Quodd si ex ære fiant,  
sumatur id, quod ducitur, nam, quod cõflatur, facilius rumpitur, comminuitur-  
que, ita vt præstet ex ferro hæc parare, quàm ex fuso ære. Sed quoniàm ferrũ citò  
rubigine obducitur, idcirco aliquot iuterpositis diebus subinde pingui aliquo  
inungendum, ac, ne rubiginem sentiat, manu perfricandũ. At dicet quis, si fer- 10  
rum neglectum rubigine corrumpatur, id culpã domini ipsius organi fieri.

Ex quibus partibus organa constent, & quis sit earum vsus.

**C**ontinetur omne organum non omnibus, sed quibusdã ex ijs, quæ nume-  
rabo, nempè, basi, cruribus, transuersarijs, cubitis, axibus, regulis, testudi-  
nibus, cochleis, tympanis, clauis, manubriolis ductarijs, vectibus, baculis ver-  
santibus, obicibus, cuneis, item lunatis lignis, orbiculis, trochleis, fossis, opercu-  
lis, vertebis, fibulis, radicibus, vncis, catenis, forficibus, sedilibus, priapiscis, ad  
hæc cochleã sœmina, quæ græcè *ποδινέχλιον* appellatur, cuneolis, chiniscis, colũ-  
barijs, ergatã. hæc ferè sunt, quibus organa componuntur, quorum vsus sigilla-  
tim iam nunc exponendus nobis est. Basis ad id potissimum struitur, vt super 20  
eam erecta organa statuuntur. Crura in organis & latera dicuntur, in ijs, quæ  
erecta collocantur, propriè crura, minús propriè latera, sed in tractorijs propriè  
latera dicuntur, minús propriè crura. hæc ferè in organis statuuntur, vt ipsorum  
machinationes contineant: propriè autem in organis erectis crura rectè com-  
modèque dimensa, ad illam pertinent condendi rationẽ, quæ excitando præ-  
stat. Transuersaria, quæ *διὰ πλάτους* dicuntur, vt græcum nomen indicat, ad  
crurum laterumque compaginem fiunt, ad quem vsum primò præcipueq; de-  
stinantur: huc accedit, quodd machinationes quoq; sustinent, vt puta trochleas,  
cubitos atque alia quædã. Cubiti ad eum vsum in organis comparantur, vt per  
iplos, quæ suo loco mota sunt, à superiori parte extenta reponantur, quẽadmo- 30  
dum videre licet in organis Fabri atque Andreæ, in quibus cubiti per superius  
transuersarium demissi in testudinem figuntur, vt hæc elatã, quæ prolapsa sunt,  
à superiori parte intenta recondantur. latæ cubitorum summitates alæ ab archi-  
tectis dicuntur, imæ verò partes quadratę, calces. hi ergo propriè cubiti nomi-  
nantur, sed quidam vocabulo abutuntur. Spathæ impellendo sunt idoneæ, eã  
autem spathã, quæ in Fabri atque Andreæ machinamento est, vtinur, vbi ex-  
trahendo impellimus, ad femur in posteriorem partem erumpens, sunt & aliæ  
spathæ in quibusdam organis, ad alios impellendi modos fabricatæ. Radices &  
fibulæ complures vsus in organis præstant. primò enim radix & fibula in or-  
gano Fabri spatham distinet ad testudinem. est quidẽ in testudine radix, spa- 40  
tha verò, quã parte quadrata est, medium habet cauum, in quod radix eadem  
inditur, deinde fibula continendi causã, in spathã ac radicem pertusã inseritur.  
propriè radices ad id fiunt, vt recipere vncos possint, & alios effectus præstare:  
sed fibulæ itẽ gratia est, quodd machinationes immobiles seruat, vt puta axes.  
Catenæ eo pertinent, vt fibulę ex ipsis suspendantur, quo seruentur in organis,  
neque decidant. Vnci adijciuntur, ne mobiles machinationes moueantur, veluti  
axes, quoue in radices coniecti quædam organorũ machinamenta sistant. Per  
vertebras



1 vertebras (quas græci *σποφάματα* dicunt) ferè id efficiamus, vt quædam organa immobilia moueantur, sicuti crura organi Andreæ. crura enim in organo trāsuerfa secta, vertebris fibulisque cōtinentur, vt organo, modò erecto, modò per vertebrae inclinato, circumducendo impellamus. ad exemplū huius structuræ organi Andreæ Plinthij crura prope basim secta sunt, rursusq; vertebris continentur, vt organū modò erigatur, modò per vertebrae motum, adiunctis cruribus innitatur, vsūq; illius organi præstet, quod planum collocatur. hi sunt effectus vertebrarū in organis. Axes ad corporū ductionē, hoc est intētionem spectant, quorū quidam ab vnâ parte ad alteram penetrant, ac per se mouētur, 10 quidam latent, & per alias machinationes conuertuntur. penetrat axis in Plinthio Nilei, & in scamno Hippocratis: latet in Apellidis organo, quod, quia per tres funes circumuoluitur, trispastum appellatur, & in Nymphodori glossocomo. penetrantes igitur axes per se manibus cōuertuntur, latentes autē per alias quasdā machinationes, exempli causā in Nymphodori glossocomo per tympanum, & cochleā ad lentis imaginē fabricatā, in trispasto per funes alligatos. Ad clauos, qui in axibus insiguntur, funes alligantur, vel habenæ atque huiusmodi alia ad extendēdum pertinentia. Manubriola ductaria, bacula versantia & vectes, omnes hæ machinationes ad axium cochlearūq; versationes statuūt. 20 primas occupant manubriola ductaria, secundas vectes, quibus minùs efficitur. cacia sunt bacula versantia. plæraq; enim ex ipsis exigua, quū sint, vnâ manu conuertuntur. Chinisci, cuiusmodi sunt in lyrā, excogitati sunt ad axes continendos. vbi enim fibulæ nō sint, quid poterit aliud vilius inueniri? quod enim ad vim pertinet, vsū habent fibularū: decoris autem causā, in sculpta habent anserina capita lignea. Statuūtur in organis phliæ, vt ab vno latere ad alterum penetrantes axes cōtineant, cuiusmodi sunt in scāno Hippocratis, & in nostro. Est & alia media, phlia in organo Hippocratis ad similitudinē literę. n. eo nomine fabricata, vt ad eam impellendi rationem, quæ extrahendo fit, vbi femur excidit, accominodetur. Trochleæ in organis collocantur, vt funes liberè duci possint, veluti in organo fabri, quod duplicē trochleam, quā testudo mouetur, 30 in superiori transuersario cōtinet. in nostro quoq; organo rursus trochleæ sunt, quæ per inditos funes, axes attollūt. verū trochleæ ferè ad id fiunt, vt axes & habenæ celeriter ducātur, simulq; vt ad intētionē, quæ alio intercedēte motu fit, accominodentur. Orbiculi struuntur ad trochlearū motionem, quæ per se sunt immobiles, collocātur autem in medio earū, quemadmodum in Demosthenis *ἀσφάλειν*, & ad funes cōtinentos, vt in trispasto Apellidis. Cuneus præsertim paratur ad humeri caput in alam prolapsū, ac deinceps ad alios quoq; vsus. At • lunatum lignum prodest, vbi humeri caput in priorem aut posteriorem partem excidit. Est autē Polus lignum infixum superioribus crurū extremitatibus in organo Philistionis. luxato enim humeri capite brachiū extenditur, polusque 40 obijcitur ad hominis ceruices. Epipoma verò, quod & Epipigma dicitur, est n. figura in ligno insculpta, in quam conijcitur. n. inuersū: qualis conspicitur in eo organo, quod Hermes dicitur. fit autē hoc, ne ab Hermis vultu corpora teantur, vt in organi cōpactione ostendemus. *καλάθιον* verò & *σινδάλιον* cōmuniter parata sunt, vt epipigma ferāt. Est quidē *σινδάλιον* lignum sex digitorum in medio hebes. *καλάθιον* verò lignum sex digitorum rotūdum, quod angustiori basi nititur, & quassillo simile est. Sūt & in organis quædā columbaria insculpta ad similitudinem columbarum, quæ ornandi causā facta sunt, atque ad id

etiam, vt aliud ferat epipigma. Tympanis hæc gratia est, quod quædã organo-  
rum machinationes, quæ maximũ vsum præstant, per ipsa paulatim mouentur,  
vt axes & cochleæ. est autem tympanum rotunda machinatio dentata. At Del-  
phines dētibus inclusi, machinationes motu phibēt, quòd vnci quoq; efficiūt.  
Testudines in organis ad id collocatæ sunt, vt corpora, quæ restituūtur, paula-  
tim, & minimè concussa extendātur. quemadmodũ enim testudines animalia  
lento gradu procedunt, ita machinationes, quibus illa referuntur. Porro autem  
ex testudinibus nonnullæ trāsuerfarijs similes sunt, aliæ oblongæ, aliæ cubi spe-  
ciem repræsentant. trāsuerfarijs similes sunt, in organo Andreæ, Fabrue: oblo-  
gæ in quadratâ columnâ, quæ appellatur Hermes: cubũ referūt in rotundâ co-  
lumnâ Eraclidæ Ephesij. præterea testudinum aliæ cubitos & spathâ attollūt,  
aliæ cuneatam & lunatam appēdicem, quædam nihil attollunt, sed solũ sunt  
ad extendendum inuentæ. cubitos attollit testudo, quæ sursum fertur, in orga-  
no Andreæ: cubitos & spatham testudo, quæ est in organo Fabri. cuneata, &  
lunata appendix eâ testudine excitatur, quæ in Hermæ est. nihil attollit, sed so-  
lummodò extēdendo est, ea testudo, quæ in rotundâ colūnâ Eraclidæ Ephesij  
collocatur, similiter & quæ deorsum fertur in organo Andreæ. Alæ autem &  
dracones fibulæq; infixæ clauorũ vsum præstāt, propriè autē dracones, quod  
ad materiã pertinet, in vicē manubrioli ductarij fabricātur. Quoniã verò te-  
studines plerũq; à cochleis mouentur, proximũ est, vt cochlearum structurã,  
atque vsum exponã. comparantur ergo cochleæ in organis, ad alias machina-  
tiones impellendas, puta tympana & testudines, quo paulatim & nullâ ratione  
concutiendo extendant. Cochlearũ, quædã quadratæ sunt, quædã ad imaginẽ  
lentis, quæ figuræ nomen inuenerunt, relatæ ad capreolos, at non ad structurã  
scapi, quælibet enim cochlea rotunda est ad tornũ rotundata. differūt cochleæ  
capreolis, q̃ alię quadratę, alię ad lentis imaginẽ dicūtur. quadrata cochlea est,  
quæ capreolos habet quadratos, atq; ex ijs non solũ quod p̃minet, sed etiam  
quod cauũ est, cuiusmodi cochleas videmus in organo Andreæ: quæ in lētis spe-  
ciem sunt, id capreoli, qđ cauũ est altè angustũ habēt, latũ verò in sũmo, contrã  
quod p̃minet à basi latũ vertice ipso tenuatur. similis autē est huiusmodi ca-  
preolus lēticulę dimidiatę, à quã figurã cochlea hæc ad imaginẽ lētis dicta est.  
cochleæ igitur tã quadratæ, q̃ ad imaginẽ lētis ad motionẽ diuersarũ machina-  
tionũ statuūtur. quadratę enim testudines cōpellūt: quę sunt ad imaginẽ lētis,  
primò quidẽ tympana, interdũ etiã testudines ī ijs, quę pericochlia nūcupātur.

Quã ratione quadrata cochlea testudinem moueat.

**D**emus testudines esse ita fabricatas, quẽadmodũ in organo Andreæ, qua-  
rũ singulæ pertusæ sint, atq; in id cauũ cochleæ demissæ, ab interiori au-  
tem parte caui ferrea, vel ænea lamina testudini infixa sit, quæ quidem lamina  
dens nūcupatur. hic igitur dens testudinis, in cochleę capreolo includitur. quo  
fit, vt in quãdam cochleæ conuersione, lamina, quæ dens nuncupatur, testudi-  
ni infixa, atq; in cauo capreoli contēta testudinem moueat. præterea ex ijs ipsis  
cochleis quadratis alia simplex est, alia duplex, simplex cochlea est, quæ vno  
duntaxat capreolo est excauata, vnãq; testudinẽ impellit: in duplici, bini secti  
sunt capreoli, hæc & binas testudines mouet, qualis cochlea reperitur in ma-  
gno Andreæ organo, quod Plinthium nuncupatur. excauatum enim lignum  
est à medio ad trāsuerfaria capreolis inter se aduersis, ita, vt quãdam cochleæ  
conuersione orsæ testudines, vel à medio vtriusq; trāsuerfaria, vel à trāsuerfa-  
rijs versus



rijs versus medium impellantur. est & alia cochlea duplex in eo, quod *κρηνη* appellatur excavata à summo principio vsque ad extremum aduersis, capreolis, quæ rursus duas testudines mouet, quemadmodum in ipsâ organi structura videmus. At cochlea ad imaginem lentis tympanum mouet, siquidem capreoli cochleæ, tympani dentibus insiti machinationem conuertunt, quemadmodum cochlea, quæ baculo versante, vel manubriolo ductario conuertitur in tympani dentes conueniens machinationem mouet: mouet interdum eadem cochlea testudinem, sed nō ampliùs per dētem, quemadmodum quadrata, verum in fœminâ cochleâ contenta, quæ in ipsâ testudine struitur. quoniām testudinis cauum, in quod cochlea demittitur, excisos habet capreolos aduersos ijs, qui sunt in cochleâ lentis formam referente, sic, vt id, quod prominet ex capreolis cochleæ lentem referētis, in cauo capreoli fœminæ cochleæ recipiatur, quodque cauū est in capreolis cochleæ, id, quod extat ex capreolo cochleæ fœminæ capreolis admittat. Accidit autē in cochleæ conuersione, vt testudo modò sursum moueatur, modò deorsum, quum cochlea in ipsius capreolis voluatur. huiusmodi structuræ plurimæ adhibentur ad organa, quæ plana collocantur. ad id enim fabricantur, vt homines, quibus luxata restituuntur, inclinatis organis insidant. organa enim, quæ plana collocantur, ita parata sunt, vt ægris super ipsa, vel sedentibus, vel cubantibus, luxata reponantur. Priapiscus, qui & stiliscus & scalmus nuncupatur, in quolibet organo, quod planum collocetur, statuitur. fit autem eâ de causâ, vt ei parti, quæ inter anum & naturale est, obex sit, vbi, quæ prolapsa sunt, restituuntur. est igitur priapiscus lignum octo digitorum, magnâ ex parte rotundum, ab eo, quod superest quadratum, sic vt quadrata ipsius pars coniiciatur in cauum, ad literæ. n. similitudinem quadratum, in organo, quod planum collocatur: reliqua verò pars, quæ extat, inter anum & naturale obijciatur. Configitur autem in trāsuersarium. n. ferreum, vt firmiter priapiscum cōtineat. sed in nostro organo videre licet magnum. n. ferreum ad alium vsum comparatum, nempe ad gibbam spinam per pressum impellendâ. Opercula in organis parantur, vt machinationes sub ipsis occultētur, ne, si absque operculo fuerint, idiotis pateant. Annuli adhibentur ad organa tractoria, vt alligari possint: ad alia vero, vt machinationes cōtineant, quæadmodum in Menecriti Bucranio, vbi axis continetur, atque eadē de causâ in alijs organis. Forfices in organis arctè trāsuersaria cū cruribus iungūt, ad hunc enim vsum infixas forfices æneas inuenimus. Adiuncta crura id efficiunt, vt organa, quæ erecta collocantur, illis innixa, inclinataque eundem vsum præstent, ac si plana statuerentur. Præfatus ex quibus omnia organa parentur, & quorsum singulæ ipsorum machinationes spectēt, declarabo in sequentibus, quænam ex organis immota, suo munere fungantur, & quæ mota: tum ex ijs, quæ mouentur, quænam suo loco maneant, quæ locum mutant, dum mouentur: rursus ex ijs, quæ immobilia sunt, quæ perpetuò & vbique immobilia maneant, quæ eximi possint, ad alios quoque vsus idonea. Hæc itaque immobilia sunt in organis, basis, crura, latera, trāsuersaria, cuneata & lunata appendix, se dile, priapisci, atque alia complura. Vtui sunt, quum mouētur, vertebræ, vnci, axes, tympana, cubiti, cochleæ, testudines, atque huius generis plurima. Mouētur in eodē loco manentia: vertebræ vnci tympana, cochleæ, plærque axes. Locū mutant testudines, cubiti. Eorum, quæ in organis immobilia sunt, quædam semper & vbique immobilia sunt, quædā & eximi, & inferi possunt. semper quidem immobilia



manent, basis, crura, latera, transuersaria, radices, sedilia, lunata appendix: extrahi possunt in quibusdam organis, quamuis immobilia sint, tum cunei, tum priapisci, qui ad alios quoque vsus facti extrahuntur, & immittuntur.


Ex Galeno de machinamentis.

**A**rticulis reponendis Hippocratis scamnum per se abundè est. si quis autem velit alijs quoque vti, est polyspaston (ita appellatū, quoniam multis orbiculorum circuitionibus facilitatem præstet) quod iter facientibus maximè idoneum est, refertur autem ad Archimedē auctorem. in vrbibus verò nō alienum est Fabri vel Andreae organum, cum erecto opus est: vbi plano, scamnum Hippocratis præcipuè aptatur.

De Glossocomo machinamento.

**N**on ab re quidem mihi glossocomū videtur à iunioribus medicis inuentum, quod seu femur, seu crus cōminutū sit, vbi callus circūdatur, cōmodissimè admouetur. Habet autem ab imā parte axem, ad quem extremi laquei in diuersa extendentes deligantur. Inijciantur laquei extremis partibus ossis, quod curatur, fiāntque ex duabus habenis, sic, vt quatuor vterq; capita habeat, bina à dextrā, totidem à sinistrā. ex ijs capitibus, quæ inferioris laquei sunt, per foramina facta in inferiori parte glossocomi ad axem duci debent: quæ superioris, primò procedere ad superiora, deinceps ipsa quoque per latera glossocomi perforata traijci, quibus foraminibus trochleæ includantur. vtrinque ergo ab exteriori parte glossocomi, superioris laquei capita ferenda sunt ad axē. his enim itā constitutis, vna axis cōuersio pariter ambos laqueos extendit deorsum versus, illum qui ad inferiora fracti ossis alligatur, sursum, alterum sic, vt compositā fracturā in posterum liceat quotidie hanc laqueorū in diuersas partes intentionem corrigere, valentiùs, vel leniùs extendēdo. laqueum igitur, qui in inferiori parte est, directā ductione axis extēdit: eum, qui in superiori parte, intercedente alio motu, græci δὴ τὸ μεταληπτικὸς τῷ σπινθὶ dicunt.

- A Axis, ad quem laquei alligantur.
- B Laqueus superior.
- C Laqueus inferior.
- D Inferior pars glossocomi.
- E Trochleæ.
- F Superioris laquei capita ab exteriori parte glossocomi.




## Nilei Plinthium.

<sup>1</sup> Factum est Plinthium Nilei ad eorū organorum exemplum, quæ vocātur  
 tractoria quadrata oblōga. duo enim habet latera longa palmos quatuor,  
 digiti crassitudine, quæ extremis partibus trāsuersarijs inter se compacta sunt.  
 Est autem transuersariorum crassitudo & latitudo, quanta laterum, sed longi-  
 tudo palmum implet. merito igitur, quū talis compactio sit, vt latera quatuor  
 palmos longa sint, transuersaria vnum, totius organi quadrati structura oblon-  
 ga confecta est. Licebit autē, si quis, voluerit latera breuiora, quā dictum est,  
 efficere, quandoquidem organum, per vnicū axem, effectum præstat. me-  
<sup>10</sup> dia itaque latera pertusa sunt rotundis ac peruijs foraminibus, per quæ axis  
 traicitur, qui mediā parte clauum infixum habet, capitibus verò, quibus la-  
 tera excedit, vctes æneos, vel ferreos decem digitorum magnitudine. Sunt  
 item in organo quatuor annuli lateribus affixi, bini ab inferiori parte, totidem  
 à superiori. Antiqua huius organi structura auctore Nileo talis est. Herodo-  
 tus quidam architectus transuersariorum priores partes medias excauauit ad  
 figuram literæ  $\cup$ . ne habenæ, quæ à corporibus, quibus vis adhibetur, ad  
 axis clauum feruntur, extantibus angulis atterantur, sed recta procedāt. hæte-  
 nus Herodotus. nos verò quam accepimus, historiam referemus. ferunt Pasi-  
 cratem architectum Sidoni organum hoc vidisse, quod à statuā cōtinebatur,  
<sup>20</sup> aliter tamen fabricatum. nam, quū eadem compactio esset, conspiciebantur  
 in eo organo ab extantibus axis capitibus cōeōrū draconum complexus, quo-  
 rum capita è regione ad caudas spectabant, sed quo pertinebant hi dracones?  
 non alio, nisi vt in vicē vctium axes cōuerterent: tum in organo, quod Sido-  
 ni erat media, transuersaria pertusa erant rotundis foraminibus, quæ clauo axis  
 responderent. constat autem foraminum eūdem esse vsum, qui in organo He-  
 rodoti, nimirum, vt habenæ, quibus corpora extenduntur, ad clauum, recte per  
 ea foramina porrigantur. Retulit insuper Pasocrates axem inclusa habuisse in  
 viciniā laterum tympana quatuor ex ære dentata, duo ab interiori parte, toti-  
 dem ab exteriori, atque item in lateribus foramina fuisse dētium ordini respō-  
<sup>30</sup> dentia, vt postquam abundè extenta corpora fuissent, fibulæ inter dētes eò de-  
 missæ, vbi in luxatis restitue dis opus esset, axem sisterēt. Sed recentiores tym-  
 panis omiſsis priori parte latera pertuderunt: pertuderunt item in orbē aliquo  
 intermisso spacio, & ipsa axium capita, quo ad vsum dictū fibulæ inditæ axem  
 immobilem tuerentur. Ego autem, quū fibulæ decidant, ad eum, quem dixi  
 vsum, vncos lateribus infixi: axis verò capita forani sic, vt huius foramina illis  
 conuenirent, quæ erant in orbem in lateribus aliquo spacio interiecto, quo, vbi  
 vellem in luxatis condendis axem immobilem reddere, vncum includerem in  
 foramen, quod esset accommodatum. Communis Plinthij tractorij fabrica-  
 tio huiusmodi est: verū ego aliter Plinthiū struxi, saluā enim eādem laterum  
<sup>40</sup> mensurā, inferius transuersarium sursum transtuli, quatuor digitis infra trans-  
 uersarium extrema crura relinquens, axem verò collocaui in medio transuer-  
 sariorum, cui parti græcè  $\phi\omega\tau\iota$  nomen est, & scamnum quoddam, quale in lu-  
 do videmus, ab vnā extremitate excidi cauis quadratis atque oblōgis, vt pro-  
 positorum crurum extrema in eiusmodi caua conuenirent, ipsa item latera ex-  
 tremis partibus trāsuersa pertudi, foraminibus ab vno latere ad aliud penetrā-  
 ribus, vt fibula in foramina coniecta Plinthiū contineret. Hæc de organi stru-  
 cturā, nunc ad ipsius motionem aggrediar.




Nilei Plinthium.





- A Duo latera.  
 B Transuersaria.  
 C Rotunda, ac peruia foramina.  
 D Axis, qui mediâ parte clauum infixum habet.  
 E Vectes ænei.  
 F Annuli.  
 G Transuersarij priores partes excuatae ad figuram literæ .C.  
 H Æneorum draconum complexus.  
 I Foramina rotunda.  
 K Tympana ænea dentata.  
 L Fibula indita.  
 M Vncus.  
 N Scamnum quale in ludo videmus.  
 O Caua quadrata.  
 P Fibula.



## De motu organi tractorij.

1


**Q**Voniàm tractoria organa imperfecta sunt, nec præstare quidquam per se possunt, sed alterius operam requirunt, puta scalæ, lecti, scamni, quæ ubi non sunt, eorum vicem exhibet pavimentum, terraq; ad prolapsa restituenda, mihi operæ precium videtur, quasi doceam in ludo, gratiâ eorû, quæ nunc tractantur, super scalam præparatam, organi motum enarrare.

Scala præparata ad humerum restituendum in alam prolapsam.

**P**Aratur scala vna ex ijs, quæ in communi vsu sunt, non lata, quæ oblique collocatos gradus habeat, siquidem talis luxatis reponendis est aliena, sed æquè crassâ sit, quadratîsque gradibus constet, leuatis angulis, ne corpora conterant, atque in rotundam figuram redactis. huiusmodi scalæ ubi copia non sit, quo molliùs corpora insidant, gradus lanâ inuoluantur. Ordiam autem ab humeri capite in alam excidente. Oportet igitur, ubi id restituitur, cuneum funibus suspensum collocare super gradum idoneum, cui brachium (vt ostendi) superimponatur, & per funes ad eum alligare. est autem ille gradus reponendo idoneus, quem retuli. brachio superiniecto intentioneque adhibitâ suspendendus homo est sic, vt duos palmos à pavimēto recedat. & cuneus ad gradum firmiter alligandus non temerè, sed eo obseruato, vt ex partibus, quæ cum cauo quodam capitulata est, ad humerum detur, quæ gibba iuxtâ est, ad latus. A cuneo verò deorsum versus alterius, siue tertij gradus interuallo, organum ad scalam vinciendum est per eos quos habet annulos & funes, aut habenas, aut alia quæpiam traiecta. ipsa item scala in pavimentum fortiter adigenda est, ne in extendēdo moueatur, sed stabilis maneat, ac sine vllâ inclinatione. quatuor præterea trochleæ, siue solidæ, siue ex duobus lignis curiosius factæ alligentur, quarum duæ à summo gradu suspensæ deorsum spectent, duæ ab imo sursum. quâ fabricatione paratâ cuneus ad id, quod prolapsum est reponendum, admoveatur, tenui lanâ mollique obuolutus, tum vt lignum, quod durû est, circumdatâ lanâ minùs tactu lædat, tum vt sudor, qui propriè oriri solet alâ plurimum calefactâ, magisque ægrotantis metu ac labore, lanâ cuneo impositâ combibatur. Hæc autem scala, vel contineatur stabiliter ab assistentibus, vel extremis partibus in pavimentum defigatur, cuneisque (vt propositum est) cõfirmetur. Illud autem in aperto est scalam benè lógam esse debere, vt postquam demissa in terram fuerit, quod extat, vbique pro magnitudine eius, qui curatur, abundè longum sit. scalâ confirmatâ subsellium iuxtâ collocetur.

- A Cuneus funibus suspensus, ac super gradum alligatus.
- B Organû ad scalam alligatum.
- C Trochleæ duæ à summo gradu suspensæ deorsum spectantes.
- D Trochleæ duæ ab imo gradu suspensæ, sursum spectantes.
- E Subsellium.

De humeri






De humeri capite in alam prolapso.

**S**Vper subsellium homo ascendens, brachium super gradum traijciat, ità, vt cuneus aptè in alam demittatur, post hæc duplicata habena media inter cuneum & humerum detur, capitáque eius extrinsecus pendeant, deinde charchefius laqueus, vel alius æqualiter extendens humero iniiciatur, nõ circa medium, ne lacerum virgeat, sed citra lacerti tumorem vel vltra. sic enim cubiti inæqualitas laqueum deorsum labi non patietur, præterquam quòd hoc modo vtilius imponetur. sequuntur enim facilius ea corpora, quæ ampliori interiecto spacio adducuntur: quæ exiguo, difficilius. Circūdato laqueo capita eius recta deorsum ducta ad clauum axis religuntur, & axis vel per vèctes, vel solis 10 manibus conuertatur, vt eius conuersio directâ ductione ab inferiori parte intendat. eodem autem tempore, quum aucta iam intétio est, subsellium subtrahatur, vt homo à scalâ pendeat, atque ità excitando reponi luxatum possit. Suspenso homine, minister assistens à posteriori parte vtramque manum simul iunctam ad ceruicem eius adducat, collumque in cōtrariam partem cogat, idque fiat, quo tempore intendimus, atque excitamus, quum laquei ægro iniectione postea laxentur. Neruis abundè diductis, debet qui reponit, assistens habenæ capita prehendere, cubitumque ad scalam repellens, humeri caput per habenam extrahere. quo facto remittendâ intétio est, & ipse articulus sursum compellendus, vt in regionem pristinam reuertatur. Ratio directæ ductionis ità ha- 20 bet. Sed vt tutò reponamus, optimum fuerit, priusquam nerui extendantur, habenis & crura hominis inter se & integrū brachium ad latus deuincire, ne ob tormentum, quod in condendo articulo sentiet, vel super scalam ascendat, vel manu laquei capita contineat. Licebit etiamnum alio intercedente motu ab inferiori parte extēdere, id quâ ratione fiat, subiiciā. Iisdem omnibus factis, quæ præcepimus, quum ab inferiori parte extendentes directâ ductione utebamur, laquei capita per inferiores trochleas traijiuntur ab inferiori parte extrâ, atque ad axis clauum religantur, vel ducta ab exteriori parte versus interiorē ad axis vèctes vinciuntur, vt axe versato alio intercedente motu ab inferiori parte extendamus. nihil item prohibet, quo minùs eadem fabricatione paratâ duplici 30 motu contrario intercedente ab inferiori parte adducamus, quod ad quem modum fiat, indicabimus. Laquei capita ad inferiores trochleas ducta, ibique traiecta, ad superiores referuntur, tum deorsum attracta, ad axis vèctes alligantur. vt eius conuersio duplici motu contrario intercedente ab inferiori parte extendat. postquam abundè extenderimus, proximum est, vt impellamus, eo, quo ostendimus, modo, vbi de directâ ductione loqueremur. Hi sunt modi, quibus ab inferiori parte intēdimus. Postquam reconditus articulus fuerit, subsellium ad scalam referendum est, vt æger super id statuatur, tam à scalâ, quàm à cuneo remotus, collocato humero (vt antea dixi). verum, quum maiores nostri idem organum idoneum à superiore parte attrahendo tradiderint, sequitur, 40 vt nos quoque à superiori parte extendendi rationem vobis aperiamus. Ergo (sicut dixi) placuit maioribus luxati restituendi modum, & à superiori parte adducendo, & in diuersa trahendo explicare. potissimum autem à superiori parte intenderunt, vbi humerus non solum elapsus esset, sed etiam perfractus. spectemus igitur, quibus modis voluerint luxata restituere, à superiori parte intendentes. Scalâ igitur in cæteris eodem modo præparatâ, cuneum non amplius ex funibus suspensum, ad gradum alligant, sed solum superimponunt: funium

1 funium verò capita admodum lōga per superiores trochleas ab interiori parte extrā trajciunt: post hæc deorsum demissa vestibibus, qui pro clauis sunt, circumligant. His itā constitutis subsellium ad scalam ponunt, super quod homo ascendēs, brachium superinijciat, vt cuneus rursus in alam indatur, deinceps carchesium laqueum, vel alterum æqualiter extendentem humero inijciunt, capitāque eius deorsum ducta, vt contineantur, ad aliquem scalæ gradum deuinciunt. quibus itā contentis axis conuertitur, per quam conuersionem cunei funis alio intercedente motu attractus à superiori parte intēdit. Neruis, quantum res postulat, intentis impulsus adhibetur, & per duplicem habenam ex-  
 10 trahendo, & manibus sursum compellendo. Equidem huic reponendi modo non subscribo, eā de causā, quam adiungam. cuneus elatus circumagitur, qui quum sub alā non manet, articulus ex toto non reponitur, ac potissimum, vbi quis velit suspenso homine excitando illum reponere. Ea verò extendendi ratio, quæ ab inferiori parte adducit, stabilis est cuneo super gradum collocato, & per funes alligato, vt antea diximus. At quo pacto nos à superiori parte adducentes firmiter restituamus, paulò pōst intelligetis, vbi condendi luxati rationem recensebimus. Ratio autem, quæ in diuersa diducit, sic habet. cæteris omnibus ordinatis laquei capita non amplius ad gradum vinciuntur, sed ad axis clauum dantur, per se dantur, vel alio motu intercedente, vt prius scilicet  
 20 per inferiores trochleas trajciantur, tūcque ad axem deligētur. Eadem nunc culpari possunt in hac in diuersa extendendi ratione, quæ paulo antè dicta sunt in illā, quæ à superiori parte extendit. vbiq; enim probo, quum is, cuius articulus reponitur, rectus collocatur, solam ab inferiori parte extendendi rationem adhiberi. Nunc proximum est, quum de humero in alam prolapsus dixerimus, vt de eodem quoque in priorem partem excidente pertractemus.





<sup>1</sup> De humeri capite in priorē vel posteriorem partem excidente.

- <sup>1</sup> **A**D humeri caput in priorē vel posteriorem partem elapsum scalā eadē ratione modoq; preparatā vel figuratā organoq; & trochleis (vt antea dictum est) alligatis, rursus, vbi restituere volumus, subfelliū iuxta ponimus, lanāq; vel linteis cōtegimus gradū idoneum, super quem restituamus: cui (sicut ostensum est) inuoluto ala insidat: tum carthesium laqueum, vel aliū equaliter extēdendi vim habētem humero (vt propositū est) circūdamus, cuius capita deorsum attracta ad organi axem religamus, quemadmodū ad humerū in alam plapsum tradidimus, vt conuersus axis directā ductione ab inferiori parte intēdat. eodē
- <sup>10</sup> momento, quo intendimus, aliquis rursus à posteriori parte assistēs, vtrāq; manu ad ceruices hominis datā, corpus in contrariā partē repellat. Licebit autē in hoc casu magis & extendere & ducere ad inferiora. Subfello itaq; subtracto, homo suspēditur, vt simul & articulus excitetur, & quæ illi superiecta sunt, laxentur. vbi, quantū reponendus articulus postulat, intēderimus, circūducendo impellimus. siquidē in priorem partem, humeri caput exciderit, ab eā sede, in quam venit ad eam, vbi esse naturaliter debet, prominentiori palmæ parte vrgemus, atq; alterā manu cubitū à posteriori parte in priorē adducimus, quo facto minister assistens manū apertam lato scapularū ossi opponat, atq; id repellat, ne vis operæ resoluatur: verū, si in posteriorem partem prorūpat, contrariū
- <sup>20</sup> fieri debet, humeri quidē caput prominentiori parte palmæ vrgēdum est, vt à lato scapularū osse in suam sedē reuertatur, atq; alterā manu cubitus ad posteriorem partē prorsus adducēdus. Hāc igitur ratione humeri caput restitueudū ducimus, vbi in priorē vel posteriorem partem eruperit. Sed alij in vtroq; casu eam reponendi rationē probarunt, quæ à superiori parte extēdit, hoc, quo pacto agant, videamus. Scalā eodē modo paratā duplicatę habenæ, vel funis medium lanā, vel linteo inuolutum alæ subiiciūt, capitaq; eius per superiores trochleas traducta deorsum ad axis vērtes tāquam ad clauos alligant, deinde humero carthesium laqueū, vel alium, qui equaliter extendere valeat, circūdant, cuius capita deorsum demissa, vt contineantur ad aliquē scalæ gradum deuin-
- <sup>30</sup> ciunt. quibus itā constitutis axis conuertitur, quo cōuerso & continēt, & à superiori parte intendūt, ac postquam abundē extēderunt, adducēdo impellunt. At cū in diuersa cōtendūt, capita laquei, vel directā ductione, vel alio intercedente motu, funis verò per alium motū interiectū ad axis clauū alligāt, vt conuerso axe in diuersa diducant, postquam satis intenderunt, adducendo impellunt. Intentiones quidem succedunt, sed impulsus fallax est. siquidem homine excitato, & suspensione distracto ægrē articulus restituitur. atq; ob hanc causam nunc placuit extendendi rationem tam à superiori parte, quā ab vtrāq; præterire. Humeri ergò caput, in quamcunque partem venerit, conuenit ab inferiori parte extendendo reponere, cū erectus homo collocatur. Quā viā hu-
- <sup>40</sup> meri caput restituitur, exposuimus. Pergamus igitur ad cubitum.

De cubito.

**A**Equē duo brachij ossa in quatuor partes erūpunt, in interiorē, exteriorē, priorem & posteriorem, atque vbi in tres partes venerint: exteriorē scilicet interiorē & posteriorem, brachiū curuatur, & extendi nō potest. Cōmune est horum triū casuum, in quibus curuum brachium minimē extēditur, scalā cum organo (vt dictū est) ad restituendū parare, postea hominē iuxta scalā collocare, vt super subfellium ascendēs brachiū super conuenientem scalę gradū inij-

ciat, tum eâ iūcturâ, quæ palma nūcupatur, humerū continere, & laqueum in-  
æqualiter extendentē, vt attollentem chiasitū, aut nauticum brachio in viciniâ  
manus circū dare, eiusq; capita ad vnū scalæ gradū, vt retinacula sint, deuinci-  
re, vt vbi vis adhibetur, recti anguli figura fideliter cōseruetur, eoq; factō me-  
dium duplicatę habentę, brachio ppe cubitū iniicere, capita verò deorsum du-  
cere ad axem, ibiq; vel directâ ductiōe ad axis clauum alligare, vel alio inter-  
cedente motu, nō secus ac vbi humeri caput reponitur, vt similiter axis cōuer-  
sio ab inferiori parte intendat. Traditur etiā ad cubitum ille reponēdi modus,  
qui à superiori parte extēdit, cuius ratio est hæc. Cæteris omnibus (vt ppositū  
est) cōstitutis, humerus nō ampliū, vt cōtineatur, deuincitur, sed laqueus car- 10  
cheus, aut alius ex ijs, qui equaliter extendūt, ipsi circūligatur, cuius capita ad  
superiores trochleas adducta ab interiori parte in exteriorē attracta deorsum  
feruntur, & ad axiū vctes quasi ad clauum alligantur: duplicatę verò habentę  
capita deorsum adducta, vt retinacula sint ad aliquid immobile dātur. cōuerso  
igitur axe & cōtinemus, & alio intercedēte motu à superiori parte extēdimus.  
At modus, qui in diuersa extēdit, hinc manifestus est, vbi enim in diuersa ex-  
tendimus, laquei capita per se ad clauū axis, vel alio intercedēte motu ad eiuf-  
dem vctes deligātur, vt eadē conuersio in diuersa extendat. Neruis, quātū res  
postulat, extētis cōueniēter impellere oportet, adducēdo, si luxata in duas par-  
tes venerint, in interiorē scilicet & exteriorē: extrahendo, si in posteriorē, quas 20  
impellēdi rationes in opere de articulis exposui. Hęc igitur fieri debent, quādo  
cubitus in ppositas partes erūpit. Verū, si in priorē, in quo casu diximus ex-  
tentum brachiū non curuari, iterū eadē scala atq; organū cōparatur, æger scalę  
assistentis brachiū super cōmodū eius gradū imponit, humerus ad scalā per ean-  
dem iūcturam vincitur, laqueus equaliter extendēs ad brachiū datur in viciniâ  
manus, cuius capita deorsū ferūtur ad organū, vt ab inferiori parte attrahātur.  
si quis autē velit agere hoc tum continendo, tum à superiori parte adducendo,  
humerum nō ampliū ad scalā deuinciat, sed vtriq; mēbro laqueū iniiciat, qui  
æqualiter intendat, vnū scilicet humero, alterū brachio, & superioris quidē la-  
quei capita sursum ferat vltra caput, alterius verò deorsum, vt (quemadmodum 30  
in alijs reponendi rationibus declarauimus) extendat. quod vbi abundē fecerit,  
nunc reponēdi causā duo modi impellēdi potissimū aptantur, qui premit, &  
qui circumducit. sed antē quidem premere cōuenit, dum intētio adhuc manet,  
dehinc circūducere, quos impellēdi modos multo antē exposui in opere de ar-  
ticulis. Oportet autē eo, quod luxatū est, restituto brachiū curuare atq; exten-  
dere, pronūq; & supinū collocare, vt ex toto restitutū esse intelligas, tum ad  
angulum rectū in sequentem curationē figurare. Vtraq; igitur brachij ossa, vbi  
loco suo nō sunt per superiores modos reponūtur. verū quoniā vtrūq; per se  
propriē vitiat, cū suo loco mouetur, posthac necesse est scribam, quonā  
modo cubitus erumpēs, radiūq; diductus ab inferiori parte extēti, reuertātur. 40

A Cuneus sub alā per funes suspen-  
sus.

B Organum ad scalam alligatum.

C Trochleæ à summo gradu suspēse.

D Trochleæ ab imo gradu suspensæ.

E Subsellium.

F Iunctura, quę palma nūcupatur.

G Laqueus attollēs ī viciniâ manus.

H Capita laquei, vt retinacula sint,  
ad scalæ gradum deuincta.

I Medium duplicatę habentę pro-  
pe cubitum iniectum.

K Capita ad axis clauū directâ du-  
ctiōe alligata.





## De cubito &amp; radio.

**M**ouetur per se cubitus interdū loco, & rursus per se radius diducitur, ijs modis, quos in opere de articulis declarauimus. Ad hæc igitur ossa restituenda, scala similiter paratur, humerūque ad gradū vincitur eā iuncturā, quæ palma dicitur: ad ipsum verò brachiū vtiliter datur laqueus aliquis, ex ijs, qui inæqualiter extendunt, cuius laquei sinus à parte, quæ restituitur, capita à contrariā, hoc est ab integrā collocētur. propriè enim laquei, qui inæqualiter extēdunt, eas partes magis cogunt, quibus sinus hærent, minus verò, quibus capita. siquidem consilium est, vbi superius os excidit, ab inferiori parte attrahere: ad id, quod suo loco est, vim minimè adhibere. Huius igitur laquei capita ad axis clauum dari debent, vel directā ductione, vel alio motu intercedente, vt cōuersio axis ab inferiori parte extendat. sed vbi, quantum restituendum os poscit, extenderimus, idoneis impellendi modis vti conuenit, cubito quidem in interiorem partem excidente, radiōque in exteriorem adducto, vtriusq; manus digitos inter se iunctos eminentiæ cubiti subiicimus, prominentiorēsque palmarum partes vtrinque ponimus, atque his summopere vrgentibus adducimus: sed, si in posteriorem partem prorumpant, cubitus præsertim, ea reponendi ratio efficacissima est, quæ extrahendo impellit, sin radius in priorem partē conuertatur, expedit premendo & circumducēdo impellere, quemadmodū ostēdimus, vbi vtrumq; os in priorem partem elapsū ponebamus. exquisitos autem reponendi modos in opere de articulis exposuimus. Repositi autem ossis indicium erit, in cubito libera brachij cōtractio atq; porrectio: in radio, in pronum vel supinum habitum cōuersio. quo modo igitur per scalam homine erecto restituere luxatum conueniat, demōstrauimus. verū quia iustā aliquā de causā, aut ob imbecillitatem, aut ob femur, seu crus simul comminutum, æger stare nequit, dum luxatū restituitur, necesse est in sequentibus aperire, quæ ratio sit restituendi homine super planam scalam iacente.

- B Organum ad scalam alligatum.
- C Trochleæ superiores.
- D Trochleæ inferiores.
- E Subsellium.
- F Iunctura, quæ palma nuncupatur.
- G Laqueus inæqualiter extendens.
- H Capita laquei duplici intercedente motu ad axem data.



Quo pacto iacente homine restituatur  
humerus in alam prolapsus.

1

**S**calam collocare planam oportet, & vt à pavimento attollatur, extremitatibus lapides vel ligna ab utrâque parte subijcere, atque æquâdi gradus causâ linteû superimponere. huiusmodi enim lectus, quod pertinet ad ægrum iacentem, dum restituitur, scamni munus præstabit. organum verò ad scalam aligandum ab inferiori crurum extremitate, rursûsque trochleæ (quemadmodû dictum est) binæ à superiori scalæ parte, totidem ab inferiori vincientē. fatius autem est ad luxata restituenda pro scalâ adhibere scamnû, quod ab altero extremo, quadratis fossis excauatum sit, vbi organum firmiter insistat. quæ præparatio esse debeat, dictum est: modos autem, quibus humeri caput restituitur, exequemur. Prolapso igitur humeri capite, collocare hominem cōuenit, sic, vt iaceat super scalam, organo ad pedes constituto, supinus, vbi in alam vel priorem partem excidit: in vêtrem, vbi in posteriorem. Igitur, vbi in alam conuertitur, funis capita super caput à priori vel posteriori parte adducēda, mediûmque habenæ duplicatę dandum est ad humerum sic, vt inter ipsum & cuneum demittatur, capitâque eius ab exteriori parte ferantur, atque ita pendeant: post hæc laqueus charchiæsius, vel alius ex ijs, qui æqualiter extēdūt, humero (vt supra ostensum est) iniiciendus, cuius capita deorsum ad organum adducenda. quum capita ergo ad pedes ferantur, agemus vel continentes, & ab inferiori 20 parte extendentes, vel in diuersa trahentes, siue directis ductionibus vtamur. siue alius motus intercedat, vt antea indicauimus: cûm satis extenderimus, cōdere humerum debemus, idoneam impellēdi rationem adhibentes. Præcipuè autem duplex impellēdi ratio idonea est, & quæ articulû extrahit, & quæ sursum compellit. manente intentione duplicatæ habenæ capita tenentes, vi humeri caput extrahimus, eodémque momēto cubitum in interiorem partem ad latus repellimus. eo enim fit, vt humeri caput facîle promptęque in exteriorem partem ducatur, moueatúrque. quo factō remissâ intentione, protinus sursum compellimus, post hæc humerum prehendentes, attollimus, vt in suum locum colloce- 30 mus. Hæc sunt, quæ fieri oportet, vbi humeri caput in alam excidit.



- A Cuneus alligatus ad funem, cuius capita dantur ad gradum supra caput.  
B Organum ad scalam alligatum.  
C Trochleæ à summo gradu suspensæ deorsum spectantes.  
D Trochleæ ab imo gradu.  
E Habena media demissa inter cuncum & humerum, cuius capita spectent in partem exteriorem.  
F Charchesius ad humerum datus.



De humeri capite in priorem vel posteriorem partem excidente.

**S**ed si humeri caput in priorem vel posteriorem partē conuertatur, homine  
(vt dictum est) figurato, nempē supino, si in priorem partē venit, in ventrē,  
si in posteriorem, funis aut habenæ medium lanā siue linteo obuolutum, alæ  
subijcitur, capitaq; supra caput feruntur, non quidē ē regione vitiatī humeri,  
sed obliqua versus partem contrariā, ad rem aliquam immobilem vinciuntur,  
quā retineantur. Ambigitur verò, quamobrē capita non rectā ferātur, sed ver-  
sus contrariam partem obliqua. Pasocrates quidem atq; alij nonnulli hoc eā de  
causā fieri aiunt, ne à medio funis humeri capite sursum attracto, phibeamur,  
quo minùs ab inferiori parte extendamus. sed decipiūt similitudine femo- 10  
ris, quūm res aliter habeat, siquidem femur ad r. literæ similitudinē declinat,  
at humeri caput dimidium orbiculatum est, neque potest femoris modo à me-  
dio fune sursum adduci. quorsum igitur id fit? ne sub medio fune, quæ sub alā  
sunt compressa, alæ regionem compleāt, completo enim recessu, humeri caput  
locum non habebit, in quem recondatur. Nos etiā non secus atque ij, qui non  
multo antē nos vixerunt, ob propositam causā, habenam vel funem similiter  
collocamus. consueuimus interdum & aliter continere, duos enim laqueos ex  
ijs, qui inæqualiter extendūt, implicantes, thoraci, dorsoq; sub alijs circumpo-  
nimus, eorūque capita continendi causā ad gradum, qui contrā situs est, alli-  
gamus, quā continendi ratione adhibetā laqueum æqualiter extendentem hu- 20  
mero circūponimus, quemadmodū tradidimus, quā de humeri capite in alam  
prolapsō, cuius deinde laquei capita ab inferiori parte ad organū demittimus,  
& ad axem deuincimus, vt eo conuerso contineamus, & ab inferiori parte pa-  
riter extendamus. Vi, quantum res exigit, adhibetā, vt articulum restituamus,  
premendo impellimus, prominentiori enim vnus manus palmā vi humeri ca-  
put cōprimimus, alterā verò cubitū huc atq; illuc agitamus. Indiciū autē re-  
positi ossis in superioribus explanauimus. fit etiā interdū, vt ad humeri caput  
luxatū, medijs quoque humeri fractura accedat, cogaturq; medicus eodē tem-  
pore vtriq; vitio subuenire. Docēdi autē gratiā sermoni insistam, qui eū casum  
explicet, vbi & caput humeri in alā excidit, & medijs humerus cōminuit. 30

De humero fracto simul & prolapsō.

**Q**uæsitum est à maioribus nostris, quā viā hæc restituātur. Pasocrates qui-  
dem os suo loco motum primò restituit, q. maiorem vim in restituendo  
postulet, quā fractura. At si quis sub fracturā laqueū iniiciens eodē momen-  
to velit, tam quod fractum est, quā quod excidit, restituere, dum vis ad luxa-  
tum, quantū postulat, adhibetur, fractura plus iusto intenta partes fracturæ su-  
periectę vltra debitum extentæ lædentur, resoluentur nerui, aut abrumpentur,  
& fortasse corpora tota, priusquam articulus laxetur, atque hāc de causā cēsuit  
ipse laqueum super fracturā imponēdum, & antē quod luxatū, dein quod fra-  
ctum est, restituēdum. Voluit Aristion eodem tempore, & luxatū, & fractum 40  
humerum restituere, ne si luxatū prius reponatur, dum fractura cōponitur, præ  
vi positum humeri caput erum pat. Quæ dicuntur in vtroque casu sequi detri-  
menta, verē sic habent, quapropter nobis placet, antē articulum reponi, proxi-  
meq; fracturam curari, eā cautione, ne dum quod fractū est, ab inferiori parte  
extēditur, articulus elabatur. Ad luxatum igitur restituendū cuneus à funibus  
dependens in alam conijcitur, rursumque capita funis sursum adducuntur super  
caput, humero super fracturam Charchesius laqueus imponitur, vel alius, qui  
æqualiter

1 æqualiter extendat, eiusque capita, deorsum demissa, vt retineatur ad aliquam moram vinciuntur, atque à superiori parte attrahēdo articulus reponitur. quo facto cuneus in alā relinquitur, vt humeri articulus maneat, laquei verò capita ab inferiori parte resoluuntur, & super caput adducta tanquam retinacula vinciuntur, vt vtriusque præsidio cunei scilicet & laquei, articulus suo loco seruetur. post hæc Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens humero iniicitur, cuius capita deorsum demissa ad axem, vt ab inferiori parte intendant, religantur. quo fit, vt fractura ab inferiori parte intenta componatur, superiori articulo non excidente. hætenus de humeri capite, nunc de cubito.

## De cubito luxato.

10 **C**ubito in illas treis parteis conuerso, in quas vbi procidit, brachiū curuum est, neq; extenditur, homo resupinatus est, super asserem scalæ insidentē: alligatis trochleis organoq; ab inferiore parte, laqueus inæqualiter extendens brachio ppe manum iniiciendus, cuius capita super caput adducta ad oppositā moram alligentur. tum duplicatæ habenæ mediū iuxta cubitū dādum, capitaq; eius deorsum adducēda. Dantes igitur capita, laquei quidē humero iniecti, supra caput, duplicatæ verò habenæ, deorsum, cōtinebimus simul, & ab inferiori parte extēdemus, vt ostēsum fuit in superioribus. neruis abūdē intētis eo modo impellemus, quē paulo suprà diximus, cū de erectā scalā pertractauimus.

20 At si in priorē partē elabatur, in quo casu brachiū extenditur, resupinato itidē homine, laqueus æqualiter extendēs humero iniiciatur, capitaq; eius super hominis caput attrahatur, tum alter laqueus æqualiter extendēs ad extremū brachium alligetur, eiusque capita deorsum ducantur. intentionem verò à pedibus adhibendam esse antea exposui. Eodem autem modo, vbi articulum restituumus, impellere oportet, premendo scilicet, & circumducendo, eadēque ratione, quæ in opere de luxatis dicta est. verū, si alterum os præter naturam habeat, siue cubitus excidat, siue radius diducatur, laqueo rursus æqualiter extendente ad humerum dato, capitibúsque eius sursum super caput adductis, vt retinacula sint, brachio laqueus iniicitur, qui inæqualiter extendat, quē admodum explicauimus, capitāque eius deorsum ad organum adducūtur, & ijdem impellendi modi accommodātur. Absoluimus iam sermonem vniuersum, de cubito atque humeri capite: restat, vt ad manum accedamus.

## De manu.

**M**anus in quatuor partes mouetur, interiorē, exteriorē, priorē & posteriorem. Restitui autē debet, vel super scamnū, vel super scalam, quæ plana collocetur. homine itaque iuxta scalam vel scamnum sedēte, figuretur manus, supina, si in interiorem partem erupit: prona, si in reliquas tres. deinceps circa sinum manus, ferramentum, quo adurimus transuersum vel transuersus axis detur, atq; ad ipsam palmam vinciatur: tum extremitatibus propositi ventis, seu ferramēti sinus laquei inæqualiter intendētis vel mediæ habenæ ini-  
40 ciantur, capitāque à priori parte ad organum ferātur. brachio autem in vicinā manus circūligetur laqueus æqualiter extendēs, cuius capita ferantur à posteriori parte, rursusq; intētio adhibeatur, quæ paulò antè exposita est, vel continendo & seu ab inferiori, seu superiori parte extendendo, vel in diuersa adducendo: postquam abundē intenderimus, impellere debemus, quemadmodū in libro de luxatis exposuimus, premēdo, vbi in interiorē vel exteriorē partem venit: vbi in priorem & posteriorem, adducendo. sed venio ad spinam.



- A Organum ad scalam alligatum.  
B Trochlea.  
C Ferramentum datum ad sinum manus.  
D Sinus laquei dati ad ferramenti extremitatem.  
E Laqueus æqualiter extendens brachio iniecctus in viciniâ manus.



## De spinâ.

**S** Pina gibba ex recenti ictu restituitur. Oportet in restituendo hominē pronum collocare, vel super scalam, cuius gradibus asser iniectus sit, vel super scamnum, trochleâsq; (vt dictū est) adhibere: post hæc ad spinâ dare binos laqueos æqualiter extendentes, vnum à superiori parte gibbi, alterū ab inferiori, vel quaternos ex ijs, qui inæqualiter extēdunt, inter se oppositos, binos à superiori parte, totidē ab inferiori, & superiorum quidē capita sursum, inferiorum verò deorsum adducere, siue vt retinacula sint, & vel ab inferiori, vel à superiori parte intendant, siue vt in diuersa diducant, verūm, vbi in diuersa diducimus, trochleis vtimur alio intercedente motu agentes. Postquam abundē intenderimus, eo modo impellimus, quē in libro de articulis enarrauimus. Sequitur autem, vt de modis reponendi femoris pertractemus.

**F** Emur in quatuor partes prorūpit, interiorem, exteriorem, priorē & posteriorem, atq; vbi in tres partes cōuertitur, crus extensum est, & curuari minimē potest: quòd si in posteriorem partem prolatur, curuatur, sed non extēditur. Igitur, si in illas tres partes venit, vbi extensum crus minimē implicatur, resupinandus homo est super scalam vel scamnū, & duplicatæ habentæ vel funis medium lanâ seu linteo circūdatum inter anum & naturale iniiciendum, capitâq; eius super caput adducenda. Si in exteriorem quidem & priorē partem femur eruperit, media habena variè quâcūq; parte inter anū & naturale dari potest: sed, si in interiorem partem exciderit, inter femur integrū adhibenda est, & articulū, qui restitui debet, ne si femoris capiti subiecta fuerit, membrum ab inferiori parte attrahi nō sinat. quo facto Charchesius laqueus vel alius æqualiter extēdēs femori extremo circūponēdus est, capitâq; deorsum ad organum ferenda, & ad axis clauum alliganda, vt adhibitis retinaculis cōuerso axe cōtineamus, & ab inferiori parte extēdamus. nihil item prohibet, quo minus à superiori intēdamus, quēadmodū dictum est, quā de humeri capite. Neruis, quātum satis est, diductis, ijsdē vtendū est impellendi modis, quos in opere de articulis indicauimus. At, si femur in posteriorem partem prolatur, vbi cōplicari crus diximus, sed nullo modo extēdi, organo ab inferiori parte alligato eger sedeat, magis tamen in supinum habitū conuersus, in alterā coxam inclinetur, post hæc contineatur, sicut in opere de articulis ostendimus, tunc Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extēdēs femori circūdetur, eiusq; capita deorsum demissa, vt ab inferiori parte extēdāt, ad axem religētur. neruis, quantum res postulat, intētis, oportet eādē ratione in restituendo impellere, quæ in opere de articulis exposita est, spathâ premendo idoneâ extrahere, & femoris caput in exteriorem partem adurgere, sicq; crure deorsum extento, atque homine resupinato articulus reponitur. crus autem restitutū testatur eius flexus, atque porrectio. in quamcūque enim partem venerit, vbi restitutum est, liberam eius actionem spectamus, flexum scilicet & porrectionem.

**G** Enu in tres partes erumpit, interiorem, exteriorem, & posteriorem: vbiq; autem crus extensum est. Si in interiorem & exteriorem partē veniat, hominem resupinare conuenit: si in posteriorem, pronum collocare, tūcque laqueos æqualiter extendentes mēbris iniicere, vnum quidem femori prope genu, alterum cruri super eam regionē, quæ carnosâ à posteriori parte prominet, rursusque organo ad inferiora deligato, easdē adhibere intendendi rationes, quæ in alijs luxatis sunt ostēsā, impulsūque in opere de articulis declaratum.

## De talo.

**T**alus modò in interiorem, modò in exteriorem partem prolabitur, nonnunquam etiam in posteriorem. rursus itaque oportet hominē sedere, extentòque cruri laqueū imponere, qui æqualiter extendat, eiúsque capita ad posteriorem partem porrigere, ad talum verò sandalium, vel draconem laqueum dare, capitáque à priori parte ad axem adducere, continendóque ab inferiori parte extendere, & ijsdem vti modis impellendi, quos in opere de luxatis explicauimus. Restituendi rationem præterimus, quoniàm de hâc præcipuè agimus, vbi organorum, quæ plana collocantur, præsertimque nostri machinamenti, motum declaramus.

- A Laqueus iniectus cruri æqualiter extendens.  
B Sandalius laqueus ad talum datus.






## Glossocomum Nymphodori.

**G**lossocomum Nymphodori tractorium organum est quadratum, habet autē duo latera, quæ extremis partibus per duo transuersaria inter se iunguntur, laterum verò & transuersariorum eadē est magnitudo, sunt enim longa latāque duos palmos, crassa digitos totidem. quare, quū equalis sit eorum modus, iure glossocomū ex eorū numero est, quæ propriē quadrata appellātur. Media igitur latera exculpta, cauatāq; sunt cauis non nimis altē penetrātibus, quibus includitur axis habens in medio tympanum, cui ab utrāq; parte ferrei  
 10 vnci sunt, duo in vniuersum, vel foramina, in quæ possint conijci funes, quorū hæc ratio est. funes duo vncis medijs circumligantur, & ab utrāque parte prope foramina nodū accipiunt, quorum capita, quū quatuor sint, duo traiciuntur per transuersarium prius, ab interiori parte extrā, reliqua duo per id, quod posterius est. Secundū tympanum cochlea speciē lentis referens recta collocatur, hæc composito vocabulo græcè *κοχλιόμορφον* dicitur. eius extremitas demittitur in cauū non penetrans prioris trāuersarij: pars verò, quæ cochleæ modo striata est, iuxta tympanum collocatur: quod superest ex eius longitudine per foramen transit, extremāque parte baculum versans habet, quo torquetur, vt cochlea per id versata tympanum moueat, conuerso hoc axis versetur, quo moto  
 20 funium capita, quæ extrā procedunt, ad intendendum ducuntur. Sunt item in glossocomo opercula, vt quæ in eo sunt machinationes occultentur: tum quatuor annuli ad latera fixi, bini ab inferiori parte, totidem à superiori, eā de causā, vt alligari organū possit. Huius fabricationis auctor est Aristion filius Pasieratis, siquidem aliter structum fuit à Nymphodoro. in vetustā enim structurā extat cochlea non per transuersarium, sed, quā opercula sita sunt, traiecta. duas enim sorfices ferreas ad latera affixas habet ad medium pertusas, quarum vna axi subijcitur, altera superponitur, vtraque à latere tympani collocatur, inferior angustius foramen habet, superior latius. Cochleā igitur ab eā parte, quā opercula sita sunt, traiectā, atque à forficibus contentā, alterum operculum sine  
 30 impedimento clauditur: alterum claudī non patitur pars cochleæ, quam penetrare diximus, cuique baculum versans affigitur. hoc itaque operculum medium transuersum in duas partes secatur, quarum altera manet immobilis, altera clauditur, atque hæc media in longitudinem lunatā figurā exciditur, vt, quū operculum clauditur, lunatum eius cauum propositam cochleæ partem excipiat. Hanc Nymphodori structuram nō accepit Aristion, sed adiecit organo axem habentem tympana foramināque, vt axis, qui in medio est, motus, vbi velis, consistat, & vi minimē voluatur: transtulit item annulos iuxta prius transuersarium, ne organum à parte operculi, sed à parte prioris transuersarij alligetur: traiecit præterea funium capita per opercula, hæc quidem à superiori  
 40 parte, illa verò ab inferiori. quod quidem pertinet ad annulorum situm, vna nobiscum sentit, sed axem, quem adiūxit, tanquam superuacaneum reijcimus. siquidem vnus axis ex robustā materiā præparatus, quod opus est, abunde efficit. Sed quū glossocomi fabricationem absoluerimus, sequitur, vt ad eius motum veniamus.

- |                                         |                                          |
|-----------------------------------------|------------------------------------------|
| A Latera.                               | I Capita funium per posterius tráuer-    |
| B Tráuerfariū prius.                    | sarium traiecta.                         |
| C Tráuerfariū posterius.                | K Coclea speciem lentis referens.        |
| D Caviū non penetrans.                  | L Manubriolum.                           |
| E Axis habens tympanum in medio.        | M Quatuor annuli in tranuerfarijs.       |
| F Foramina in quē funes cōijci possint. | N Ferrea forfex.                         |
| G Funes duo.                            | O Pars operculi, quæ manet immobilis.    |
| H Capita funiū traiecta per prius trá-  | P Pars operculi in lunatā figurā excisa. |
| uerfariū.                               | Q Axis habens tympana foramináque.       |

Nymphodori Glossocomum clausum.






DE MACHINAMENTIS.

505

Nymphodori Glossocomum apertum.





**V**bi humeri caput suo loco mouetur præcipuéque si in alam veniat, ad scalam eodem modo paratam, quo in Nilei Plinthio explicauimus, nunc pro Plinthio Glossocomum alligetur, nõ ab operculis, ne sub cochleâ habenæ ab-rumpantur, sed à priori tranſuerſario, annulis prope ipſum affixis. Aperiantur item opercula, capitâque funium ad axem alligata excipiantur, hæc quidem à ſuperiori parte, illa verò ab inferiori: ac deinceps, vbi reſtituere volumus, ſubſellium prope ſcalam ponatur, ſuper quod homo aſcendens brachium ſic tra-ijciat, vt indatur cuneus in alam: circumligetur inſuper humero Charcheſius 10 laqueus, vel alius æqualiter extendens, eiûſque capita ducantur ad ſuperiora funium capita, vt machinationum motu, aut directis ductiõibus ab inferiori parte intendamus, aut alio intercedente motu, aut per duos contrarios motus interiectos, hoc modo. Laquei capita per inferiores trochleas traiciantur, & cum funium capitibus colliguntur, quo rursus fit, vt machinationes motæ, alio intercedente motu ab inferiori parte extendant: verum, ſi per ſuperiores, laquei capita traiciantur, deinceps per inferiores demiffa, ad funium capita vinciantur, rursus machinationum motus per duos contrarios motus interiectos ab inferiori parte extēdit. Impulſus verò, quos deinde res poſtulat, ſiunt, quemadmodum dictum eſt, vbi humerus in alam prolabitur, & per duplicem 20 habenam extrahendo, & intentione remiſſâ per manus ſurſum compellendo. Retulerunt alij organum hoc, vbi à ſuperiori parte extendere volumus, idoneum eſſe, tranſſerunt enim ipſum ad ſuperiorem partem ſupra caput, cuneumque ad gradum adhærentem, ſolutum tamen, in alam coniungunt, deinde capita funium cunei, ad inferiora capita funium organi religant, & Charcheſium laqueum humero iniungunt, cuius capita deorſum adducta ad inum ſcalæ gradum immobilem deuinciunt, vt per hæc retinaculis adhibitis directis ductiõibus à ſuperiori parte intendant. licet etiam organo ab inferiori parte alligato à ſuperiori extendere alio intercedente motu, alligatis enim laquei capitibus, vt (quemadmodum dictum eſt) retinacula ſint, cunei funium 30 capita per trochleas traiecta, cum ſuperioribus capitibus funium organi vinciant, vt machinationibus motis alio intercedente inotu à ſuperiori parte extendant, aut laquei capitibus non ampliùs retinaculi vicem exhibentibus, ſed ad funium organi capita alligatis, vel ad ſuperiora directis ductiõibus, vel alio intercedente motu ad inferiora idem præſtent, cùmque abundè extenderunt, eoſdem adhibent impulſus, quos paulò antè propoſuimus. Quæ relata ſunt, adſcripſimus, probamus autem, & in hoc, quod de Nilei Plinthio diximus, vbi ſcala erecta collocetur, intentionem ab inferiori parte adhiberi, cuneo ad ſcalam alligato: eam verò, quæ vel à ſuperiori parte trahit, vel in diuerſa deducit, ex toto prætermitti, eiufmodi ſiquidem imbecilles ſunt. Quòd 40 ſi homo iaceat, ſic interdum cenſui luxatum reponi. contentus ſum propoſitis reponendi rationibus exempli cauſâ propter organi motum huc allatis. omnia enim luxata per hoc quoque inſtrumentum reponi poſſunt, non ſecus ac per Nilei Plinthium. vtriuſque machinationes ſunt diuerſæ, ſed reponendi rationes eadē, ſic, vt liceat ex ſuperioribus vniuerſum huius organi motum intelligere.

## Trispastum Apellidis, seu Archimedis.


- I**llud in primis scire cōuenit, quod neq; Apellides, neq; Archimedes medici fuerunt, sed architecti, qui machinamentum hoc excogitarūt (quemadmodum nos accepimus de historiā) ad naues deducendas funibus nō per manus, sed per ergatā attractis, illius autem seculi medici eius structuræ modū minuētes trispastum organū medicinale ad luxata, fractāq; restituēda fabricarunt in hunc modum. Totum organum ex eorū genere est, quæ oblonga quadrata nūcupantur. est autē hoc modo compactū. duo latera longa palmos quatuor, digiti crassitudine inter se coagmentantur per transuersaria longa palmos duos  
**10** crassa digitum. latitudo potissimū posterioris transuersarij sex digitos æquat: prioris propter opercula palmos duos. Vt retulit autem Pasicrates, mediā latera excauata sunt, cauis non nimis altē penetrātibus, quibus duo axes includuntur, rotas habentes in viciniā laterum. vtriusq; axis rotæ perforatæ sunt peruijs foraminibus, quæ non aliā de causā facta sunt, nisi vt in ea funes immittantur, quorum ratio hæc est. funes duo extremā parte nodum accipientes, coniecti in prioris axis foramina attrahuntur, itā, vt nodi super foramina collocentur: tum funes circa suas uterque rotas inuoluūtur, & per posterioris axis foramina traiectionū accipiunt. Posterior axis medius inter rotas foramen habet, in quod  
**20** rursus funis coniijci debet. fumitur funis longus, qui ab utrāq; extremitate nodum acceperit, deinceps per propositum foramen traijcitur sic, vt nodus formini iungatur, post hæc circa medium axem inuoluitur, quo factō altera eius extremitas per posterius transuersariū, quod medium perforatum sit, traijcitur. at quid nunc sit fune traiecto? manu tractus euolutusque posteriōrē axem conuertit, quo conuerso alia capita funium, qui extrā procedunt, ducuntur. Adhibentur autem funes quatuor, duo, & item duo, atque ad hunc modum immittuntur. Sumuntur funes duo, qui extremā parte nodum acceperint, & per duo foramina prioris axis, quæ inter rotas sunt, traijciuntur, attrahunturque sic, vt nodi foramina contingant, tūcque funium capita per prius transuersarium perforatum ab interiori parte versus exteriorem traijciūtur: autprehenduntur  
**30** funis vnus duplex, cuius capita coniecta in prioris axis foramina attrahitur, vt medius funis inter foramina statuatur, postea eiusdem funis capita traijciūtur per foramina transuersarij prioris. Duo item alij funes fumuntur nodo extremā parte deuincti, hi per foramina inter rotas posterioris axis facta, & à medio foramine recedentia attrahuntur, qui deinde, vbi eorū nodi ad foramina peruenierint, tunc ducuntur, traijciunturque per posterius transuersariū perforatum, sic, vt quinque nunc sint, funiū, quæ extra feruntur, capita, duo per prius transuersarium, tria per posterius. his posterioribus manu attractis, inclusisq; funibus (vt dictum est) inuolutis atque euolutis, capita eorum, qui exteriùs ferebantur, ducuntur, extenduntq; capita habenarum, quibus distenditur corpus.  
**40** Huiusmodi organi structuram Pasicrates exponens reprehendit tãquam minimè efficacem. vniuersum enim organi opus cōsistit in ductione funis posterioris, qui manu attrahitur, at nequit manus in restituendis luxatis vim tantam sustinere, præsertim, vbi magni articuli sunt, & corpora robusta. quamobrem organi structuram immutauit, duosque axes, qui inclusi erāt, ita struxit, vt penetrarent, & priorem, minorem exiguis capitibus extantem, posteriorem maiorem & longiora capita habentem, & ad prioris quidem axis extantia capita clauos confixit: posteriori verò vectes adiecit. demissis axibus duobus digitis

machinamentū in restituendo sic mouit. Habenas extendēdis corporibus in-  
iectas ad extantia prioris axis capita deligauit, vt posteriori axe conuerso prior  
moueretur, & euolutis, inuolutisq; funibus nerui extenderentur. Sed Aristion  
Pasicratis filius patri aduersatur, vt vetustā organi structurā ignoranti. in vetu-  
stā enim (inquit) organi structurā, axes non mouebantur in laterū cauis, sed cir-  
ca ferreos chodaces affixos lateribus in capreoli formā excauaris, quod videre  
licet in organis ad aquam hauriendā cōparatis, quæ ob fabricationis rationem  
facile conuertuntur, neque tamen rotæ in se continent armillam, sed chodacē.  
quoniā igitur axes per armillas mouentur circa chodaces, & rotæ per choda-  
ces circa armillas, axes promptè admodum versabuntur, atque idcirco sine im-  
pedimento erunt, etiam si funis manu ducatur. Ob id autem ipsum trispastum  
organum appellatū est, quoniā tres funes agūt, vnus quidē extrā ductus, duo  
inclusi. Hactenus ipse probabiliter scripsit, sed vera sunt, quæ à Pasicrate addu-  
cuntur, non enim potest manus funē ducens benè restituere, sed fortasse mon-  
strationis causā in ludo organum mouere, vis autem, quæ in restituendo requi-  
ritur per manum minimè poterit adhiberi, atque eā de causā ijsdem omnibus  
factis, quæ in vetustā scripturā sunt ostensa, tertium axem organo adiiciēdum  
iudicauimus, cuius capita traiecta per latera essent, vt posterior axis nunc me-  
dius fiat, medius autem perforetur, in extantibus capitibus vectes demittan-  
tur, vel manubriola, aut bacula ductaria. medius verò funis posterior, vbi circa  
axem est inuolutus, traicitur per foramen axis penetrantis, suōq; ibi capite al-  
ligatur. His itā constitutis cōuersus posterior axis, ille inquam cuius capita ex-  
tant, funem circa se inuoluit, quo fit, vt medius axis moueatur, quo moto prior  
quoque axis mouetur. Tribus axibus conuersis, funium, qui extrā ducūtur, ca-  
pita tenduntur, cum quibus vinciuntur habenæ, quæ corpora extendūt. Habet  
item organum opercula, veluti glossocomum, ne machinationes oculis expo-  
nantur, atque item annulos ad latera affixos, quibus alligetur. Hæc est vniuersi  
trispasti fabricatio. Restituēdi autem modi aptantur ijsdem, quos posuimus in  
glossocomo, distat enim solūm, quibus mouetur, machinationibus: prætereā  
funium eadem est ductio, habenis ad eos alligatis. Sed iam trispasti fabricatio-  
nem explicatam habemus.

- A Duo latera.
- B Prius transuersarium.
- C Posterius transuersarium.
- D Duo axes habentes rotas in viciniā la-  
terum.
- E Funes circa rotas inuoluti.
- F Funis coniectus in foramē medium in-  
ter rotas posterioris axis.
- G Funis duplex, cuius capita traiecta per  
foramina prioris axis, per prioris trās-  
uersarij foramina traiciuntur.
- H Tertius axis, cuius capita traiecta sint  
per latera.
- I Vectes in extantibus capitibus demissi.
- K Annuli ad latera affixi.



Trispastum Apellidis, seu Archimedis.



## Fabri organum.


I

**F**abri organum ad hunc modum fit. super basim, quæ *κρητὴς* nominatur, pro organo dimensam statuuntur crura duo, quorum longitudo duos cubitos & semissem æquat, aut etiam excedit: latitudo implet digitos quatuor: crassitudo tres. crura hæc per duo transuersaria inter se coagmentantur, altero ab inferiori parte, quod quinque palmos à basi recedat, altero à superiori, quâ crura finiuntur. inferiori transuersario subiicitur assler transuersus, qui & cum lateribus organi, & cum transuersario committitur, hunc asslerem sedile consueverunt omnes appellare, cuius medium ad transuersarium exciditur ad 10 effigiem. u. inuersi, quâ parte transuersario infigitur æneum. u. Accommodatur tam cauum, quàm. u. demittendo priapisco octo digitos longo. Inter transuersaria ab interiori parte crurum canaliculi excauantur, in quibus, dum luxata reponuntur, moueatur quadrata testudo, spatham & cubitos mouens. quandoquidem prior pars testudinis (frontem dicunt) per uio foramine pertunditur, in quod radix conijcitur, cuius extremum, quâ extenuatur, ad posteriorem testudinis partem per crassitudinē traijcitur. Proposita pars radicis per uio foramine pertunditur, per quod fibula demittitur, ne radix euellatur, sed manens in foramine torqueatur. Fibula autem in extremâ radice scutulo superposito includitur. Radix eo pertinet, ut spatham in organo sustineat, habet enim or- 20 ganum spatham capitulo leniter cauo assurgentem, ita longam, ut à testudine ad superius transuersarium, quod caput nominatur, pertineat, & cuneati axis modo excedat. huius spathæ extremitas, quæ contra capitulum est, media in quadratam figuram exciditur, atque in id cauum includitur radicis extremitas lata, quæ perforatur. perforatur item spatha ab vno latere ad alterum, in quod foramen fibula demittitur, ut spatham detineat ad radicem. ipsa verò testudo iuxta medium pertunditur foraminibus quatuor, vel ordine dispositis, vel duobus à priori parte, totidem à posteriori constitutis, quæ nō aliâ de causâ fiunt, nisi ut funes in ea indantur, ut in sequentibus ostendam. Medium caput, hoc est superius transuersarium, in quadratam figuram excauatur, in quod 30 cauum duplex trochlea inditur, quæ circa axiculum versatur. habet item superius transuersarium duo alia caua quadrata per uia, nempe ab utroque trochleæ latere vnum, in quæ conijciuntur quadratæ cubitorum partes, duo enim cubiti per superius transuersarium demittuntur deorsum, & testudini inhaerent, quæ quadrata caua in summo habet. Imas cubitorum partes quadratas tenuēsque architecti calces nuncuparūt: superiores latas ac rotundas dixerūt alas. In alas ergo cubitorum, quæ superius transuersarium excedunt, & per uis foraminibus pertusæ sunt, axis conijcitur, cuius capita utrinque excedunt, medium cuneatum est, in extremis capitibus vctes sunt, vel manubriola ductaria, quibus conuertatur. Alarum partes priores iuxta foramina & axis capita 40 rursus forantur, ut, siquādo opus sit in foramina fibulæ demissæ seruent axem immobilem. Organo præterea iuxta crurum extremitates alia duo sunt adiuncta crura, ut siquando sedilis vicem exhibeat, super basim atque adiuncta crura iaceat. Verum quia testudo per funem elata, & cubitos & spatham attollit, in sequētibz quâ ratione funis indatur, adjiciam. Sumitur funis duplex, cuius capita per duo foramina, quæ vel iuxta cubitos sunt, vel à priori parte, vel à posteriori, vel in medio traijciuntur, vel ab inferiori parte sursum adducuntur, sic, ut medius

1 vt medius funis inter foramina collocetur, deinde capita sursum feruntur, & circa duplicem trochleam prioris transuersarii inuoluuntur, atque (vt dictum est) permutata deorsum procedunt, & ad clauos penetrantis axis religantur, continetur enim organo Fabri alius axis coniectus in crura, quæ super transuersarium inferius digitis quinque interpositis perforata sunt. in axis medio duo clauus sunt infixi in extatibus capitibus vestes vel manubriola ductaria, quibus conuertitur axis, cuius conuersio per funes testudinem attollit, atque vnâ cum spathâ simul cubiti & axis, qui alis continetur, sursum feruntur ad luxata, quæ à superiori parte extenta in suam sedem collocantur. Huiusmodi est antiqua  
10 structura organi, quod ad Fabrum refertur auctorem.




- A Basis.  
 B Crura duo.  
 C Transuersariū superius.  
 D Trāsuersarium inferius.  
 E Affer transuersus subie-  
 ctus inferiori trāsuersario.  
 F Medium afferis excisi ad  
 formam .ii. inuersi.  
 G Priapiscus.  
 H Canaliculi excuati ab  
 interiori parte crurum.  
 I Quadrata testudo.  
 K Spatha.  
 L Cubiti.  
 M Prior pars testudinis per-  
 uio foramine pertusa.  
 N Radix.  
 O Fibula demissa p radicē.  
 P capitulū spathæ cuneati  
 axis modo.  
 Q Extremitas spathæ i qua-  
 dratam figurā perforata.  
 R Foramina quatuor testu-  
 dinis.  
 S Duplex trochlea idita in  
 cauum superioris trans-  
 uersarij.  
 T Cava duo quadrata supe-  
 rioris trāsuersarij, in quæ  
 demittuntur cubiti.  
 V Imę partes cubitorū qua-  
 dratæ.  
 X Supiores cubitorū partes  
 rotūdæ, quę alæ dicūtur.  
 Y Axis in alas cubitorū de-  
 missus.  
 Z Fibulę demissę in alas p-  
 foratas, quę axē immo-  
 bilem seruent.  
 α Alia duo crura adiuncta.  
 β Funis duplex.  
 γ Alius axis, q̄ in cruribus  
 continetur.  
 Δ Vectes, quibus conuerti-  
 tur axis.  
 ε Binę trochleæ ad basim.  
 ξ Binę trochleæ ad summa  
 crura.  
 Η Cuneus.



DE MACHINAMENTIS.  
Fabri Organum.

513




## De motu organi.

QVùm erecta organa comparentur ad reponendum humeri caput exci-  
 tando, & alijs quoque modis idonea sint, de humeri capite restituendo  
 tractare constitui. ordiar autem ab eo casu, sub quo in alam prolabitur. Verùm,  
 vt organi motum perfectum habeamus, quaternæ trochleæ organo adijci-  
 tur, binæ ab inferiori parte, quæ basis sursum spectat, totidem à superiori ad  
 summa crura. vbi ergo luxatum restituere volumus, cuneata pars axis primum  
 lanâ vel linteo circumdetur, subselliûmque iuxta organum ponatur, super  
 quod homo ascendat, deinceps vinciantur crura quidê habenâ inter se, sed in-  
 tegrum brachium extensum, ad latus. in foramina autem alarum, indantur fi-  
 bulæ, vt axis seruetur immobilis, vsque dum eo moto opus erit. His ita con-  
 stitutis brachium super axem imponatur, atque, vbi cuneata pars axis in alam  
 coniecta sit, laqueus Charchesius, vel alius æqualiter extendens humero inij-  
 ciatur, eiûsque capita deorsum adducta, ad clauum eius axis, qui cruribus an-  
 neçitur, alligentur, fune rō ampliùs indito, quemadmodum in organi fabri-  
 catione retulimus, axis conuersio directâ ductione ab inferiori parte exten-  
 det. id quod etiam, alio intercedente motu, ad hunc modum fit. Laquei capita  
 primò per inferiores trochleas traducuntur, inde sursum data ad clauos axis  
 alligâtur, vt hic versatus propositam intentionem moliatur. Idem quoque ef-  
 ficitur duplici cōtrario motu interiecto, laquei enim capita per inferiores tro-  
 chleas traiecta ad superiores feruntur, inde ad axis clauos vinciuntur, vt duplici  
 contrario motu interiecto ab inferiori parte extendant. Tales sunt modi, qui-  
 bus ab inferiori parte intendimus. Si quis autem à superiori intendere volue-  
 rit, fune in testudinem cōiecto, veluti in organi structurâ posuimus, laquei ca-  
 pita deorsum adducat, & tanquam retinacula ad aliquid immobile deuinciat:  
 post hæc axem conuertat. quo conuerso testudo alio motu intercedente, per  
 funem elata à superiori parte intendet. Ex his quoque ille modus comprehen-  
 ditur, qui in diuersâ extendit, hic non ampliùs requirit, vt capita retinacula  
 sint, sed ab interiori parte ad axis clauos vinciantur, vel per se vel alio motu in-  
 tercedente, vt per vnum inachinationis motum, propositus extendendi mo-  
 dus adhibeatur. Seruetur autem in intendendo axis immobilis, quemadmo-  
 dum declarauimus. Postquam abundè intēderimus, fibulæ, quæ moueri illum  
 non patiebantur, recipiendæ sunt, atque ipse per vestes vel manubriola ducta-  
 ria conuertendus, vt cuneo aliquâ ex parte inclinato, extrahendo impellamus,  
 sicut in alijs organis ostendimus: post hæc dum restituimus humero deorsum  
 intento, minister à posteriori parte assistens, manus det ad ceruicem hominis,  
 vt corpus versus pedum regionem cogat in cōtrariam partem. Verùm, vbi re-  
 stituimus, ministro id præstante, quod ostēdimus, subsellium pedibus homi-  
 nis subiectum subtrahatur, vt ipse suspendatur ab organo, tum (vt alibi dictum  
 est) eodem momento, quo ab inferiori parte extendimus, atque excitamus, per  
 cunenm extrahendo impellemus, deinde intentione remissâ sursum cogemus,  
 vtrâque manu membro comprehenso, & vt in suum locum recondatur, elato.  
 Hâc igitur ratione humeri caput in alam prolapsum restituitur.

Verùm, si





Verum, si in priorem partem aut posteriorē veniat, vertere sic axem oportet, ut quod ex eo cuneatum est, deorsum spectet, sursum, quod æquum est. hoc siquidem nunc aptatur ad reponendum humeri caput, quod in propositas partes eruperit. Eo facto homo super subsellium, quod iuxta sit, ascendens, brachium superponat, sic, ut axi insidat: deinde humero iniiciatur laqueus æqualiter extendens, cuius capita deorsum ad axem alligentur: eadēque intendendi rationes adhibeantur, quæ traditæ sunt, ubi in alam excidit. Nervis abundē diductis impulsus conuenit, quem in aliorum organorum motione monstrauimus.

Sed si neque cubiti sint, neque axis in alas coniectus, humeri caput in alam prolapsum ita restituitur. agitur spatha sic, ut capitulum eius, perinde atque cuneata pars axis superius transuersarium excedat, tum duplex habena media inter spatham & transuersarium datur, cuius capita ab exteriori parte pendunt. In restituendo autem, æger ad organum assistens, brachium super transuersarium imponit sic, ut spatha in alam indatur, post hæc Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens humero iniicitur, cuius capita deorsum demissa ad transuersarium ut retinacula deligantur: fune ad testudinem dato axis conuersus testudinem, cumque eā spatham attollens à superiori parte extendit. Aptatur item ille extendendi modus, qui in diuersa ducit. laquei capita mutata ad axem alligantur, tunc siquidem conuersus axis in diuersa ducet. postquam satis extenderimus, duplicis habenæ capita continenda sunt, & per hanc ipsa spatha, ut per spatham extrahendo impellamus. Quo facto intentio remittenda est, membrumque sursum adducendum, ut quam celeriter in suum locum articulus collocetur. At si organum non spatham habeat, non cubitos, non axem illis contentum, humeri caput in alam veniens per cuneum sic reponi debet. cuneus, in quem funes coniecti sint, superiori transuersarii insidat, & per funes ad ipsum vinciatur, deinceps æger brachium superimponat, cuneusque in alam conijciatur, quo coniecto laqueus Charchesius humero circumligetur, eiusque capita deorsum demissa dentur ad axem, qui cruribus continetur, ut axis versatio ab inferiori parte extendat. At ubi satis intenderit, impellere oportet, velut in alijs organis monstrauimus, aut extrahendo, aut sursum compellendo, qui modi, quum ab inferiori parte extendimus, potissimum ad rem pertinent. Placuit alijs per testudinem ita reponere. funem primò resoluunt, ipsumque duplicant, cuius duplicati capita per duo testudinis foramina traiciunt, à superiori parte deorsum, & ad inferioris axis clauos alligant. attollunt itaque testudinem prope superius transuersarium, tuncque restituendum brachium superiniiciunt, cuneumque in alam demittunt, post hæc brachium per palmam iuncturam ad testudinem vinciunt. his ita constitutis, inferior axis conuertitur, testudineque à subiecto fune deorsum versus attracta ab inferiori parte ducit. quo pacto intentio quidem ab inferiori parte adhibetur, sed humero ad testudinem alligato prohibetur conueniens impulsus.

Cubito in illas tres partes elapso, ubi brachium curuatur, interiorē inquam, exteriorem, & posteriorem, iuxta organum ab omni parte præparatum stare æger super subsellium debet, atque axis conuerti, sic, ut pars eius, quæ cuneata est, deorsum spectet, sursum, quæ æqua, dehinc brachium dare super axem. quo facto humerus ad axem per palmam iuncturam deligandus est: brachio verò

1 verò in viciniâ manus iniiciendus est laqueus inæqualiter extendens, eiûsque capita sursum adducenda, & ad alam, vel ad extans caput axis è regione alliganda: brachio sic ad rectum angulum figurato, habenæ vel latæ fasciæ medium ad eam regionem detur, quæ proximè sub cubito est, cuius capita deorsum ad axem porrigantur. Quod ad extendendum pertinet, ijdem modi conueniunt, quos, vbi humeri caput restituitur, ostendimus, nunc siquidem licebit, vel continendo, & à superiori parte extendendo, vel in diuersa ducendo vim adhibere, quâ abundè adhibitâ, eadem impellendi ratio accommodatur, quæ tradita est, vbi de aliorum organorum motu pertractauimus. At si cubitus in priorem partem moueatur, in, quo casu brachium extenditur, membro  
 10 superimposito, humerus ad axem deligetur, tûc Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens brachio iniiciatur, eiûsque capita deorsum ferantur, eadem intendendi ratio adhibeatur: pòst idem impellendi modus expeditissimus, quem in tractandis organis demonstrauius. Propriè autem spatha plurimum videtur ad cubitum restituendum pertinere. Videamus autem, quomodo vbi neque cubiti in organo sint, neque axis in alis cõtineatur, opus hoc efficiendum sit. Funis igitur resoluitur, duplicatûrque, & eius capita per duo foramina testudinis à superiori parte deorsum traiecta, ad axis clauos alligantur. testudo autem, cum spathâ prope superius transuersarium attollitur, de  
 20 in spatha torquetur, & brachium super transuersarium, cui lana circumdata sit, imponitur, humerûsque ad transuersarium per palman iuncturam alligatur, brachium verò ad spatham toto membro curuato. conuertitur igitur axis cruribus contentus, testudóque deorsum versus à fune coacta spatham similiter deorsum adducit, sicque ab inferiori parte intēdimus. At, vbi satis extenderimus, aptatur impulsus, quem paulo suprà posuimus, si in exteriorem vel interiorem partem cubitus elabatur, adducendo: si in posteriorem, extrahendo. Porro ab inferiori parte extendere possumus, impulsu autem, eo, quòd brachium deuinctum sit, ad spatham extrinsecus prohibemur, nisi, quòm radix euelli ex foramine possit, extrahendo impellamus, Magis autem accom  
 30 modatur spatha, vbi cubitus in priorem erupit, quem si restituere velimus, funem demittere similiter oportet, sineréq; vt spatha dependeat, deinde membro superiniecto, humerum ad transuersarium deuincire, brachium verò ad spatham, post hæc ab inferiori parte extendere, vi, quantum res postulat, adhibitâ impellere, antè quidem premendo, tum circumducendo, spathâ cum brachio tortâ curuatâque, premendi causâ. hætenus de cubito luxato.




Ex Ruffo scamnum Hippocratis.

**H**ippocrates maximè admiratione dignus multis in locis suum organum *ξύλον* appellauit, in quibusdam etiam *κεῖται*: recentiores id *βέθρον*, id est, scamnum dixerūt, eoque affixis cruribus & pro organo & pro scamno vti sunt. struitur autem sic. Paratur lignum sex cubitos longum, latum duos, nouem digitorum crassitudine, resupinatūque, & quatuor alia ligna pedem longa extremis partibus rotunda, duo scilicet & duo cum eius extremis iunguntur, huiusmodi ligna, quæ *φλῖα* ab Hippocrate vocantur, in latitudine peruijs foraminibus pertunduntur, quibus continentur penetrantes axes in medio clauos habentes, & in extantibus capitibus manubriola ductaria ad conuertendum. totum lignum in medio vsque ad alteram partem quatuor digitorum spacio iniecto caua habet, quorū altitudo pariter & latitudo treis digitos æquet. caua hæc Hippocrates *υπερίτης* nuncupauit. Mediū præterea lignum altè in quadratam figurā excauatur, quo scamnus demittitur, qui priapiscus vocatur. Alias item habet *φλῖα* in medio ad similitudinem literæ. π. non inutiliter adiectas. Structura igitur Pasistrate auctore huiusmodi est, cui deinceps subdam, quâ ratione moueatur scamnum Hippocratis, quod, vbi vetustam structurā habeat, homine iacente, ad luxata omnia restituenda idoneum est, vt dum singula exequar, declarabo.

- A Lignum sex cubitos longum, latum duos, crassitudinis nouem digitorum.
- B Quatuor ligna pedem longa extremis partibus rotunda.
- C Axes habentes in medio clauos, & in extantibus capitibus manubriola ductaria.
- D Fossæ quarum altitudo tres digitos æquat.
- E Priapiscus superius teres demissus in medium lignum altè in quadratam figuram excauatum.
- F Duo postes.
- G Transuersarium lignum in speciem gradus.

Scamnum Hippocratis.




## De maxillâ restituendâ.

1

**M** Axillâ excidente, siue ab alterâ parte, siue ab utrâque homo resupinatur sic, vt caput iuxta axem, qui ab eius parte est, collocetur, brachijs ad pectus, atque abdomen alligatis, cruribusque inter se, & omnibus ad scamnum organum deuinctis. tum capiti ea iunctura imponitur, quæ lepus auritus dicitur, eiusque sinus ad ea ligna, quæ proximum axem sustinēt, vt retinacula sint, deligantur: media habena in os inditur, quantum potest intima, iuxta eam regionem, quâ maxilla cum malis committitur, inter dentes maxillares, eiusque capita deorsum demissa ad axem, qui à pedibus est, alligantur, aliâque habena media mentum complectitur, & in vtramque partem vltra caput adducta ad axem, qui super ipsum est, diducendi causâ deuincitur. his ita constitutis, inferior axis torquetur, vt continēdo, & ab inferiori parte extendendo vis adhibeatur. Postquam intenderis, quantum res postulat, ad eos impellendi modos venies, quos in opere de articulis exposuimus. Si maxilla quidem ab vnâ parte exciderit, tria efficies, adduces, premes, & sursum compelles: sin ab utrâque extrema mota fuerint, premere conueniet, & sursum compellere. hæc de maxillâ, nunc venio ad humeri caput.

- A Iunctura lepus auritus.
- B Sinus leporis deligati ad ea ligna, quæ sustinēt axem proximum, vt retinacula sint.
- C Habena, quæ media in os inditur.
- D Capita habenæ alligata ad axem, qui à pedibus est.
- E Alia habena, quæ media mentum cōplectitur.
- F Habenæ alterius capita diducendi causâ ad axem deuincta.





De humeri capite in  
alam prolapso.

**V**Bicunque humeri caput restituiamus, si in alam vel in priorem partem venerit, resupinare hominem debemus: si in posteriorem, pronum collocare. ubi ergo in alam prolapsus restituiamus, cuneus eo immittendus est, sic, ut quâ capitulum assurgit rotundum ac leniter cauum, in priorem partem spectet, quâ æquus est, in posteriorem. expedit autem cuneum, ut mollior sit, linteo vel lanâ inuoluere. omne enim lignum (auctore Hippocrate) durum est, & tactu lædit, atque hâc de causâ potissimum lanâ circumdatur. adde, quod hæc sudorem absorbet, qui in alâ oritur & ob curationis metum, & ob calorem eius partis naturalem, qui ad diducendum confert: & quod cuneum labi non patitur. deinde funium capita, hæc quidem à priori parte, illa verò à posteriori super caput ad axem adducenda, media item habena sub alâ inter cuneum & humerum danda est, vel (ut alijs placuit) inter cuneum & latera, eiusque capita ab exteriori parte attrahenda. Ipsi autem humero Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens, injiciendus non quâ laceratus est, ne quum nervosus sit, si adstringatur, doleat: sed suprâ vel infrâ. plerique superiorem regionem anteponunt tanquam magis idoneam, quod proximè ad articulum accedat, sed locus hic ad curationem minùs accommodatur, pro-  
hibet enim rectum impulsus. Sub musculo igitur deligandum censemus, & ob hanc causam, & propterea quod locus, qui iuxta adstringitur, agrè laxatur, quæ verò mediocri interiecto spacio attrahuntur, facillè sequuntur. Expedit autem, ut laqueus molliùs insidat, humerum lanâ obuoluere, deinde laqueum injicere: tubercula enim cubito subiecta prohibent, quo minùs laqueus sub extendentium vi deorsum labatur. his ita constitutis laquei capita deorsum demissa è regione ad axis clauum alliganda sunt, vel circa ipsum obuoluta, vel nodo inter se deuincta. magis autem ad rem pertinent, ubi inter se alligata clauo circumponuntur, tunc siquidem opus suum firmiter præstant. necesse autem est, vel continere, & seu ab inferiori, seu à superiori parte extendere, vel per organi axes in diuersa contendere. Abundè vi adhibitâ, primum conuenit impellere, per duplicem habenam extrahendo: & eodem, quo extrahimus, momento cubitum alterâ manu ab exteriori parte in interiorem agere, intentione adhuc manente: tum hâc remissâ laxatâque manibus sursum compellere. At si caput humeri in priorem partem moueatur, hominem supinum collocamus: pronum, si in posteriorem. cuneoque omissò, medium duplicatæ habenæ lanâ inuolutum sub alam demittimus, capitâque eius supra caput adducimus, non è regione humeri vitiati, sed versus contrariam partem, homine resupinato, si in priorem partem articulus exciderit. Quæ sita autem causa est, quamobrem id fiat. Passicrates quidem id propterea fieri dixit, ne humerus detineatur habenâ è regione sursum versus attractâ: recentiores non eâ de causâ, capita obliquè ducenda esse dixerunt, sed, ne corpora, quibus ala continetur, compressa lati scapularum ossis sinum impleant: nobis verò cum omnibus conuenit, capita obliquè danda esse ad contrariæ partis ligna, quibus axis continetur. Rursus autem humero Charchesius laqueus injiciatur, vel alius, qui æqualiter extendat, eiusque capita deorsum ad axem, qui à pedibus est, demittantur, ut vel retinaculis adhibitis ab inferiori parte

ri parte intendamus, vel (si placeat) in diuersa contendamus. Conuenit autem impulsus, quemadmodum suprà declarauimus manibus præcipuè adducendo, comprimendóque. Similiter autem, vbi humeri caput in posteriorem partem moueatur, homine prono eadem moliri conuenit, quæ, vbi in priorem venit, tradita sunt. At vbi satis extenderimus, manibus premere, & adducere, & sursum compellere necessarium est.

- A Cuneus.
- B Funium capita ad axem supra caput adducta.
- C Habena media inter cuneum & humerum data.
- D Charchesius laqueus humero iniectus.
- E Laquei capita ad axem, qui à pedibus est alligata.





De humero luxato comminutóque.

**N**onnunquam accidit, vt prolapſo humero fractura quoq; adijciatur mēbro medio comminuto, in quo caſu recondere articulum oportet, & fracturā cōponere. quod ad reponendū pertinet retinaculo vti expedit, & à ſuperiori parte extendere: quod ad fracturā, ſimiliter vti retinaculo, & ab inferiori parte attrahere. ſed antè reſtituere, quod prolapſum eſt, oportet: deinde, quod fractum. Ergo, vbi volumus, quod prolapſum eſt condere, cuneum in alam indimus, capitāque funium ſuper caput attrahimus, ac mediam habenā inter cuneum & humerum de mittimus, cuius capita ab exteriori parte procedant. tum  
 10 infra cuneum ac ſuper fracturam charcheſium laqueum iniicimus, eiúſque capita deorſum ad ligna, quæ axem ſuſtinent, ad retinendum, alligamus: ſed funium capita ad axem, qui ſuper caput eſt, vincimus, vt eo conuerſo & cōtineamus, & à ſuperiori parte extendamus. Neruis abundè intentis per conuenientem impulſum articulum reſtituimus. quo factó laquei capita ſuper caput data, retinacula fiunt, & alter laqueus æqualiter extendens, cuiuſmodi charcheſius eſt, humero iniicitur, cuius capita demiſſa ad axem, qui à pedibus eſt, vinciuntur, vt & retinendo, & à ſuperiori parte extendendo viſ adhibeatur. neq; nunc eſt, quod timeamus, ne fracturā ab inferiori parte attractā reſoſitus articulus excidat. ſiquidem, cū à ſuperiori parte tam à cuneo, quàm à ſuperiori laqueo  
 20 retineatur. Vi ſatis adhibita fracturam manibus componimus, quemadmodum ſæpiùs indicauimus. Quòd ſi humeri caput in priorem vel poſterio rem partem venerit, vbi reſtituitur, eaſdem animaduerſiones deſiderat. haſtenus de humeri capite.

De cubito.

**C**ubito in illas tres partes elapſo, in quas vbi venit, brachiū curuum eſt, neque extenditur, interiorem exteriorē & poſterio rem, homo ſuper organum reſupinetur, quo commodè figurato charcheſius laqueus, vel alius æqualiter intendens humero circumdetur, cuius capita, vt retinacula ſint, ſurſum ſuper caput vinciantur, brachio autē in viciniā manus laqueus iniiciatur, qui in  
 30 æqualiter extendat, puta Attollēs, Chiaſtus, aut Nauticus, cuius capita ſurſum adducta ad ligna, quibus axis continetur, religētur, vtrumque ſcilicet ad id, ad quod ſpectat è regione ſic, vt cubitus cum humero ad rectum angulum figuretur. tum duplicatæ habenæ, ſeu latę faſcię medium ad brachium detur iuxta cubiti iuncturam, cuius capita ad axem, qui à pedibus eſt, vinciātur. Datis igitur capitibus laquei, ad ſuperiora, duplicatæ habenæ, ad inferiora, biníſq; axis vno ſuper caput, altero iuxta pedes collocato, vim adhibebimus, vel continendo, & à ſuperiori, vel inferiori parte attrahendo, vel in diuerſa ducendo: eāq; ratione impellemus, quæ reponēdo articulo idonea ſit. vbi in interiorem vel exteriorē partem conuertatur, adducemus: vbi in poſteriorē, extrahemus.  
 40 Quòd ſi in priorē partem articulus elabatur, in quo caſu curuari extētum brachium nequit, homo ſupinus iaceat in vitiatam partem inclinatus, brachio ſuper ſcamnum extento charcheſius laqueus humero iniiciatur, cuius capita ſuper caput procedāt. extremo itē brachio in viciniā manus alius detur laqueus, qui æqualiter extēdat, cuius capita deorſum attrahantur, item eadem viſ adhibeatur, nempe retinaculis, & intentione à parte inferiori. Equidem ſatius duco in diuerſa contendere, nam hoc ad articulū reponēdum efficacius eſt, quàm ſi ab inferiori parte ſolummodò extendamus. oportet autem, quū abundè ex-



tenderimus, ad commodè impellendum transire, premendo nimirū & circum-  
ducendo, premendo quidem intentione adhuc manente, circumducendo, post-  
quam remissa fuerit. Condito articulo, ut eius restituti certa indicia habeantur,  
experiri oportet naturales brachij actiones, flexum inquam & porrectionem,  
præterea situm in pronū habitum, ac supinum, quoniam, ubi huiusmodi actio-  
nes liberæ sint, perfectè restituti articuli fidem faciunt: possumus & conferētes  
cum altero cubito, num ex toto luxatum restituerimus, colligere. quo perfectè  
restituto brachium commodè ad rectum angulum curuetur, contineaturq; in  
sequentē curationem. Duo igitur brachij ossa, ubi suo loco mota sunt, his mo-  
dis reuertuntur. sed potest seorsum utrumque etiam offendi, cum cubitus erum-  
pat, radius diducatur, quod nunc quoq; explicabo. Leditur per se cubitus radio  
inuolato: dehiscit seorsum radius, cubito in suā sede manente. utrumlibet ho-  
rum ossium lædatur, ubi per hoc organum restituitur, humerus iniecto laqueo  
ad ligna, quæ axem super caput continent, alligatur, extremūq; brachio rursus  
laqueus circumdatur, qui inæqualiter extendat, sicut Attollens, aut Nauticus,  
cuius capita deorsum demissa intendēdi causā ad axis clauos vinciuntur. In cir-  
cumdando laqueo, qui inæqualiter extendit, id obseruatur, ut sinus super eam  
partem, quæ reponitur, capita super contrariā collocentur, siquidem laquei in-  
æqualiter extendentes propriè illas partes magis cogunt, quibus eorum capita  
insident, minùs verò contrarias. Ergo, cum brachium duobus ossibus cõtinea-  
tur, ubi alterum suo loco motum reponitur, cogere id potissimū expedit, &  
alterum, si fieri potest, non vrgere. Intentione abundè adhibitā, illi conueniunt  
impellendi modi, quos luxati genus postulat, siquidem cubitus in interiorem  
partem venerit, utriusque manus digiti inter se iuncti ab exteriori parte radij  
eminentiam cubiti complectuntur, prominentioresque palmarū partes à latere  
dantur, ut his impellentibus quasi adducendo, os in suā sedem collocetur. At si  
cubitus ad posteriora radij proruperit, brachio aliquātisper curuato, eodē mo-  
mento, quo ab inferiori parte extendimus, prominentiori palmæ parte premere  
debemus, ut os in suam sedē reponatur. hæc enim premēdi ratio ad restituen-  
dum propriè aptatur. At, ubi radius in priorem partem recedat, extēto brachio  
perinde agere conuenit, quasi utrumque in eandē partem excesserit, ad hiben-  
da itaque vis est, & continendo, & ab inferiori parte extendendo, quo abundè  
facto duplex impulsus accommodatur, & qui premit, & qui circumducit, qui  
premit intentione manente, hanc remissā, qui circumducit, ut ostensum iam est.  
Commune est utriusq; ubi restituta fuerint, spectare, an brachium suo munere  
sine impedimento fungatur, curuetur nimirum, & extendatur, & supinum,  
pronūque figuretur, quæ actiones, si liberæ sint, ex toto restitutū esse testan-  
tur. quo facto brachium, in sequentem curationē ad rectum angulū collocetur.

- A Charchesius laqueus humero iniectus, cuius capi-  
ta sursum, ut retinacula sint, adducantur.
- B Attollēs laqueus in viciniā manus, cuius capita ad  
ligna, quibus continetur axis, religantur.
- C Medium duplicatæ habenæ ad brachium datæ.
- D Capita duplicatæ habenæ religata ad axem, qui  
à pedibus est.

Manus





## De manu.

**M**Anus in quatuor partes prolabitur, in anteriorem, posteriorem, priorem, & posteriorem. Oportet, si in anteriorem partem veniat, supinam collocare, super scamnum homine similiter resupinato, pronā, si in reliquis tres partes elabatur: deinde Charchesium laqueū vel alium equaliter extendentē brachio iniicere, & super sinum manus dare vectem transversum, vel ferramentū, quo adurimus, ad palmā ipsam deligare eo vinculo, quod [Ad extremas partes] inscribitur: tum vectis vel ferramenti extremitatibus iniicere, vel medias habenas duplicatas, vel laqueorum aequaliter extendentiū sinus, deorsumq; demittere, atque alterum laqueum aequaliter extendentem brachio circumponere, eiusq; capita super caput adducta, ut retinacula sint, deincire: quæ verò deorsum ferebantur capita extendendi causā ad axem, qui à pedibus est, religare, ut eius cōversione & contineamus, & ab inferiori parte extendamus. quam rem ubi satis prestitimus, cōvenienter impellimus. Nunc autē maximē ad manum restituendam pertinet adhibito retinaculo, ab inferiori parte extendere: licebit præterea & sursum adducere, & in diuersa contendere. Nervis abundē diductis impulsus necessarij sunt, qui eam compellere in suum locum possint. quod si in anteriorem vel posteriorem partem exciderit, prominentiori parte palmæ, aut etiam calce superdato pressa ossa coguntur, deinceps manus iuxta digitos huc atque illuc agitur: sin in priorem vel posteriorem partem eruperit, 20 vtiliter adducendo impellimus.

## De spinā luxatā.

**H**ippocratis organum luxatis omnibus restituendis accommodatur, sed precipuē spinæ, quæ, ubi gibba facta est, tunc maximē curari posse censetur, cum recens ex ictu vitium est. collocatur igitur homo pronus super scamnum, ut laquei capita è regione ad axem serantur: circumdantur spinæ laquei duo aequaliter extendentes, vnus supra gibbum locum, alter infra, aut quaterni ex ijs, qui inæqualiter extendunt, bini à superiori parte, totidem ab inferiori inter se aduersi iniiciuntur, ut in opere de luxatis explicauimus. Vis nervis adhibetur potissimū in diuersa deducendo, interdum tamen continendo, & vel ab 30 inferiori, vel à superiori parte extendendo. Intentione abundē adhibita, ille impulsus, quo premimus, accommodatur. Hippocrates varios tradidit impellendi modos, & per prominentiorem palmæ partem, & per spatham premendo idoneam. Impulsus per huiusmodi spatham illis restituendi modis annumeratur, qui facile comparatur. extremitas enim spathe in fossā aliquā demittitur, vel in lignum excauatum. Nos, ut spathe obex opponeretur, Hippocratis scamno. n. ferreū adiecimus, quod & extrahi & insigi posset, & spathe responderet, pertusumque pluribus foraminibus esset, & in foramina crurū organi demitteretur, ut. n. pro gibbi magnitudine accommodaretur, spathâq; extremâ in. n. cōiectâ, eius partē premendo accommodatā super gibbū dantes premendo impulimus. 40 Alij duplicatæ habentæ mediū organo subiiciētes eandem spatham super locū iniectâ premunt. Premendi modū in opere de articulis exquisitiū indicauimus.

- A Laqueus aequaliter extendēs supra gibbū, cuius capita recta ad axē ferūtur.
- B Laqueus aequaliter extendēs infra gibbū, cuius capita recta ad axē ferūtur.
- C Spatha,
- D n. ferreum.

De femore.







## De femore.


1

**F**emur in quatuor partes promouetur, in anteriorem, posteriorem, priorem, & posteriorem: si in tres partes prolapsus est anteriorem, posteriorem & priorem, crus extensum est, implicarique non potest, si in posteriorem, curuum est, neque extenditur. Ergo, si in illas tres partes erumpat, in quas ubi venit, crus extensum est, resupinato homine medium duplicatæ habenæ lanâ inuolutum inter anum & naturale demittendum est, capitâque eius super caput adducenda: ubi in alias partes venerit, nullo interposito discrimine inter anum & naturale dari habena debet: sed eâ animaduersione, si in anteriorem partem exciderit, ut ad integrum femur magis spectet, ne femoris caput, cum extenditur, habenâ mediâ detineatur, cuius capita vel ad axem alligentur, ubi in diuersa contendimus, vel ad ligna, quibus axis, qui à capite est, continetur. ubi & retinemus, & ab inferiori parte extendimus. Extremo autem femori prope genu Charchesius laqueus iniiciatur, eiusque capita deorsum demissa ad axis clauum vinciantur, ut eo conuerso, & contineamus, & ab inferiori parte adducamus. Nervis, quantum res exigit, intentis veniendum est ad impulsus.

## De femore in anteriorem partem prolapsus.

**P**ropriè autem ad femur in anteriorem partem prolapsus excogitata sunt ligna ad similitudinem. n. à lignis, quibus axis continetur, non abhorrètia. 20  
Vbi ergo femur in anteriorem partem erumpens restituitur, æger in integrum latus versus iaceat, euulsioque priapico integrum crus proposito ligno subiiciatur, alligeturque ad scamnum ita, ut immobile perseveret, eademque ratione & brachia, & reliquum corpus. crus autem vitiatum detur super transversarium lignorum, quæ. n. literam repræsentant, ita, ut transversarium inter anum & naturale collocetur. sed extremo femori iuxta genu iniiciatur laqueus, vel Charchesius, vel alius, qui æqualiter extendat, eiusque capita ad anteriorem axem demittantur. Super ipsum verò lignum. n. literam repræsentans sub crure, quod restituitur, detur spatha, quæ premendo aptatur, vel lignum habes in summo capitulum rotundum ac leniter cauum, ab inferiori parte à summo crure ad inum pertinens. Quo facto ubi restituere volumus, axis conuertitur, cuius conuersio ab inferiori parte extendit. postquam nervi abundè extenti fuerint spathâ vel eo ligno, quod in summo capitulum habet, super id lignum, quod. n. literam refert, cum crure magnâ vi deorsum adducto, impulsus extrahendo adhibetur, post quem alius idoneus est, qui sursum versus compellit, quemadmodum diximus de humero in alam prolapsus. 30

- A Postes. n. literam repræsentantes.
- B Transversarium.
- C Charchesius laqueus.
- D Lignum à superiori parte cruris ad inum pertinens.



De femore in posteriorem partem prolapsio.

**V**erum, si femur in posteriorem partem elabatur, neque primum, neque superius hominem collocamus, sed sedentem, magis autem in integram coxam inclinatum. Hominem ita figurato, duas prehendere habenas oportet, earumque; unam simplicem extendere, atque alteram duplicem demittere in mediam simplicem, & simplici quidem hominem cingere, duplicem à superiori parte deorsum demittere, ab eà regione, quæ umbilico proximè subiicitur, ad eam, quæ inter anum & naturale est, & per anum sursum adducere, ut quatuor habenæ capita à posteriori parte ad retinendum vinciantur. Retinaculis datis lata pars spathe, quæ premendo accommodatur, coxæ supponatur, imoque; femori iuxta genu laqueus injiciatur, qui æqualiter extendat, cuius capita ad inferiorem axem demittantur, ut eo converso, & contineamus, & ab inferiori parte intendamus. Intentione satis adhibita, dum adhuc intendimus, caput femoris per spatam in exteriora propellatur, apertaque manu æger resupinetur, per hanc enim vim femur in suum locum compelletur. Repositi autem indicium erit, comparatio cum altero crure, & liberæ ipsius actiones. nam, si citra impedimentum complicari & extendi potest, ex toto intus esse faciendum est.

De genu.

**G**enu in tres partes prolabitur, anteriorem, posteriorem, & posteriorem in omnibus his casibus, cruris extensum est, & minimè complicatur. Oportet, si in anteriorem partem prociderit, hominem extento crure super scamnum collocare: tum duos laqueos æqualiter extendentes, cruri injicere: alterum à superiori parte super femur, alterum infra genu: dein capita superioris super caput adducere, inferioris ad axem: nervosque intendere, quemadmodum in reliquis articulis dictum est, siue retinaculis vbi ab inferiori vel superiori parte intendamus, siue in diversa diducamus. Nervis abundè diductis, si in latus ab anteriori vel exteriori parte motum fuerit, ille impellendi modus convenit, qui adducit: si in posteriorem, & ille qui premit, & ille, qui circumducit. quos impellendi modos, cum similes illis sint, qui ad cubitum traduntur, commodè in hunc locum transferuntur.


De talo.

**T**alus modo in anteriorem partem procidit, interdum in posteriorem quoque; convertitur, in quas partes ubi venerit, æquè resupinare hominem convenit crure extento: ac cruri Charchesium laqueum æqualiter extendentem circumponere, cuiusque capita à posteriori parte ad axem, qui supra caput est, adducere: talo autem draconem vel sandalium laqueum injicere, cuiusque capita ad inferiorem axem alligare, tuncque membrum vel in diversa diducere, vel continere, & ab inferiori parte extendere. Nervis quantum res postulat diductis convenienter impellere, ubi in anteriorem vel posteriorem partem eruperit, retrò cogendo, ubi in posteriorem, extrahendo. nunc siquidè ob eum habitum impulsus extrahendo aptatur. De modis autem impellendi diligentius tractabimus in opere de luxatis.

A Charchesium laqueus.

B Sandalius laqueus.





# FINIS ORIBASII DE MACHINAMENTIS.

Errata, quæ inter relegendum obuia fuere.

Prior numerus, paginâ: alter, lineam notat.

7. 7. pro enim, lege item. 4. 6. lege  $\alpha\lambda\lambda\alpha$  plasmate. 8. 1. porrò, lege porrò autē. 10. 23. conuertitur in pus.  
Adde quandoquidem illa pro pure sanicm mouent.  
11. 24. &, lege dein. 29. 28. lege  $\alpha\lambda\gamma\sigma\tau\alpha$ . 30. 43. lege Laurion. 31. 5. lege  $\alpha\lambda\gamma\sigma\tau\alpha$ . 33. 41. lege  $\alpha\sigma\tau\alpha$ .  
34. tres primæ lineæ sunt notatæ, ac si essent Hippocratis, cum tamen sint Galeni. In secundâ lineâ post verbum, detrahe-  
re. adde: aut intelligi voluit hic quoque aro vtendum esse, vt in superiori dixerat.  
35. 28. lege digerens. 51. 18. lege  $\lambda\iota\mu\alpha\kappa\tau\alpha$ . 52. 20. lege myrrham. 86. 8. cant. lege cunt. 90. 41. lege quidq.  
99. 16. lege Itaque. 104. 13. lege siue. 106. 4. lege quartumdecimum. 106. 33. lege læue, & 34. leuius.  
sic folio sequēte passim. 144. 17. parum, lege paulum. 168. 35. lege vertuntur. 211. 32. lege vt quæ minus. 213. 19.  
leg si trāfuerit. 215. 19. leg.  $\tau\omega\iota\alpha\delta\epsilon$  μο. 216. 28. leg.  $\delta\epsilon\lambda\tau\epsilon\iota\sigma\tau\alpha$ . 217. 19. leg.  $\tau\omega\iota\alpha\delta\epsilon$  μο. 219. 15. lege  
 $\delta\iota\mu\lambda\iota\sigma\tau\alpha$ . 219. 45. di vnū, aufer di. 244. 10. lege spathæ. 246. 2. lege  $\tau\iota\mu\alpha\sigma\tau\alpha$ . lineæ 6.  $\tau\iota\mu\alpha\sigma\tau\alpha$ . 257. 40.  
leg.  $\tau\iota\mu\alpha\sigma\tau\alpha$  vocatur. 263. 38. lege vtrāq; habent. 265. 3. leg. à dextro. 266. 26. lege farina tritici. 269. 1.  
lege  $\delta\iota\alpha\tau\epsilon\tau\tau\alpha$ . 270. 4. lege ne sit, ac. 271. 16. leg. alterius noxæ. 284. 38. lege  $\gamma\alpha\mu\mu\iota\sigma\tau\alpha$ . 305. 24. lege  $\psi\iota$   $\tau\eta$   
 $\delta\delta\alpha\tau\alpha$ . 311. 3. lege posthac indicabimus. 327. 3. leg.  $\tau\omega\iota\alpha\delta\epsilon$  μο. 330. 26. leg.  $\delta\iota\alpha\tau\epsilon\tau\tau\alpha$ . 362. 20. leg.  
 $\delta\delta\alpha\tau\alpha$ . 372. 2. leg.  $\tau\omega\iota\alpha\delta\epsilon$  μο. 375. 29. leg.  $\delta\iota\lambda\alpha\sigma\tau\alpha$ . 397. 37. lege placeat. 412. 45. leg.  $\delta\epsilon\mu\alpha\tau\alpha$ . 421. 4.  
 $\mu\epsilon\tau\omega\iota\sigma\tau\alpha$ . 421. 7. leg.  $\gamma\iota\upsilon\epsilon\alpha\tau\alpha$ . 461. vbi est manus C X X. lege C X X I. 461. 33. lege  $\delta\iota\tau\epsilon\tau\tau\alpha$ .